VNIVERSA GRAMMATICA GRÆCA.

Institutiones Etymologicæ ex N. CLENARDO, cum Scholiis P. ANTESIGNANI, multis his quidem in locis recognitis, auctis & emẽdatis: Orthographia verò, Syntaxis & Prosodia, ex optimis, & qui in Scholis Societatis IESV potissimùm probantur auctoribus per ALEXANDRVM SCOT, Scotum I. V. D. collectæ, & suis locis insertæ, Scholiis & Annotationibus illustratæ.

Operi accesserunt indices duo, iis qui priùs in Antesignani editione habebantur multo copiosiores, rerum vnus, verborum alter, tyronibus maximè necessarij.

Et in eorundem gratiam ad operis calcem annexus est libellus, Petri Antesignani de praxi præceptorum Grammatices.

Auctorũm nomina ex quibus quæq; partes depromptæ sunt sexta habet pagina.



LVGDVNI,
EX OFFICINA HVGONIS A PORTA,
APVD FRATRES DE GABIANO.
M. D. XCIII.

AD
CONSVLES
ET SENATVM
CARPENTORACTI.

* * *

GRAMMATICAS hasce lucubrationes vel (dicam rectius) veterum & recentium Grammaticorum sub vnum quasi signum collecta studia, (Viri nobiles, Viri prudentes) in lucem, idque sub tutela vestri nominis, mihi visum est dare: illud frequens amicorum, qui me ad id studij genus impulerunt adhortatio: hoc (ad commune vobiscum mihi augendæ & promouendæ Reipub. litterariæ studium) causæ duplices effecerunt: Prior est, quia lucem aliquam tenui huic & inopi causæ, (quod pro Deiotaro Tullius) nec scriptione admodum digne, afferre conatus sum luce vestra; quorum ornatissima, natura & situ ædificiorum pulcherrima, antiqua & omnibus rebus aucta vrbs splendet, inter Venissini Comitatus primas: vestra in ea prudẽtia non solũ incolumis, sed & virtute ornata: Causa

altera, & arctior: quòd vestra me huc impellit beneuolentiâ condita comitas, qua priuatim insigni semper in me vsi: ac publicè pridem per Epistolam eximij cuiusdam affectus & cultus plenam, qua me commune hoc Gallici imperij incēdium quasi ex specula otiosè & cartis immersum, nec sine lachrymis spectantem, ad publica in vrbe vestra captanda munia excitastis, iterum iterumque munificè vocastis, venientem, vix dum limina salutantem cum honore & amore excepistis, hærentem habuistis, abeuntemque dimisistis. Quo meo merito? nullo fateor, sed solo beneficæ & humanæ naturæ impulsu quam velut Genio vel fato, inter ascitas gentes propriè esse vestram, vel vnica me tacente, loquitur SADOLETORVM familia: ex qua tertius iam secundi (singulique ætatis & seculi sui lumina) tenet Episcopatum: quænam enim terrarum ora tam abdita, cuius vrbes, sedesque non penetrauit IACOBI SADOLETI eloquentia? Cuius animum cordisque penetralia non occupauit IACOBI SACRATI, nepotis pietas, flexítve prudentia? FRANCISCI vero quē vos (felices) præsentem in vrbe vestra, salutatis & colitis, quanta prudentia, pietas, eloquentia, & nos quē præsentes pridem præsentē, de Græcorum metris, de Astronomiæ acutissimis demōstrationibus subtiliter differentem audiuimus: & vos omnes testis esse potestis idonei. Quod vestrū eo præclarius beneficiū, quòd in hactenus

ver

verbis factíſve immunem, tam munifici fuiſtis. Id ne vltra ſim verborum ſáltem hoc, ſcriptíque munus accipite: Nouum vetuſque ingenij partum, nouum diſpoſitu, compoſitu veterem: Partum, quem non tam polire mens mihi, quàm meridiano otio, meridiando, floribus & indumentis alieni ingenij ornatũ ſpectare: Vos eum ſuſcipite, tutores, imò patres, tangite, ex poſitum tollite, comitatis, grauitatis, & auctoritatis veſtrę ſcuto contra maligni oris dentem defendite: Ita Deus potentiſsimum hoc Gallorum imperium inſana ciuilium bellorum flamma, aliquando eripiat, vos veſtramque vrbem ab ea qua vndique cincti, ſeruet incolumem. Lugd. Kalend. Octobris ∞. IↃ. XCIII.

Auctores ſingularum Grammaticæ partium quos hoc opere ſecuti ſumus.

Orthographiæ & Etymologiæ auctores Nicolaus Clenardus, Petrus Anteſignanus.

Dialectorum Angelus Caninius.

Syntaxeωs Ioannes Varennius, Scholiis & annotationibus auctus.

Proſodiæ
- De Accentibus Gulielmus Baillius è Societate IESV:
- De Syllabarum Quantitate F. Vergara, adiectis tabulis Gulielmi Baillij.

De Paſsionibus dictionum Triphon Grammaticus.

Ad calcem operis acceſsit libellus P. Anteſignani de Praxi Præceptorum Grammatices.

LECTORI CANDIDO S.

INVTILE *prorſus iudicauimus (amice Lector) propter eam quæ à nobis in Syntaxeωs præfatione monſtrata eſt rationem, longam illam à Grammaticis de artis ſuæ nomine, Etymologia, partibuſq́; ſuſceptam diſputationem huic loco attexere. Conſilium tantum inſtituti operis noſce:* OMNES *Grammaticæ partes, quæ ſingulæ & ſingulis penè ſeculis à ſuis ſcriptæ auctoribus, in vnū cogere volumē (quod ne prius à ſe præſtitum ſit, Librariorū vel parcimonia vel auaritia factum eſſe ſcribit Fridericus Sylburgius) animus fuit. Has ex ſelectis, & hæreſeos ſuſpicione maximè liberis auctoribus, primum elegimus: neque fuit quicquam antiquius, quàm ipſorum paßim auctorum, non modo diſpoſitionem ſed verba etiam ſarta tecta conſeruare. Nicolai Clenardi Inſtitutiones Etymologicas, cū Scholiis P. Anteſignani ab eo quē dudū nominaui viro, diligēte & Græcæ litteraturæ apprimè erudito, recenſitis elegimus. Anteſignani vero errata, ab illo (ne paginarum & verſuum numerus in Indice notatus turbaretur) in notarum libello, Henrico Stephano in Paralypomenis Grammaticarū Græcæ linguæ inſtitutionum, aliiſq́; ſcriptoribus paßim, à nobis quædam emendata ſuis*

locis

locis vnciolis hiſce [ ] incluſa repoſuimus, adiecta ad oram libri (ANNOTATIO) ne labatur incautior lector, néve quiſquam ſibi à me ſubductam opellam criminetur. Ambiguæ quædam adhuc fidei, aut alio quodam inſtitutionum loco emendata diligẽtius, appoſita hac † nota deſignat: Reliquas Grammaticæ partes ex ſuis quaſque deſumptas auctoribus eodem pænè ſtudio perſequuti ſumus: Manca enim ex aliis auctoribus, ſi quando ſuppleuerũt, ſuis verbis (quãtum fieri potuit) ad Scholij inſtar, minutiore charactere ſubiecimus: Errata ſi quæ occurrunt, aut negligentius ſcripta, monuimus. Porro Dialectorum, & Analogiæ rationẽ ab Angelo Caninio deſcriptam, in operis limine conſtituendi, vir ſpectatæ fidei & doctrinæ politiſſimæ auctor fuit: quam, & adiecta Græcarum dictionum verſione Latina, totam ad me miſit: in qua multa non ſatis ad limam tranſlata emendauimus, quædam, ne dum emendaremus, præceps operarũ diligentia, menſq́; grauioribus occupata ſtudiis effecerunt. Syllabicarum quantitatum regulis quæ ex F. Vergara depromptæ ſunt, Gulielmi Baillij è Societate Ieſu, diligentis ſcriptoris Tabulas, etſi eaſdem ferè contineant præceptiones, propter ſummam earum facilitatem, & rectiſſimam auctoris docendi viam, ſubijciendas duximus. Hæc te (lector) de operis conſilio præmonitum eſſe volui. In quo ſi quid præteritum, erratum aut minus explicatum deprehenderis, id tuo marte beneuolè ſupple, vel me de reſtituendi, ſupplendiq́; officio humaniter, humanis obnoxium admone. Vale.

GRÆCORVM LITERÆ.

Α	α	ἄλφα	Alpha	a
Β	β ϐ	βῆτα	Vita	v
Γ	γ Γ	γάμμα	Gamma	g
Δ	δ δ	δέλτα	Delta	d
Ε	ε	ε ψιλὸν	Epſilon	e
Ζ	ζ ς	ζῆτα	Zita	z.
Η	η	ἦτα	Ita	i
Θ	ϑ θ	θῆτα	Thita	th
Ι	ι	ἰῶτα	Iota	i
Κ	κ	κάππα	Cappa	k c
Λ	λ	λάμδα	Lamda	l
Μ	μ	μῦ	My	m
Ν	ν	νῦ	Ny	n
Ξ	ξ	ξῖ	Xi	x
Ο	ο	ὀ μικρὸν	O micron	o paruum
Π	ϖ π	πῖ	Pi	p
Ρ	ρ	ῥῶ	Rho	r
Σ	σ ς	σῖγμα	Sigma	ſ
Τ	τ ͳ	ταῦ	Tau	t
Υ	υ	υ ψιλὸν	Y pſilon	y
Φ	φ	φῖ	Phi	ph
Χ	χ	χῖ	Chi	ch
Ψ	ψ	ψῖ	Pſi	pſ
Ω	ω	ω μέγα.	O mega	o magnum.

SCOLIA.

QVATVOR Huius paginæ columnarum prima ad læuam, continet elementorũ figuras, primo quidem loco maiuſculas, quibus vti ſolent in titulis ſiue inſcriptionibus librorũ, inque periodorum, verſuum, & propriorum nominum initiis. Deinde ſequuntur minuſculæ, quibus vbique vtuntur, etiam vbi maiuſculæ locum habent, niſi in principiis orationum: ν tamen & ς in fine tantùm ponuntur. Secunda ac tertia columna continent nomina literarum: ſecunda quidem Græcis characteribus, tertia verò Latinis, in rudiorũ gratiam.

Maiuſculorũ literarum vſus.

Literæ minuſculæ.

Figurarum ν & ς finales.

Porrò quarta columna ad dextram, elementorum potestatem siue valorem complectitur, quo pacto scilicet debeant enuntiari. De qua re variae sunt hodie ac multiplices Grammaticorum opiniones, dum quidam percuriosè nimis ad antiquam pronuntiandi rationem omnia volunt reuocare: cum tamen ipsi prorsus incerti sint quo pacto prisci illi homines pronuntiarint: & coniecturae sint admodum ieiunae. Illis namque non est fides adhibenda, nisi prius priscorum aliquem ab inferis excitarint.

Literarum pronuntiatio vnde petenda.

Quare adolescentes huiusce rei cupidos (cum haec omnia potius viua voce, quàm librorum lectione possint percipi) ad doctos Graecarum literarum professores remitto.

Potestas siue pronuntiatio quarundam literarum

Qui verò illis destituuntur, & proprio Marte linguam Graecam discere coguntur, pronuntient elementa Graeca more Latinorum Graecis in hac tabella respondentium. Caeterùm in quibus discrepent, paucis perstringam.

β β profertur vt u consonum: sed illius sonus magis accedit ad b, quàm ad f. *γ* γ hodie omnino profertur vt g: quidam tamen ante ε, η, ι, & similes efferunt vt Latini suum g ante a, o, vel u. aliquando pronuntiatur vt n, vt videbis apud CLENARDVM in sequentibus. *δ* δ profertur hodie à doctis blaesius quàm d nostrum, nempe lingua posita inter dentes cum quodam sibilo: ego malim vt d Latinum pronuntiare. *ζ* ζ debet sonum literarum δσ, non σδ, retinere vt ξ, & ψ, κσ, πσ; non autem σκ, σπ. *η, ι, υ, ει, οι, ῃ, υι.* η, ι, & υ, atque diphthongi ει, οι, υι, & ῃ, sonant hodie vt i vocale apud Latinos: consonantis verò nunquam naturam induunt: propriè tamen vnicum ι deberet respondere nostro i: η verò & ῃ magis accedere ad sonum e: sic υ & υι ad sonum u, vt à Gallis profertur: in ει autem & οι debuerat vtraque vocalis aliquo modo audiri. *θ* θ debet prolatione à τ & δ discerni: nam magis sibilat & spumosiori spiritu effertur. *κ* κ ante ε, η, ι, &c. sonat vt ante α, nempe vt k vel q. *ξ* ξ vt cs, non vt è nostris quidam proferunt x in *exercitus* & similibus, dicentes *egzercitus* pro *ecsercitus*. *ο, ω.* ο & ω hodie prolatione non distinguuntur, veluti neque α breue & α longum. *σ* σ vt s in *sum*, etiam inter duas vocales, non vt nostri faciunt, qui *miser mizer* proferunt. *φ* φ effertur hodie vt f: tamen illius sonus ad prolationem p debet accedere. *χ* χ ante ε, η, &c. vt ante α.

Septem vocalium diuisio.

Ex his septem vocales: longae, η, ω: Breues, ε, ο: Ancipites, α, ι, υ: quae & Communes dicuntur, quòd modò sint longae, modò breues.

DIPH

DIPHTHONGI.

Propriæ,	Impropriæ,
αι, αυ, ει, ευ, οι, ου.	ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, υι, ωυ.
æ, av, i, ev, i, u.	a, i, o, iv, i, ov.

In αυ, ευ, ηυ, ωυ, pronūtiatur υ vt u[1] cōsonans. 1

Vocales præpositiuæ, α, ε, η, ο, ω, propterea quòd in diphthongis præponantur: Subiunctiuæ autem, ι, υ, quod subsequantur. Faciunt verò per se syllabam, quoties duobus in apice punctis notantur; παϊς, pais, puer vel puella, disyllabum; ἄϋπνος aypnos, insomnis, trisyllabum. Cæterùm in tribus, ᾳ, ῃ, ῳ, iota non ad latus[2] affigitur, sed infrà subscribitur. 2

[illegible]

Annotatio de ι, sine puncto subscripto.

[1] VT Si ex dictione Latina aue reiiciatur e, atque in au, retineatur pronuntiatio quæ erat in integro aue. Rectius, meo quidem iudicio, faciunt, qui υ hic pronuntiant vt u in diphthongis Latinis au, eu, audio, euge. Porrò diphthongus ου non profertur vt Galli proferunt u Latinum in dictione dominus, sed veluti ou in dictionibus Gallicis nous, vous, aut vt u ab Italis effertur. 1

υ quomodo pronuntietur in diphthongis.

[2] Supple, Quamuis dictum sit dici subiunctiuam quod subsequatur. 2

Semiuocales octo ζ, λ, μ, ν, ρ, σ, ψ, ξ.

[1] Mutæ nouē	Tenues π, κ, τ.	Duplices	[2] ζ σδ.	2
	Mediæ β, γ, δ.		[3] ξ κσ, γσ, χσ.	1.3
	Aspiratæ φ, χ, θ.		[3] ψ πσ, βσ, φσ.	3

Consonantium diuisio

[4] Liquidę, siue immutabiles quatuor, λ, μ, ν, ρ. 4

σ Solitaria & suæ potestatis est.

[1] MVTAE Appellantur aut Tenues, aut Mediæ, aut Aspiratæ quadam relatione, non quidem habita ratione vnius tenuis ad alteram tenuem; sed tenuis π, ad mediam β, & aspiratam φ. nam hæ tres magnam habent inter se affinitatem, & facile vna migrat in alteram; quippe quæ eodem instrumento vocis proferantur, nempe labiorum adminiculo, atque sola spiritus intensione vel remissione differant. nam in prolatione φ, maximam spiritus copiam, in π minimam, in β 1

Mutæ quare dicantur Tenues, Mediæ, vel Aspiratæ: & earum affinitas.

mediocrem adhibemus. Eadem est ratio secundi ordinis mutarum κ, γ, χ, quæ palati, ac tertij, τ, δ, θ, quæ dentium auxilio proferuntur. Quod dico, verum esse deprehendetur, si vnicuique ordini præponatur vocalis, hoc modo, ἀπ, ἀβ, ἀφ: & ἀκ, ἀγ, ἀχ: atque ἀτ, ἀδ, ἀθ.

Annotatio de δ, ζ, & σδ.

Dorismus, σδ, pro ζ.

2 [2] Hinc colligunt quidam, δ debere proferri blæsius quàm d Latinum: & in prolatione ζ, sonum σδ debere aliquo modo retineri. adde quod Dores confunderent ζ cum σδ, & verba in ζω per σδω efferrent. Verum ego illis potius assentior qui per literarum metathesin id fieri assueuerant, σδω pro δσω: atque idcirco mallim ζ valere δσ quàm σδ. Æoles autem verba in σσω efferunt per ζω: vnde ζ creditur valere non solùm σδ, sed etiam duplex σσ.

Æolismus, ζ, pro σσ.

ξ

3 [3] Ξ magnam habet cognationem cum secundo mutarum ordine, κ, γ, χ nam sæpe ex illis conflatur, aut in eas dissoluitur, vt satis constat ex verbis in κω, γω, χω, quorum futurum habet ξω, pro κσω, γσω, χσω: & ex nominibus finitis in ξ, quorum genitiuus est κος, γος, χος, non ξος. Sic se habet ψ cum π, β, φ, primo mutarum ordine.

ψ

Liquidæ quare sic vocentur.

Immutabiles quoque cur dicantur.

4 [4] Appellantur *Liquidæ* eadem ratione qua apud Latinos l, m, n, r: quòd post mutam positæ, quasi liquescentes ac euanescentes, vim consonantis interdum amittant, neque vocalem præcedentem longam efficiant, vt aliæ consonantes. *Immutabiles* autem dictæ sunt, quòd non tam facilè mutentur quam aliæ consonantes in inflexionibus nominum & verborum, sicuti planum fiet ex sequentibus.

DE ORTHOGRAPHIA ET Consonantium nexu appendix.

Consonantium mutatio vnde oriatur.

Consonantium nexus.

QVONIAM Ex consonantium mutua quadam affinitate vel odio, vt ita dicam, penè infinitæ literarum mutationes oriuntur, dum scilicet duæ aut tres consonantes non possunt inter duas vocales, vel in principio dictionis ante vocalem propter mutuum odium consistere, cùm cognatæ propter mutuam inter se affinitatem gaudeant coniungi & inuicem combinari, volui paucis perstringere, quæ consonantes simul possint inter duas vocales, vel in principio dictionis collocari, & quæ non: ac si inter duas vocales reperiantur, num ad præcedentem, an ad sequentem syllabam, illarum prior pertineat: vt in τύπτω, id est *verbero*, num π, syllabam præcedentem τύ, an sequentem πω, sequatur. Quæ res profectò est animaduersione digna: cùm ad

veram

veram orthographiam non parum conducat, & ad intelligendas, tam in nominibus quam in verbis, varias consonantium inter se mutationes, pene necessaria videatur. Primò itaque sciendum, quod si duæ mutæ debeant simul poni, vt vna alteram consequatur, necessariò tenuis præcedet tenuem, vt τέτυπται, *verberatus est*, pro τέτυφται: vel propriam aspiratam, vt Σαπφώ, *Sappho*, pro Σαφφώ: & media mediam, vt ἕβδομος, *septimus*, non ἕπδομος, licet veniat ab ἑπτά, id est *septē*; ὄγδοος, *octauus*, non ὄκδοος, ab ὀκτώ, *octo*: atque aspirata aspiratam, vt ἐτύφθην, *verberatus sum*, pro ἐτύπθην. non tamē quæuis tenuis quamuis tenuem, aut media mediam, vel aspirata aspiratam antecedet. nam τ, δ, θ, nunquam primum inter affines, sed semper secundum locum occupant: vt, ex τέκω quidem, inserto per pleonasmum τ ante ω, & mutato ε in ι, dicam τίκτω, id est *pario*, vbi τ sequitur aliam tenuem κ: in πέτω verò, posito π ante ω, non possum dicere πίτπω: (nam τ præcederet aliam tenuem; quod fieri non potest) itaque dicendum πίπτω, id est, *cado*; vbi τ secundum locum occupat. Præterea vnaquæque tenuis, vel media, potest seipsam præcedere: vt ἵππος, *equus*: ἐκκλησία, *ecclesia, cœtus*, γλῶττα, *lingua*: ἄββαλεν pro ἀπέβαλεν, *abiecit*. (Sed *perperam* est hoc ab Antesignano obseruatū nam pro ἀνέβαλε siue ἀνάβαλε dicitur ἄμβαλε, vt ἀμβαίνειν, pro ἀναβαίνειν: ἄββαλε autē pro ἀπέβαλε, abiecit; vel ἀπόβαλε, abiice, sicut ὑββάλλει apud Hesych. pro ὑποβάλλει, subiicit. Vide Schol. pag. 5[illegible]. & 212.) ἄγγελος, *nuntius*: ἄδδην, *satis*. aspirata verò nunquam seipsam præcedit: non enim dicere possumus Σαφφώ, sed Σαπφώ. Hoc quoque sciendum, quaslibet duas mutas inter duas vocales positas (modò eadem non geminetur, vt ἵππος; aut tenuis aspiratam præcedat, vt Σαπφώ) ambas ad sequentē syllabam pertinere, vt τύ-πτω: præter γδ, vt quibusdam placet, qui nituntur regula generali, quæ ait: Duas aut tres consonantes nunquam ad syllabam sequentem pertinere, nisi aliqua dictio Græca incipiat ab illis consonantibus: si verò illę reperiantur in principio alicuius vocabuli, quum erunt inter duas vocales, semper ad syllabam sequentem pertinebunt, nisi in compositione: vt in τύπτω *verbero*, & ἄστρον *astrum*, πτ & στ pertinent ad syllabas sequētes: quia aliæ multæ dictiones Græcę incipiunt à πτ, & στ: vt πτύω *spuo*, & στρέφω *verto*, & aliæ multæ. In cōpositione verò, vt ἐκρέω, *effluo*, ab ἐκ & ῥέω, κ pertinet ad præcedentem rationē compositionis: quamuis κ & ρ inueniantur in

Mutarū connectendarū ratio.

πτ	pro	φτ.
πφ		φφ.
βδ		πδ.
γδ		κδ.
φθ		πθ.

τ, δ, θ, quo locô ponantur.

κτ.

πτ non τπ.

Quæ mutæ geminentur, & quæ non.

ANNOTATIO.

Duæ mutæ inter duas vocales ad quā trahantur.

γδ.

Regula generalis de consonantium connexu.

πτ, στ.

Compositionis vis in consonantiū aut conson

tis distinctione, vt ἐκ-ςέω, ἐξ-άγω.

principio multarū dictionum, vt κρατέω, *potens sum*, &c. imò vnica consona ratione compositionis ad præcedentem syllabam pertinebit, quum inuenietur inter duas vocales, vt in ἐξάγω, *educo*, ξ pertinet ad præcedentem. nam dictio componitur ab ἐξ & ἄγω. Cæterum si nullum vocabulum Græcum incipit a ζδ: ideo iuxta eorum sententiā, ζ trahetur ad syllabam præcedentem. Et hactenus de mutis: pergamus ad duplices, liquidas, & σ.

ζδ nunquā dictionis initiū.

Duplex cū alia consonāte nunquā connectitur.

Duplices nunquam inueniuntur in principio dictionis coniunctæ cum aliqua consonante. Itaque in medio dictionis positæ inter duas vocales cum aliqua consonante, non possunt coniungi, ita vt ad syllabam sequentem pertineant: vt in [illegible] & [illegible], *pedum*, λξ & ξπ non possunt trahi ad syllabam sequentem: quare diuidantur necesse est, [illegible]. Idem iudicato de aliis.

Liquidæ cum alia consonante nectendæ, aut ab ea distinguēdæ ratio.

μν nexus.

Liquidæ λ, μ, ν, ρ, consonantem præcedentes, vt ἄρτος, *panis*, nunquam ad syllabam sequētem pertinent, præter μν, vt μνᾶ, *mna, mina*: ἀμνός, *agnus*. Quum vero consonantem sequuntur, illæ & consona præcedens ad syllabam sequentē trahuntur, vt πέτρα, *petra*: modò non sequantur aliam liquidam: nam tum diuiduntur, præter μν, vt dictum est; veluti ἔρχομαι, *venio*. Si vero sequantur duas consonantes quæ per se traherentur ad syllabam sequentem, cum liquida coniunctæ ad sequentem quoque omnes trahentur: vt ἄστρον. nam σ & τ ad sequentē pertinerent, vt patet ex στήλη, *columna*.

σθλ nulla dictio incipit.

Quidam hinc excipiunt σθλ, vt ἐσθλός, *bonus*: quia nullum vocabulum Græcum incipit à σθλ: quamuis σθ interdum in principio dictionis inueniantur, vt σθένω, *possum*; & ideo ad syllabam sequentē pertineant, quum inter duas vocales solæ reperiuntur, vt ἀσθενὴς, *debilis*. Idem iudicium est de σθμ, vt ἆσθμα, *anhelitus, anhelatio*. nulla enim dictio incipit à σθμ.

σθμ nunquā in principio dictionis.

Regula de consonantiū nexu, pars altera confutatur.

Tamen regula illa generalis suprà posita (quod bona illorum venia dixerim) eos qui illa nitūtur, aliqua ex parte fallit. nam quamuis si verum esse, sicuti est, fatear, consonantes quæ in principio coniunguntur, in medio quoque, nisi compositio obstet, debere coniungi: verumtamen regulæ conuersæ non possum assentiri, nempe consonantes in medio diuidendas, quæ in principio non inueniuntur coniunctæ. nam si hoc esset verum, (cùm θμ nunquam in principio inueniantur) βαθμὸς *gradus*, & ἄσθμα, necessariò sic diuiderentur, βαθ μὸς, ἀσθ μα: quod & absurdum est, & omnium Grammaticorum canonibus contrarium, qui vno ore affirmant, Nullam syllabam in aspiratam desi-

A θμ dictio non incipit.

deſi

desinere. Quare meo quidem iudicio γδ, σλ, & σθμ, poterunt coniungi, ὀγδόη, ἐσθλὸς, ἰσθμός. Nunc dicendum quas consonantes liquidæ possint præcedere ac sequi, & quas non: ac primo quidem vnaquæque liquida seipsam præcedit & sequitur in medio dictionis: in principio verò aut fine, nulla prorsus consona geminatur. Porrò λ præcedit omnes consonantes præter ζ, ρ, ψ: sequitur autem omnes mutas præter φ: sed duplices aut σ nunquam sequitur. μ præcedit tantum tres mutas, π, β, φ: vnam duplicem ψ, & vnam liquidam ν: sequitur sex mutas, κ, γ, χ, τ, δ, θ, (sed χ non nisi rarissime) duas liquidas λ, ρ, & σ: alias consonantes nunquam aut præcedit aut sequitur. ν præcedit tantum tres mutas, τ, δ, θ, & σ: alias consonantes nunquam: sequitur verò omnes mutas præter β, omnes quoque liquidas: duplices verò aut σ, nunquam. ρ præcedit omnes consonantes, præter ζ, λ: sequitur autem omnes mutas; at post alias consonantes nunquam inuenitur. Et hæc de liquidis. Porrò σ tantummodo mutas & μ præcedit, atque cum eis ad syllabam sequentem trahitur: sequitur verò solum tres liquidas, λ, ν, ρ, ídque rarò: cum aliis autem consonantibus nunquam connectitur: ipsum tamen sæpe geminatur, *γλῶσσα, lingua.*

Nulla syllaba in aspiratã desinit.
Liquida cũ aliis consonantibus.
Litera geminata non connectantur.
λ, μ
ν
ρ
σ cum aliis consonantibus.

CANONES PRONVNTIATIONIS.

Accentus tres: Acutus ´, Θεός, Theós, *Deus:* λόγος, lógos, *sermo*: τύπτομεν, ty'ptomen, *verberamus.* Grauis `, τιμὴ, timì, *honor.* Circumflexus ~, ποιῶ, pió, *facio*: βοᾶτε, voâte, *clamatis.* Acutus & circumflexus, attollunt syllabam quam afficiunt; grauis, deprimit.

Accentus.
Acutus.
Grauis.
Circumflex.

Spiritus duo: Asper siue densus ῾, ἅμα, háma, *simul*: Lenis siue tenuis ᾿, ἐγὼ, egò, *ego.* Semper autem vocalis aut diphthongus initio dictionis alterum possidet è spiritibus. [1] Consonans ρ in principio quidem aspiratur, ῥώμη, rhómi, *robur*: in medio verò si geminetur, priore loco leuigatur, posteriore aspiratur, πόῤῥω, pórrho, *longé.*

Spiritus.
Asper.
Lenis.
Spirituum sedes vocales, diphthongi, & ρ in principio, ac ρρ geminũ in medio dictionis.

[1] Ρ non semper in principio aspiratur, vt author ait. Nam si secunda quoque syllaba incipiat à ρ in aliquo

ρ initiale quando leuigetur.

nomine, tum primū ρ leniatum: vt *ῥωμαλέος, ῥάκος, ῥάβδος*, *ῥαρίς*, *Raria*. (Ceteris epitheton, Suidæ) *puer, robustus, vehemens*. Verùm nulla præter hæc 4 inuenies. Ceterùm ρ simplex in medio dictionis (de quo author nihil loquitur) nullo spiritu notatur, sed intelligitur habere spiritum tenuem: tamen apud poëtas in opt. exemplaribus interdum inuenies vnicum ρ cum spiritu aspero in media dictione: sed id fit solùm, dum poëtæ metri gratia ex gemino ῥῥ primum subtrahunt, vt *ἄρεκτον*, pro *ἄρρεκτον*, *infectum*: & sic de aliis.

ρ mediæ dictionis quem spiritum habeat. Vnicum ρ quando aspiretur in medio.

Apostrophus.

1 Apostrophos, nota est reiectę vocalis, [1] α, ε, ι, ο: aut diphthongi, αι, οι: quod fit ob sequentem
2 vocalem: [2] quæ si aspiretur, migrat præcedens tenuis in aspiratam, *πάντα ἔλεγον*, *omnia dixi*.
3 *πάντ᾽ ἔλεγον*, pandelegon: ([3] prolatio enim est in morem vnicæ dictionis) *ἀπὸ οὗ*, *à quo*, *ἀφ᾽ οὗ*: *κατὰ οὗ*, *contra quem*, *καθ᾽ οὗ*: *νύκτα ὅλην*, *noctem totam*, *νύχθ᾽ ὅλην*.

π, κ, τ } in { φ, χ, θ

Vocaliū per apostrophū reiectarum quantitas. αι & οι quando breues.

1 VOCALES Quæ per apostrophum reiciuntur, aut sunt natura breues, vt ε, ο: aut ancipites correptæ, α, ι: aut diphthongi αι, οι, quæ in ratione accentuum habentur in fine pro breuibus, & apud poëtas sæpe corripiuntur, dum sunt finales: longa enim per apostrophum
2 non eliditur. [2] Si vocalis (inquit) sequentis dictionis notetur spiritu aspero, & reiecta vltima vocali præcedentis dictionis, remaneat in illius fine aliqua tenuium mutarum π, κ, τ, migrabunt tenues in proprias aspiratas
3 φ, χ, θ. [3] Reddit rationem quare scripserit literis Latinis pandelegon vnica dictione, cùm in Gręco sint duæ: quia, inquit, in huiuscemodi apostrophis prolatio duarum dictionum est in morem vnicæ. imò (quod magis mirabere) consona præcedentis dictionis vltima pertinet ad syllabam sequentem, non ad præcedentem, vt *ἀ-φ᾽ οὗ*: neque solùm vltima, sed etiam penultima, modò possit coniungi cum vltima, vt *νύχθ᾽ ὅλην*. nam χθ facilè (vt in superioribus dictum est) coniunguntur: sed in *πάν-τ᾽ ἔλεγον*, ν trahitur ad præcedentem. nam ντ non coniunguntur. Ratio quare ad sequentem ita trahantur, est, quia prima sequentis dictionis vocalis succedit in locum abiectæ. æquum est igitur vt consonantes quæ ad vocalem abiectam referebantur, nunc ad vocalem sequentem trahantur, & non ad præcedentem: ex hoc enim absurdum sæpenumero sequeretur,

Consonantes syllabæ apostrophum passæ, ad quam vocalem pertineant. 9, 13

syllaba

ſyllaba in aſpiratam deſinente, vt in ἀφ' οὗ & νύχθ' ὅλην: quod nunquam in purè Græcis poteſt contingere. nam Ἰωσήφ, ἐνώχ, & ῥούθ, *Ioſeph, Enoch, & Rhuth*, Hebraïca ſunt, & non Græca, pro quibus Græci dicerent Ἰώσηφος, ἐνῶχος, ῥοῦθα, & Latini *Ioſephus, Enochus, Rhutha*. Porrò in οὐχ οὗτος; *nonne ille?* & ſimilibus, χ trahitur ad ſyllabam ſequentem, quamuis apoſtropho non notetur: re vera tamen apoſtrophi nota intelligitur, & οὐχ pro οὐχὶ dictum eſt. ſolet enim interdum apoſtrophi nota abiici, vt διό pro δι' ὅ, *quapropter*: καθάπαν pro καθ' ἅπαν, *omnino*: καθάπαξ pro καθ' ἅπαξ, *ſemel, omnino*: καθάπερ pro καθ' ἅπερ, *quemadmodum*: ἀνθ' ὧν pro ἀντὶ ὧν, *eo quòd*: quæ exempla ſatis manifeſtè declarant, conſonantes ſyllabæ apoſtrophum paſſæ ad ſequentis dictionis vocalem pertinere. nullus enim non videt in ἀνθῶν θ nectendum cum ω, ἀν-θῶν, & non cum α, ἀνθ-ῶν. Dictiones quoque monoſyllabæ, quod dicimus, neceſſariò verũ eſſe, per ſe ſatis indicant, vt σὲ, *te*, σ' ἐγώ, *te ego*: vbi σ non poteſt niſi ad ſyllabam ſequentem trahi. Hæc pluribus ſum proſecutus, quòd viderem ab omnibus ferme typographis, qui orthographiæ maximè ſtudent, id aliter obſeruari. Illis verò imponit compoſitionis regula perperam intellecta. cùm enim videant ab omnibus vno ore receptum eſſe, vt vltima conſonans harum præpoſitionum, ἐν, εἰς, ἐξ, πρὸς, σὺν, ὑπὲρ, in compoſitione ante vocalem poſitarum, non ad ſequentem, ſed ad præcedentem vocalem ratione compoſitionis trahatur, (vt ἐν-άγω, *induco*: εἰσ-άγω, *introduco*: ἐξ-άγω, *educo*: προσ-άγω, *adduco*: συν-άγω, *conduco*, id eſt, ſimul duco: ὑπερ-άγω, *superago*) credunt eandem eſſe rationem in παράγω, *tranſeo*: κατάγω, *deduco*, & ſimilibus: & à fortiori in apoſtropho, vt ἐπ' ἐμοί, *in me*. Verùm ratio non eſt eadem. nam in ὑπεράγω, ρ iungitur cum ε: quia ante compoſitionem cum eo iungebatur. in παρὰ verò, ρ non adhæret cum πα, ſed cum α finali: quare in compoſitione aut apoſtropho, non cum πα, ſed cum vocali quæ in locum τοῦ α ſuccedit, connectetur. Et de his hactenus. Obiter tamen & illud addam, vocalem acutam, quæ per apoſtrophum abiicitur, in nominibus quidem retrahere accentum in penultimam, δεινὰ, δείν' ἔπη, *grauia verba*: in aliis verò dictionibus vnà cum vocali accentus quoque abiicitur, ἀπὸ, ἀφ' οὗ.

1 Gamma γ ante γ, ξ, χ, ſonat perinde vt n: ἄγγελος angelos, *nuntius*: λύγξ lynx, *ſingultus*, vel

Quæ deſinũt in aſpiratam, Græca non ſunt.

οὐχ pro οὐχὶ. *Apoſtrophi nota abiecta.*

Typographi orthographiæ obſeruatores.

ρ in ὑπερ-άγω, cum præcedenti ſyllaba, in παράγω, cum ſequẽti nectitur.

Num accentus vocalis abiectæ abijciatur.

Diuerſa quarũdã literarũ pronuntiãdi ratio.

γ ut n
κ ut g

λύγξ lynx fera: ἔγχος enchos, *hasta*. sic ante κ: † sed ipsum κ sonandum vt g, πέφαγκα pephanga, *apparui*.

τ ut d

Tau τ post ν, vt d: τὸν Τάνταλον ton Dandalon, *Tantalum*.

ν ut m

Ny ν ante β, μ, π, vt m: τὸν βίον tom vion, *vitam*: τὴν μερίδα tim merida, *particulam*: τὸν πίθον, tom bithon, per b, *dolium*.

π ut b

Pi π post μ, vt b Latinum: πέμπω pembo, *mitto*. Itidem post ν [2] in diuersis dictionibus: τὸν πίθον tom bithon, *dolium*.

γ pro ν positum, & quare.

Hebraïsmus.

Collaudo pro conlaudo.

ν non præcedit vllam cōsonantem præter ν, τ, δ, θ, σ: ante alias aut mutatur, aut eliditur, aut tertia consonans inseritur.

[1] CREDO Græcos olim non ita γ ante κ, γ, χ, ξ, pronuntiasse; sed potius scripsisse γ pro ν ante has literas, quia ν proferrent vt γ: vel certè quod ν natiuum sonum hic non retineret. est enim ν difficillimæ pronuntiationis, si ponatur ante aliam consonantem, vt licet ex præpositione Latina *con* in compositione conijcere. Qui linguam Hebræam callent, hoc apertius norunt: vix enim apud illos reperias n ante aliam consonantem: sed ferè semper illud mutant in consonam quæ sequitur, vt faciunt Latini in *collaudo*. imò Græci (vt antea diximus) nunquam ponunt ν ante aliam consonantem in eadem dictione, nisi ante aliud ν, & ante tertium ordinem mutarum τ, δ, θ, & aliquando ante σ: sed mutant ν in aliquam aliam consonantem, vel illud omnino elidunt, vt poteris colligere ex σύν, & ἐν, in compositis: de quibus copiosè CLENARDVS in tractatu de Inuestigatione thematis in voce συῤῥήγνυσθαι, *confringi*. Interdum verò aliam cōsonam inserunt, vt ἄνδρες, *viri*, pro ἀνέρες. [2] Modò diuersæ illæ dictiones puncto non diuidantur. nam si dictio periodum claudens desinat in ν, & prima litera alterius sententiæ sit π, hæc regula non habebit locum, neque etiam præcedentes, si simile quidpiam contigerit. imò è doctioribus multi hodie diuersam hanc literarū γ, κ, τ, ν, π, pronuntiandi rationem neque obseruant, neque obseruandam censent.

Insueta literarū pronuntiatio vbi locum habeat.

ALII

ALII CANONES TERMINATIONIS, EX ANGELO CANINIO Anglarensi.

NVLLVM Græcum nomen exit in ε, vel ο. Nam τὸ ξυγκόψε, *concidere*. in Aristophanis Equitibus fictū est, vt barbare loquētes seruos imitaretur. vt quidam inducit militem dicentem, Vbi vadis? Nam τηλίκοσδε, *talis*. & τόσοσδε, *tantus*. composita sunt è δέ.

In duali quintæ est ε. Αἴαντε, *Aiaces duo*. τιτᾶνε, *Titanes duo*. At ἐκεῖνο, *illud*. τοσοῦτο, *tantum*. τοῦτο, *hoc*. & quædam alia amiserunt vltimum ν.

Nullum etiam desinit in Mutam, ne particula quidem vlla: nec in ζ ψ. Quæ his literis finiuntur, peregrina sunt, Ἀχαάβ, *Achab*. Βοόζ, *Booz*. Ἐνώχ, *Enoch*. Ἀδάμ, *Adam*. quæ tamen ad Græcam formam reuocari possunt, vt terminentur ος, Ἀχάβος, *Achabus*. vel ας, Annibal Ἀννίβας, Ἀννίβα, *Annibal*. Polyb.

Ηλ, quod adducit Eustath. apocope factum est ex ἧλος, *clauus*.

Ἐκ, *ex*. & οὐκ, *non*. non sunt integra. ἐξ enim sequente consonante mutat ξ in κ, οὐ vero ante vocalē accipit κ. ἐξ αὐτοῦ, *ex ipso*. ἐκ τούτου, *ex hoc*. οὐ θέλω, *non volo*. vt Sicubi, pro siubi. Quidam ex Ionico οὐκί, *nequaquam*. apostropho, ι fieri οὐκ aiunt, οὐκ' ἔστι, *non est*.

Superſunt decem literæ, quibus nomina finiri possunt: quinque vocales, α, η, ι, υ, ω. totidem consonantes, ν, ρ, ς, ξ, ψ.

Nomina quæ terminantur α longo, η, ω, omnia fœmi

fœmina, ἡ Λήδα, *Leda.* ἡ τιμή, *honor.* ἡ Λητώ, *Latona.* nam δῶ pro δῶμα, apocope, neutrũ, id est, domus.

Quæ desinunt in ι, υ, omnia neutra. Tria in ι notat Aristoteles, μέλι, *mel.* πέπερι, *piper.* κόμμι, *gummi.* Alia ergo peregrina, βέρβερι, *concha, & ostreum quod vniones & bacchas continet. ex Eustathio, vide Athen. lib. 3.* ex lingua Indica. σίναπι, *Sinapi.* & forte duo posteriora, πέπερι, κόμμι.

Poëtica illa ex apocope, ἔρι, *lana vel lanugo.* βρῖ, *magnum, plenum.* κρῖ, *farina crassior quæ per cribrum transmissa est.* pro ἔριον, βρίθιμον, κρίμνον. Et neutra adiectiua à masculinis in ις, φιλόπατρις, φιλόπατρι, *quod fauet patriæ.*

In υ quinque, γόνυ, *genu.* δόρυ, *hastile.* ἄστυ, *vrbs. Il. ε.* πῶϋ, *grex ouium.* νάπυ, *sinapium.* Et neutra à masculinis in υς, ἡδύς, ἡδύ, *suauis.* Legitur tamen μῶλυ, *moly herbæ genus apud Dioscor. lib. 3. cap. 54.* seb ab Homero fictum. Odyss. κ.

Quæ exeunt in α breue, ν, ρ, ξ, ψ, σ, media, hoc est, partim masculina, partim fœminina, & quædam neutra.

Omnia pluralia neutra in α, vt præterita perfecta, & Aorista priora actiua.

Ε, & α indicatiui vertitur in η in subiunctiuo, ο in ω. τύπτεις, *verberas.* τύπτῃς, *verberes.* τύπτομεν, *verberamus.* τύπτωμεν, *verberemus.* ἔτυψα, *verberaui.* ἐὰν τύψω, *si verberauero.*

Ι in datiuorum omnium vltima syllaba, vel solum, vel in diphthongo. τιμῇ, *honori.* τιμαῖν, τιμαῖς. Αἴαντι, *Aiaci.* Αἰάντοιν, Αἴασι.

Σ in accusatiuis pluralibus omnibus, præter neutra, quæ habent α.

Σ potestate continet δ, θ, τ. Quod cernitur in obliquis quintæ declinationis, & in futuris tertiæ coniugationis, ἔρις, ἔριδος, *lis.* κόρυς, κόρυθος, *galea & galerita.* χάρις, χάριτος, *gratia.* ᾄδω, *cano.* ᾄσω. πλήθω,

im

impleo. πλήσω. ἀνύτω, ἀνύσω, perficio, perficiam.

Ξ γ, κ, χ. αἲξ, αἰγὸς, caper, vel capra. κόραξ, κόρακος. coruus. θρὶξ, τριχὸς, capillus, pilus, vellus. ἄγω, ἄξω, duco. πέκω, πέξω, pecto. βρέχω, βρέξω, pluo, proluo, irrigo.

Ψ β, π, φ. ἄραψ, ἄραβος, Arabs. κύκλωψ, κύκλωπος, Cyclops. κίνυψ, κίνυφος, Cinyphs. λείβω, λείψω, Sacrifico, sacrificabo, λέπω, λέψω, decortico, cabo. γράφω, γράψω, scribo, scribam.

ALPHABETVM, IN QVO DIALEctorum, & Analogiæ bona pars explicatur, ex eodem Angelo Caninio.

VERVM quoniam omnis propemodum dialectorum varietas, & Analogię ratio in Literarum certa mutatione, additione, detractione posita est: commodissimum esse duximus, hoc singula ordine collocare, vt quicquid mutatum, additum, detractum esset, suo in loco & litera facile posset reperiri. Atque vt analogiæ constantissima ratio planius exponeretur, & vis intelligeretur: non modò quid singulæ dialecti varient, verùm etiam quas literas immutent Latini Græcis verbis exprimendis, & in suæ linguæ vsum conuertendis, demonstrauimus. Nec aspernati sumus linguarũ, quibus vulgo vtimur, exempla, quò res fieret illustrior. Ad extremum etiam multa quæ Græci & Latini è Punica lingua in suam transtulerunt, quæ quidẽ ad rem faciebant, in mediũ attulimus.

Αλφα ex E.

Huius literæ pronunciatio facillima est in linguis omnibus, vt Punicè Ana, ἀνὰ, ex quo Ana Medicorum. Nos ad varietates dialectorũ veniamus. Nam de ipsarum quidem literarum nominibus, quæ Syriaca sunt, hic non est dicendi locus.

Principio itaque Iones in quibusdam vocibus a

vertunt in α breue, μεγεθ@ μάγεθ@, magnitudo. τέμνω τάμνω, seco. τρέπομαι τράπομαι, uertor. τραθόμεν τραφόμεν, conuersi. Sic ῥέεθρον, fluuius, Homerus, alij βάραθρον.

Quod factitant & Dorienses, ... vexo, onero. τρέπω τράπω ... ἑρμηνεία ... φρεσὶ φρασὶ, menübus. Pindarus. ... σύγε τόλμα, intende. & in diphthongo, εἴκε αἴκα, si. ... ἄπειρον ... expertus, inexperientis. κλεὶς κλαὶς, κλεῖδα κλαῖδα, clauis, clauem. Calimachus, ... frangere. Cretenses τέως τάως, interim. ἀέρσα ἀέρ(σ)α, ros.

Æolij in aduerbiis in θεν, detracto ν, ε mutant in α. ὄπισθεν ὄπισθα, pone, retro. ἄνευθεν ἄνευθα, sine, prater, seorsum. ἔνθεν ἔνθα, inde, hinc. πρόσθεν πρόσθα, ante coram, antea, prius.

Id Latini aliquando imitati sunt, μένω maneo, ἔρρι@ aries, quidam scribunt ... ἐρωδιὸς ardea, syncope τοῦ ω. Sic ex ἔν@ fit annus.

Sic Græci è Punico Ella faciũt ἀλλ... Erabon ἀῤῥαβὼν, arrabo, pignus. Betel βαίτυλ@, ... Melet μάλθη, malta, cera ... Etrusce. Pilleges παλλακὶς pellex. Peleg πέλαγ@ pelagus, & Latini è Besas basio, Bes basium, Esua asso, Feti fatuus. Etrusce ἔῤῥε, arri, Abi in malam rem. κεράτιον, Corniculum, siliqua. caratio. Bend Punice, benda, banda.

Alpha. ex H

Dorienses & Æolij η passim mutant in α longum, huius credo literæ sono patenti atq; hiulco delectati. Quamobrem Theocritus de mulieribus Corinthiis loquens ait, πλατειάσδοισαι ἄπαντα, ore deducto pronuntiare omnia. Exempla sunt, φήμη φάμα fama, πληγὴ πλαγὰ plaga, μηχανὴ μαχανὰ machina, φηγὸς φαγὸς fagus: μῆλον μᾶλον malum. Latini enim eos sequuntur, quando etiam in Magna Græcia Doricè loquebãtur. Sic μήτηρ μάτηρ, mulier. ἠὼς ἀὼς, aurora. ἡδὺς ἀδὺς, suauis. γηρύω γαρύω, clamo, loquor, discer

discerno. λήψομαι λάψομαι, *accipiam.* κανηχὴς καναχὴς, *resonans, strepens.* ἡμέρα ἁμέρα, *dies.* ἥλιος ἅλιος, *Sol.* ἡδονὴ ἁδονὰ, *voluptas.* aliaque innumerabilia. Docet Herodianus in imparisyllabis oxytonis non mutari, ποιμὴν, *pastor.* λιμὴν, *portus.* non ποιμὰν, λιμὰν, præter ἐσθὴς ἐσθὰς, *vestis.* Pindar. Pythiis. malè ergo apud Theocrit. ἁδίων ὁ ποιμὰν, *suauior ὁ pastor.*

Attici in paucissimis suauitatis causa η mutarunt in α longum, κήλη κάλα, *hernia.* κηλήτης κηλάτης, *herniosus.* ἠχέτης ἀχέτας, *resonans, sonorus: cicadarum epithetum.* Δήμητερ ὦ Δάματερ, *Ceres.* admirantis aduerbium. sic è λήμη *lippitudo.* fecerunt γλάμων, addito γ. *id est, lippus.*

Iones contrà in α breue, πήρα πάρη, *pera.* λεληκυῖα λελακυῖα, *obstrepens, lippiens.* μεμηκυῖα μεμακυῖα, *mugiens.* τεθηλυῖα τεθαλυῖα, *germinans.* μεσημβρία μεσαμβρία, *meridies.* λελημμένος λελαμμένος, *captus, cogitans.* ληφθεὶς λαμφθεὶς, *sumptus.* cum epenthesi μ. sic διχῆ δίχα, *bifariam.* τριχῆ τρίχα, *trifariam.* τετραχῆ τέτραχα. Δεῦρ᾽ ἴθι νύμφα φίλη, ἰλ. γ. *huc age nympha seu sponsa chara.*

Alph. ex ο, ω, εα, αε.

Huc pertinet, cùm Poëtæ η resoluunt in εα, ἤγην ἐάγην, *fractus sum.* ἥφθην ἑάφθην, *captus sum.* ἧδε ἕαδε, *placuit.* & Æolicè ἄαδε, & ἑαδὼς, ἥλη ἑάλη, *captus est.* ἥλω ἑάλω, ἥλωκα ἑάλωκα, *capt⁹ est.* ἥνδανε ἑάνδανε, *placuit.*

Ο Doricè aliquando in α, εἴκοσι εἴκατι, *viginti.* & Æolicè ὄσσα, ἄσσα, *quædam.* ex quo Atticum ἄττα. Sic Latini ἄροτρον aratrum, etsi a longum est. καρδία cor, πορῶ ex quo πορίζω, paro, *rem facio, mercor.* λόγχη, lancea. Etrusce solidus, saldo: Hispan. γάνος gana, *lætitia, splendor oblectamentum.*

Iidem Dorienses ω in α productum cōuertunt, πρῶτος πρᾶτος, πρώτιστος πράτιστος, *primus.* φωριαμὸς φαριαμὸς, *arca.* sic θῶκος θᾶκος, *sedes, locus, concio.*

In genitiuo plurali primæ & secūdæ parisyllaborum, λῃστῶν λῃστᾶν, *latronum.* θυρῶν θυρᾶν, *portarum.*

Et in aoriſtis mediis prioribus, ἐπήξω ἐπάξα, fixiſti, denſaſti. ἐπείω ἐπεία, emiſti.

Æolij in participiis ſecundæ contractorum, γελῶν γελᾶν, ridens, cachinnum tollens. ἐλῶν ἐλᾶν, impellens. Bœotice ποσειδῶν ποτειδᾶν, Neptunus. φυσῶντες φυσᾶντες, flantes, tumentes. Tarentini Dorienſium Colonia, ὦτα ἆτα, aures. ὡς ἄς, vt. Cretenſes ἔωλον ἄελον, metathesi, vanum absoletum.

Contrahitur etiã ex εα, θέαται θᾶται, vide. Idyl. 1. vt Attice ἀφυέα ἀφυᾶ, induſtrium ingenioſum. πειραιέα πειραιᾶ, Piræum. Verùm hoc tantum præeunte vocali: non enim diceretur εὐγενέα εὐγενᾶ, generoſus. ἀληθέα ἀληθᾶ, verum. ſed εὐγενῆ ἀληθῆ.

Et ex αε, ἄεθλον ἆθλον, præmium. ἀέκων ἄκων, inultus. ἀεργὸς ἀργός, otioſus.

A Abundans.

A initio aliquando abundat, σαφὶς ἀσαφὶς, vua paſſa. σταχυς ἄσταχυς, ſpica. quod propriũ Atticorũ eſſe dicunt. Etruſce. Vulturius auoltoio. Hiſpanice Percipere apercebir, & Gallicè appercevoir. Poëticè ἄαζω pro ἄζω ab ἄω, ſpiro. ἀάσχετος pro ἄσχετος, intolerabilis, ſeu quod retineri nõ poteſt. Syriace Labã, albus, alban, dealbauit, Mar amarus, ex quo forſitan mare.

Deficiens.

Cadit, ἀσπαίρω σπαίρω, palpito more morientium. ἀμαυρόω μαυρόω, obſcuro, hebeto. ἀστεροπὴ στεροπὴ, fulgur. vt ἀμέλγω, eliceo, mulgeo. ἄρουρα rus rura, ἀμῶ ἄμητος, meſſis, unde meto. Nam deductio ſæpe fit à verbali, ἵστημι, ſto. στατὸς, ſtabilis ex quo, ſtatuo. φημὶ, dico. φατὸς, dicendus, hinc fateor. πάσχω, patior. πάθος, paſſio: vel παθητὸς, patibilis, hinc patior. γεύομαι, guſto. γευστὸς, guſtabilis. vnde guſto. λέγω, dico. λόγος, dictio. hinc loquor. ἐρεύγω, ructo. ἐρευκτὸς, quod ructa emittitur, hinc ructo. ἀκάστικα, ἡσύχως, pacificè, quiete. ex quo fit quieſco. Syriace Anu, νῶ nos, hamar merum. Sic Appendix pendice Etruſce, Apotheca bottega,

Puni

Punice alhud leuto, non, vt quidam sentit, ἁλιευτική, *piscatoria*. Asqer schiera.

In medio poëtice metri causa abundat, [illegible] *[illegible]* [illegible] *[illegible]*. Sic [illegible], [illegible] *capiti, capita*. [illegible] *[illegible]*. Od. α. [illegible], *[illegible]*. ε. [illegible], *Orion*. [illegible] *purus in [illegible]*. [illegible] *patiaris, [illegible]*. [illegible] [illegible] *[illegible]* Hesiod. vt nom. [illegible] *pretii*. [illegible] *[illegible] pretio [illegible]*. [illegible] *[illegible]*. [illegible], *[illegible]*. [illegible] *Pelias*. [illegible], *Hercules*. [illegible] *splendidissimum*. [illegible] *parum*. [illegible] *[illegible] perfecta sunt*. Od. ε. [illegible], *quinquaginta*. ἑξήκοντα, *sexcentum*. in secunda contractorum coniug. ante α, ὁρᾷ ὁράει, *videt*. [illegible] *fit in naui multa transtra habente*. & in Infinit. ὁρᾶν ὁράαν, *videre*. ἐλᾶν, *ferire*. μάστιξεν δ' ἐλάαν· ***verberauit ad agitandum.***

In αὐθαδιάζω, *contumacem reddo*. ἀ[illegible]βαλιάζω, *sursum cum [illegible] iacio*. secundum α. *abundat*.

Hoc modo è Syriaco Catros fit κιθαρις, vel κιθάρα, *lyra*. Menica μανιάκης, *[illegible], torques*. Punice machzen, Etrusce magazino, Riqma ricamo.

Iones in tertia plur. præt. perf. pass. eliso ν ponunt α, κέκλι[illegible] κεκλίαται, *inclinati sunt*. πεποίη[illegible] πεποιέαται, *facti sunt*. Et in opt. [illegible] τυπτοίατο, *vapularent*. [illegible] μνησαίατο, *recordarentur*. sed de hac re in præt. pass.

Æolice in genit. plur. primæ & secũdæ imparis. λῃστάων, *latronum*. [illegible], *[illegible]*. Callimachus etiam in tertia, ἰκτάων à [illegible], *[illegible]*. quòd perrarum est.

Eliditur in medio propter metrum, γαλήνη [illegible] *[illegible] victimam*. [illegible] *[illegible]*. Od. ε. [illegible], *[illegible]*.

Vt à χάρις χάριτος, fit gratia, κυπάρισσος cupressus, βαλανεῖον Balneum, παλάμη palma, γλώσσα glos. Compaganus cōpagno Etrusce. Sic è Punico taraq τρέχω, curro. caraq κρώζω κρώζεις, crocito, crocitas. Etrusce παράλυσις, paralysis. parlasia, παραλυτικός paralyticus. parletico. Farasa Syriace, φάρος, integumentum, vestis.

In fine quædam particulæ amittunt α, ἄρα ἄρ, itaque, igitur vtique nempe. ἀνὰ ἄν, cum. παρὰ πάρ, per. ex quo Per.

Quod poëtæ in compositione metri causa faciunt, quibusdam literis propter orthographiæ leges mutatis.

ΑΝΑ

Αναλύω, ἀλλύω, dissoluo, diluo, reuoco. pro ἀλλύω ex quo ἀλλυέσκε, retexerat. & ἀλλύεσκεν, soluebat. Οδ. α. pro ἀναλύεσκε, ἀλλύε cum Ionica paragoge. ἀνασπάω ἀσπάω, sursum traho. Opp. & ἀναδύω ἀδδύω, demergo. ἀνέλεγον ἄλλεγον, colligebam, deligebam, excipiebam. ἀναλέξαι ἀλλέξαι, collegisse. ἀναβαίνων ἀμβαίνων ascendens. ἀναβήτῃ ἀμβασῇ, ascenderit. Dorice, ἀναβαλλώμεθα ἀμβαλλώμεθα, retardemus, remoremur, recusemus. & ἀμβολιεργὸς Hesiodus pro ἀναβολιεργός, dilator, cunctator. ἀνάσχεο ἄσχεο, sustine. ἀναστάντες ἀστάντες, assurgentes. ἀναμίξας ἀμμίξας, cum immiscuisset. ἀναδύεται ἀδδύεται, recusat. ἀναπαλὼν ἀμπαλὼν, cum quassasset, vibrasset. & Ionice ἀμπεπαλών. ἀνακαλέω ἀκκαλέω, reuoco. ἀναπαιανίσαι ἀμπαιανίσαι, rursus canere Pæana. ἀναπέτασον ἀμπέτασον, extende. ἀνακρούομαι ἀκκρούομαι, præludo. ἀνακλίνας ἀκκλίνας, reclinans. ἀναχωρήσεσθαι ἀχχωρήσεσθαι, sublatum ire. ἀνέβαλε ἄμβαλε, retardauit. qui scribunt ἄββαλε, male legerunt antiquum codicem. ἀνέπνευσε ἄμπνευσε, expirauit. ἀνάπωτις ἄμπωτις, fluxus & refluxus maris. quo etiam oratores vtuntur.

Cum nominibus etiam, tametsi casum regit, fere conglutinatur, ἀνὰ πεδίον ἀμπεδίον, per campum.

ἀνὰ

ἀνὰ δόνακας ἀνδόνακας, inter arundines. ἀνὰ βωμοῖς ἀμβώμοισι, in aris. Ιλ. θ. ἀνὰ φυτὰ ἀμφυτὰ, per virgulta. ἀνὰ στόμα ἀνστόμα, in ore. ἀνὰ νέκυας ἀννέκυας, per cadauera. ἀνὰ μέγα ἀμμέγα, per magnum. ἀνὰ φόνον ἀμφόνον, per cædem.

Sic ἀναμίγδην ἀμμίγδην, confusè. ἀνάδιχα ἄνδιχα, Bifariam. & διάνδιχα, bifariam. ἀνάπηρος ἄμπηρος, fractus, mutilatus.

ΚΑΤᾺ

Καταθνήσκω καθθνήσκω, morior. κατέθανε κάτθανε, mortuus est. καταθανὼν καθθανὼν, moriens. καταθάψαι καθθάψαι, sepelire. Ιλ. ω. [illegible], connumerare. κατέβαλε κάββαλε, deiecit. καταλείπειν καλλείπειν, derelinquere. Ιλ. κ. καταλείπετ' καλλείπετ' Nicāder Alex. κατέλιπε κάλλιπε, reliquit. καταλείψειν καλλείψειν, relictum ire. in quibus τ in λ. κατέπεσε κάππεσε, decidit. καταρρέζουσα poëtice, καῤῥέζουσα, demulcens. Ιλ. ε. καταπυείσασα καππυείσασα, igne concepta. Theocrit. Idyl. 2. κατάφαγε κάπφαγε, comede. καταδῦσαι καδδῦσαι, demergere. καταδραθέτην καδδραθέτην, obdormiuere duo. κατάσχεθε κάσχεθε, detinete. Ιλ. λ. καταστορνῦσα καστορνῦσα, insternens. καταχεῦσαι καχχεῦσαι, effundere. κατανεύσας καννεύσας, cùm annuisset. καταμίξας καμμίξας, cùm miscuisset. κατακείοντες κακκείοντες, dormituri. κατακνῆσαι κακκνῆσαι, concussisse. καταμύω καμμύω, inclinor, occido. quod cōmune est omnibus.

Cum nominibus, κατὰ κορυφὴν κακκορυφὴν, ex vertice. κατὰ πεδίον καππεδίον, ex campo. κατὰ μέσον καμμέσον, ex medio. κατὰ φάλαρα καπφάλαρα, per phaleras. κατὰ ῥόον καῤῥόον, secundo flumine. κατὰ λαπάραν καλλαπάρην, per ilia. καταμονίην καμμονίην, victoria ex duello.

Sic κατὰ δὲ καδδε, κατὰ μὲν καμμὲν, secundū quidē. Οδ. σ. κατά ῥα καῤῥά, secundum quidem. Dorice κατὰ τοῦτο κατ-τοῦτο, ex hoc.

ΠΑΡᾺ

Παραθέμενος παρθέμενος, apponens. παρατίθει παρτίθει, comparat. παρέθετο πάρθετο, apposuit. παρέστασα

παρςᾶσα, assistens. παραστιβὼν παρστιβὼν, cum sublisset. & Ionice παραιπετιβαν. παράμενων παρμένων, assistens. Parmeno.

Latini è διὰ & παρὰ in compositione elidunt α, di & per, διαφέρω differo, διαγινώσκω dignosco, διαλύω diluo.

Παραμένω permaneo, παραμίσγω permisceo.

Latini α aliquando vertunt in i breue, τρυτάνη Trutina, κάναστρον canistrum, σαλάζω stillo.

Punice Sciarqi scirocco, scilocco Etrusce, ventus. fondac fondico. ψαλὶς, Æol. σπαλις, spilla, nomacula.

Sic ago adigo, facio reficio, habeo adhibeo.

In u breue, κραιπάλη crapula, στραγγαλῶ strágulo.

In æ diphthongum, sed perraro, Ασκληπιὸς Æsculapius.

ΒΗ͂ΤΑ.

CVM è Mutis prima sit β, paucis de Mutarum mutatione prius agendum.

Eæ, vt diximus, sunt nouem, β γ δ, π κ τ, φ χ θ. quarum vis ac potestas planè est mirifica. Mediæ enim cum mediis, cum tenuibus tenues, densæ conueniunt cum densis, βδέλλα, hirudo, sanguisuga. ὄγδοος, octauus. πτωχὸς, mendicus. κλίωος, iumentum. φθόνος, inuidia. ἄχθος, pondus. Hæ vicissim, non temere tamen, permutantur.

Primum Mediæ, sed rarô, in aspiratas, τρίζω τρίχω, ingemui. ἄνωγθι ἄνωχθι, iube. κεκράγηθι κεκραχθι, vociferare. Aspiratę in medias, λέλεχα λέλεγμαι, elegit, differuit. ὀρώρυχα ὀρώρυγμαι, fodi, exaquaui. βέβρεχα βέβρεγμαι, irrigaui, prolui.

Tenues in medias vertuntur in deriuatione: ἑπτὰ, septem. ἕβδομος, septimus. ἑβδομήκοντα, septuaginta. ὀκτὼ, octo. ὄγδοος, octauus. ὀγδοήκοντα, octuaginta. μέμικται. mixtum est. μίγδην & μίγδα, mixtim, simul, una. ἐπιγέγραπται, inscriptum est. ἐπιγράβδην, in superficie,

stri

strictim. φαίνω, *Appareo, accendo, clareo.* πέφανται, *apparuit.* ἀναφανδὸν, *coram omnibus, clare, manifeste.* τέτμηται, *incisum est.* τμήδην, *festinanter, cæsim.* διακέκριται, *adiudicatum est.* διακριδὸν, *distincte.* διείρηται, *publicatum est.* διαῤῥήδην, *palam.* πέπλεκται, *implicitum, nexum est.* πλέγδην, *implicite.* πέφευκται, *fugit.* φύγδην, *fugiendo.* αἴρω, ἦρται, *tollo.* ἄρδην, *penitus.*

Poëtice in syncope, δεδοίκαμεν δέδιμεν, *metuimus.* ἐοίκαμεν ἔϊγμεν, *similes fuimus.* ἔχειν, ἐχέμεν. syncope ἔσχεν, *habere, possidere.*

Eædem in densas propter accentum aspiratum aut in compositione, aut in apostropho. ἀπὸ ἵστημι ἀφίστημι, *auerto.* καὶ αἱρῶ καθαιρῶ, *deiicio.* ἀπὸ ἕξω ἀφέξω, *recipiam, abstinebo.* ἀπὸ οὗ ἀφ' οὗ, *a quo.* καὶ ὃν καθ' ὃν, *ex quo.*

Iones quidem ob has duas causas nihil mutant, ἀπίστημι, καταιρῶ, ἀπ' οὗ, κατ' ὅν. nec κ: καὶ οὕτω. Quin etiam in flexu nominum non recipiunt, φ, κινύφ. κίνυφος, ipsi κίνυπος, *nomen fluuij.*

Æolij verò multò minus id faciunt, qui densum spiritum prorsus ignorant.

Quædam vsus communis ab Ionibus accepta, vt longi temporis præscriptione sua fecit, ἀπηλιώτης, *Subsolanus.* ἀπήλιος, *Soli aduersus.* ab ἥλιος. Errat itaque Triclinius, qui ἀπήλιος fieri putat ab ἀνατόλιος, *Orientalis, Eous.* contra analogiam. nam ο mutatur in η in fine prioris compositi tantum, vt suo loco dicetur. λεύκιππος, *albus equus.* κράτιππος, *fortis equus.* ab ἵππος, *equus.* σακκυφάντης, *qui saccos facit.* κροκύφαντος, *quod per subtegmen immittitur* ab ὑφαίνω, *texo.* πεμπτήμερος, *quinque dierum.* Pind. ab ἡμέρα. cùm dicatur πενθημιμερής, vt ἑφθημιμερής, *septem dierum.* ab ἑπτά.

Præterea ob syncopen tenues mutãtur in aspiratas, προοίμιον, φροίμιον, [illegible] φροιμιάζεσθαι, *præfari.* ἐξαπίνης ἐξαίφνης, *ex improuiso.* [illegible]

πος, quadriiugus. τερατεία τερθρεία, *vanitas.* πλόκαμος πλοχμὸς, *caesaries.* ταράττω θράττω, *confundo.* ἀκακώμενος ἀκαχμένος, *acutus.* alij ab ἀκάζω, *acuo.* pro ἠκασμένος, σ in χ. quidam addunt φρῶ à προΐω, syncope & trope φρῶ, *mitto.* εἰσφρῶ, *irrumpo.* quod etiam duci potest à φέρω, φρῶ φέρω, *fero.* ex quo φρὲς, *fer.* vt θὲς, *pone.*

Contra densæ in tenues, ne plures aspiratæ nimis cófragose coëant. θρὶξ τριχὸς, non θριχὸς, *pilus.* θάπτω, *sepelio.* ἔταφον, *sepeliui.* τρέφω pro θρέφω, *nutrio.* ex quo θρέψω. τρέχω pro θρέχω, *curro.* ex quo θρέξω. ἔχω, *habeo.* pro ἕχω, ex quo ἕξω. ἵσταθι, *statue.* δίδοθι, *dato.* sed τίθετι, *pone.* τύπτηθι, *vapula.* at τυφθῆτι, *verberator.* ἔχω χεῖρ, *habeo manus.* ἐκεχειρία, *inducia, remissio.* ἀμφὶ ἔχω, ἀμπεχόνη, *indumentum.*

Sic in repetitione præteritorum, φαίνω, *appareo.* πέφηνα, *apparui.* χαίρω, *lætor.* κεχάρηκα, *lætatus sum.* θείνω τέθακα, *percutio, percussi.*

Aliquando plures aspiratæ necessario coëunt etiam initio dictionis, & in duabus syllabis continentibus, θρυφθεὶς, *contritus.* ἀφὴ, *tactus.* διαθρυφθὲν ἔκπεσε χειρὸς, *comminutum excidit manu.* & κορινθόθι οἰκία ναίων, *Corinthi habitans circumfusus.* ἀμφιχυθεὶς, *circumfusus.* δόμον ἄρμενον ἀμφεθέθ᾽ αὑτῷ, *domum commodam circumposuit sibi.* Opp. Halieut.

Iones densas vertunt in tenues, δέχω δέκω, *suscipio.* ex quo δωροδόκος, *muneribus inhians.* ξενοδόκος, *hospes.* πανδοκεύτρια, *caupona mulier:* Attica. σιτόδοχος, autẽ *qui frumentum accipit.* à δέχω. τεύχω τύκω, *struo.* αὖθις αὖτις, *rursus.* vt Latine ἄχυρον, Acus aceris.

Et in eodem verbo vicissim vtramque, χιτὼν κιθὼν, *tunica.* βάτραχος βάθρακος, *rana.* ἀκάνθιον ἀχάνθιον, *spina.* ἐντεῦθεν ἐνθεῦτεν, *hinc.*

Abundat in deriuatione, ἄχυρον, *acus, palea.* ἀχυρμιά, *aceruus palearum.* ὄχος, *vehiculum.* ὀχμὸς ὀχμάζω, *detineo, ſub currum duco.* λείχω λιχμάζω, *lingo, lambo.* τέκω, *pario.* τεκμὰρ, *ſignum, indicium.* ἔμπειρος ἐμπείραμος & ἐμπέραμος, *peritus, prudens.* ἀλκὴ, *robur, ſubſidiū.* ἀλκιμος, *fortis, robuſtus.* ἄνθος, *flos.* ἄνθιμος, *floridus.* πρωί, *mane diluculo, præmaturè.* πρώιμος, *feſtinus, celer.* γνάθος, *maxilla.* γναθμος, *idem.* βέβρας βέμβρας, *piſcis.*

Vt Qinnemon Syriace, κινάμωμον, *Cinnamomū.*

Poëticè in carm. geminatur, ἔμορος ἄμμορος, *infelix.* ἔμαθεν ἔμμαθεν, *didicit.* Οδ. ρ. ἔμορεν ἔμμορεν, Ιλ. α. *natus eſt.* à μείρω, *diuido.* ἀμιγὴ, *purum, non mixtum, ſyncerum.* ἀμμίγα, *ſimul, vna, confuſè.* φιλομειδὴς φιλομμειδὴς, *riſum amans.* quod Zeres vnico μ mauult. Æolicè, ἡμεῖς ἄμμες, *nos.* ὑμεῖς ὔμμες, *vos.*

Cadit initio ſecundum Æolios, μία ἴα, *vna.* μέχρις ἄχρις, *vſque.* ε in α. Vt in medio, κρόμμυον κρόμυον, *carpe.* propter metrum.

Latinè μιμοῦμαι μιμητὴς imitor, quaſi mimitor: κωμμῶ como, σκίμπων ſcipio, *baculus.* Sic Etruſce μιμὼν, ὄνος mona, pro mimona, & gatto mamone, τράγημα tragea, *bellaria, ſecunda menſa.* vt in P, μικκύλος Dorice, Etruſce picculo, *puſillus, paruus.*

In N, πυγμὴ pugnus pugna. Punice Am ἂν an.

Vt Syriace Romcha, Etruſce ronca Meſpylum neſpo-

neſpolo Domina donna. μηδεὶς, Hiſpa. nadie, *nullus.* Gall. Racemus *raiſin.*

N Ῡ.

Ante β, μ, π, pronunciatur, vt M, τὸν βόλον, tom bolon, *retinaculum, iactũ retis.* τὸν μόρον tom moron, *morbum, cruciatum.* τὸν πόκον tom bocon, *vellus.* 10,6. 241,44.

Ante γ, κ, χ in compoſitione mutatur in γ, ſonum tamen retinet, ἐν γράφω ἐγγράφω, *inſcribo, accuſo, indicor, mulctor.* σὺν κλείω συγκλείω, *concludo, arcto, obſero.* σὺν χέω συγχέω, *confundo, proſterno, turbo.*

Ante λ, ρ, σ in ſequẽtem. συλλέγω, *percipio, colligo.* σύρρους, *ſimul fluens.* σύσσιτος, *ſodalis.* ἐν tamen ante σ retinet ν, ἔνσωμος, *corporeus.*

Dorienſes ſequentes θ vel τ, conuertunt λ in ν. ἦλθον ἦνθον, *veni.* βέλτιστος βέντιστος, *optimus.* φίλτατος φίντατος, *amiciſſimus.* φίλτις φίντις, *auriga.* diminutiuum Pindaro. ἐκέλετο κέντο, *iubebat.* Alcman. εἵλετο ἕλετο ἕντο. & proſtheſi γ. γέντο, *cepit.*

Latinè γρυλλίζω grunnio. μέγαλος vt dicebant veteres. magnus. Etruſce Colus colicula conocchia. vt Acus acicula. Syriace Luz nux.

Æolij in partic. præter. perfect. σ in ν. retracto accentu, εἰρηκὼς εἰρήκων, ὄντος, *locutus.* νενοηκὼς νενοήκων, νενοήκοντος, *qui intellexit, cogitauit, ſenſit.* vt Cretenſes. ἐν ἐς. ἐς χορὸν ἐν χορόν *ad choriũ.* ἐν ἀγοράν, *ad forum.* & mutato ε in ι, ἰν. ἰν φάος pro ἐς φάος. Heſych. *in lucem.*

Dorienſes verbis in ιω & υω addunt ν. τίω τίνω, *ſoluo, reddo, pendo, luo, rependo, perſoluo honoro, colo, magnifico.* πίω πίνω, *bibo, haurio.* φθίω φθίνω, *corrumpo, tabeſco, perdo.* θύω θύνω, *ſacrifico, ruo, curro.* ἐκχύω ἐκχύνω, *circumfundo, effundo.* δύω δυνώω, *ingredior, demitto.* ἀρτύω ἀρτυνώω. *condio, inſtruo, promo, comparo.* quę ſunt ferè Anomala.

Poëtæ interiecto ν, è grauitionis faciũt inflexa. ἵκω ἱκνῶ, *venio, emitto.* οἴχω οἰχνῶ, *diſcedo, peregrinor.* ἄγω, ἀγνῶ, *ago, duco.* & cum epentheſi ι, ἀγινῶ, *veho*

aſſero,comperio. αἴρω ἀείρω, tollo. πείρω Homericè. pro περάω. περῶ. ex quo πέρησαι. & περάασκε. Ιλ.υ. tranſeo, transfigo, penetro, emetior.

Geminãt & ob metrum. ἐνέπω ἐννέπω, dico,narro. ἔνη ἔννη, vetus & noua luna. ἀπεῖται ἀππεῖται, deſinit, fuit, quod Æolis vſitatum. ἔναιε. ἔνναιε, habitabat. ἐννοσίγαιος, terræ concuſſor.

Addunt etiã ſoni clarioris gratia. μίνυθα, minimum. μίνυνθα, paululum. μινυνθάδιος, breui durans. ἔκλιθη ἐκλίνθη, inclinatus eſt. auerſus eſt. demiſſus eſt. ἀμπνύνθη pro ἐπνεύσθη, reſpirauit. ἀκαμάτη χάρμης, pugna infatigabilis. ab ἀκάματος, indefeſſus. πλάζομαι. πλάγξομαι erro errabo. Οδ.α. πλάγχθη, ſtabulus eſt. Οδ.α. παλιμπλαγχθέντα, iterũ errantes. Ιλ.α. pro πλάζομαι. ἐπλάγχθη. παλιμπλαγχθέντας. πλαγγών, puppa cerea. ab ἐπλάγη, perci. [illegible] λήγω, deſino. λέλογχα. prope λέλογχα λέλογχα, ſortitus ſum. alij a λάχω. nam γ eſt loco ν. χάζω κέχαδα κέχανδα capio, capax ſum. χανδάνω, contineo. κλάζω. ἔκλαξα, clamo, ui. ἔκλαγξαν δ᾽ ἄρ᾽ ὀϊστοί, ſonuerunt ſagitta. & κλαγγὴ pro κλαγή, clãgor. βροτός, mortalis. ἀμβροσία, Ambroſia. & reliqua compoſita. τερψίμβροτος, mortales delectans. φαεσίμβροτος, ferens lucem mortalibus. πλειςόμβροτος abundãs hominibus. ἐναρίμβροτος, homicida. Κλεόμβροτος. in quibus μ pro ν. ἀβρότη, nox. & ἀμφιβρότη, comtegens hominem. metri cauſa non receperunt μ.

Iones λήψομαι λάμψομαι, accipiam. ἐλήφθην ἐλάμφθην, acceptus ſum. ληφθεὶς λαμφθεὶς, ſumptus.

Argiui & Cretenſes vocibus, quæ in penultima habent ει. detracto ι addunt ν. σπείδω (ex quo σπείσομαι) σπένδω, libo. ἐνείκω, fero. ex quo ἤνεικα. ἐνείκω. Sic αἰεὶ αἰεν & αἰέ, ſemper. vt ἀένναος & ἀέναος, ſemper fluens. Sic ab ἐνόω. τὸ κινῶ, moueo. fut. ἐνόσω, quamiam. fit ἐνοσίχθων, εἰνοσίφυλλος, altus, ventis efflatus. & ἐννοσίγαιος, terræ percuſſor. & in part. τιθεὶς τιθένς, ponens. quam formam Latini ſecuti ſunt. μέντοι μέιντοι, nihilominus tamen, certò. Euſta. εἰδέναι ἐνδέναι, ſcire.

Heſy

Hesych. Æolicè φαεννὸς φαεινός, *lucidus, clarus, speciosus*. Sic δέννος à δενός, *conuitium*.

In compositione ante νῆσος, *insula*. ν repetitur. Πελοπόννησος, *Peloponesus*. ἐλαφόννησος, *insula ceruis abũdans*. προκόννησος, *insula hinnulis abũdans*. ἀλωπεκόννησος, *insula vulpibus abundans*. Legitur tamen ἀλόννησος. χερρόννησος, *Chersonesus*. Panicula Etrusce pannocchia.

Latini δασὺς densus. παχὺς pinguis. λείχω lingo. Etrusci iterum detrahunt lecco. πήγω. πάγω Doricè. pago & pango. ἔχις anguis, εἴκοσι. Dor. εἴκατι viginti. κίκιννοι cincinni. τόκα tunc. θίγω tango. ἑκατὸν cẽtum. σχίζω scindo. κῆπος. Dorice κᾶπος campus. & ἑλκὴ vulnus. οὖρον vrina. φύραμα. ζύμη. fermentũ.

Etrusci Lutra lontra. Laterna lanterna. καπάνη capanna. ἄβακος banco. Retusus rintuzato. Pauitare pauentare. Vampa. & Auampo. à vapore. Cubitus gombito. Hispani examen enxambre. Potio ponçona. Potionare enpoçonar. Gallicè Cucumis *concombre*.

Græci è Punico Lachia λάχνη, *lana, lanugo, vellus*. & è Syriaco Sabbeca σαμβύκη, *sambuca*. Lapid. λαμπὰς, λαμπάδος, *fax, candelabrũ*. μ pro ι, propter π. Sadin σινδών, *amictus ex lino*. Tuppin τύμπανα, *tympana*.

Lacones & Cyprij ex ω tollunt υ, & addunt η. αὔτη ἄνδα, τ in δ, *ipsa*. αὐχὴν ἀμφὴν, χ in φ, *ceruix, collum*. τοῦ αὐτοῦ ἔτους, αὐτέτους, *anni eiusdem*. Sic ἀήτας ἀήτης, ex quo fit ventus: aut ab ἀεὶς ἀέντος, *flans, spirans*. ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων, *ventorum vis molliter spirantium*.

In fine tertiæ verborum in ε, vel ι, additur sequente vocali, quod tum vocatur ἐφελκυστικὸν, *quod fini adijcitur*. ἔτυπτεν αὐτὸν, *verberabat ipsum*. φέρουσιν αὐλὸν, *ferunt iaculum*. & datiuis pluralibus quintæ, ἀνδράσιν ἐκείνοις, *viris illis*.

Vnum legitur etiam post ει, ἤσκειν εἴρια καλά, Il. γ. *parabat lanas pulchras*.

Iones & veteres Attici ob hanc causam non addunt ν, quod ex Herodoto cognosces. Attice, ἔσθ᾽ ὅτε, *est quando.* ἔσθ᾽ ὅπως, *est quomodo.* pro ἔστι ὅτε, ἔστι ὅπως.

Quidam scribunt Atticos ν addere etiam sequente consonante, quod poëtæ faciunt ob metrum, ἠνώγειν δ᾽ ἄρα πᾶσιν, *iubebat igitur omnibus.*

Dorienses in fine addunt, ἐγὼ ἐγών, ἐμοὶ ἐμίν, τοὶ τίν, expuncto ο, *ego, mihi, tibi.*

Auctor Etymologici ex Herodiano citat Pindarũ, qui scripserit ἀκαμαντοχάρμαν, *pugna indefesse.* in vocatiuo, ab ἀκαμαντοχάρμης, addito ν. Qua ratione explicari potest vsitatissimũ illud verbum, ὦ ταν, ἔτης, ἔτα, vocat. ὦ ἔτα, *o amicè.* addito ν ὦ ἔταν, eliso ε, ὦ ταν, nam vsus obtinuit vt inflecteretur.

Quidam formam deriuatam putant, vt Ἑρμῆς Ἑρμᾶν, *Mercurius.* μέγιστος μεγιστᾶν, *maximus.* sed malè.

Iidem in tertia præteriti duobus εε in η contractis addunt ν, ἔπλεε ἔπλην, *nauigabat.* ἔρρεε ἔρρην, *fluebat.* ἔεν ἦν, Eustath. *erat.*

Punice Garbi, Etrusce garbino, ventus.

In præposit. σὺν ante ζ in compositione decidit, ν σὺν ζυγὸς σύζυγος, *coniunx, maritus.*

Vt aliquando in πάλιν, *iterum, retro, retrorsum.* παλίωξις, *iterata persecutio.* παλίσκιος, *umbrosus.* alioquin παλίντονος, *reflexus.* παλίνδρομος, *reciprocus.* παλίλλογος, *iterũ collectus.* ν mutato in λ. παλιμπλαγχθείς, *iterum oberrans, dispalatus.*

Poëtæ elidunt aliquando metri lege, καγχάζω καχάζω cachinnor, φάρυγξ, φάρυγγος· φάρυξ, φάρυγος, *fauces.* quod etiã Æolij faciũt. ἐννέατος ἔνατος, *nouẽ, nonus.*

Latini Columna columella, Monstrum mostellum mostellaria, Lingua ligula, Effingo effigies.

Etrusci, Sponsa sposo, Mensura misura. Hispa. SeSensus seso Sensatus sesudo.

Græci è Punico Carn κέρας, quod melius expres

presserunt Latini cornu, Inna ἴνα, vt.

Aduerbia in θεν vltimum ν sæpe apud poëtas amittunt, πρόσθεν πρόσθε, *ante, vlterius, anterius.* ὄπισθεν ὄπισθε, *retro, ponè, ex aduerso, retrorsum.* ἑκατέρωθεν ἑκάτερθε, *vtrinque.* syncope.

Quod Latini faciunt in Πλάτων Plato, Σόλων Solo, & aliis permultis. contra Græci Latinis nominibus in O, addunt ν, Κικέρων, Κάτων, *Cicero, Cato.*

N videtur à Latinis versi in B, πίνω bibo, τιν tibi.

In G, apud vetustissimos Latinos, sequente G vel C. Agchises, Agceps, Aggulus, Aggens, pro Anchises, anceps, angulus, angens: vt ἔγκυος, *prægnans, grauida.* ἔγγονος, *nepos, oriundus.* ἐγχέω, *infundo, libo.* ἄγγελος, *nuncius, legatus, internuncius.* Sic innobilis ignobilis, Innarus ignarus, ignauus. Syriace Eno ἐγώ.

In μ, πύανος πύαμος, *faba, ligumen.* χλαμὺς χλανίς, *vestis militaris, chlamis.* Sic τήγανον, *sartago, patella.* tegame Etrusce. Sic ναρκισσίτης, *lapis narcissites.* vulgo marchessita.

Punice Anahar ἡμέρα, *dies.* quasi ἁμέρα, vel Dorice ἀνέρα.

Anbub fistulæ genus, vnde anbubai qui ea canit. Horatius, Ambubaiarum collegia.

In τ, Γανυμήδης catamitus, Mane matutinus, pro manutinus, nisi potius à Matuta. Sic fortè Περσεφόνη Περσεφάττα Attice, *Proserpina.*

Ξ x.

Ξ Æolicè resoluitur in σκ, ξένος σκένος, *hospes, nouus, absurdus.* ξίφος σκίφος, *ensis.* ξιφίας σκιφίας, piscis, *item cometæ genus ad ensis instar fastigiati.* & ξιφύδριον σκιφύδριον, *gladiolus.* Epicharmus apud Athen. Vt Latinè, ἀξίνη ascia, Exeo, Etrusce esco, Exuccus sciocco, Exauguratus sciagurato, Exalbidus scialbo. Hispani X pronunciant vt sc, Exemplo, Xabon, vt si scriberetur escemplo, sciabon.

Bœoti κ vertunt in ξ, ἥκασι, ἥξασι *iuerunt.* Aristoph. Nebulis, loquitur rusticus Strepsiades. ἵξοι pro ἥκον, *peruenerunt.* Οἷ. ε. Alij malunt Futurum reuocare ad præsens. ἵκω, *venio.* ἵξω ἵξοι, paratatico, de qua re suo loco. Contra μύξα, Latine mucus.

In præpositione quidem ἐξ sequente consonante, ξ in κ abit, ἐκ τούτου, ἐξ ἐκείνου, *ex hoc, ex illo.* Nisi in fine versus, ἀμφοτέρων ἐξ τειχῶν ἄνδρες ἔβαινον. Theocr. Idyll. 27. *ex vtroque muro viri ibant.*

Grammatici ex Archilocho citant, διεξ σωλῆνος, *per fistulam, canalem, tubam.* διεξ τὸ μύρτον, *per baccam seu fructum myrti.* pro διά. Homerus verò, διεκ κακότητα φύγωμεν, *per mala fugiamus.* Nicander παρεκ λόφον, *prope tumulum.* & mox, παρὲξ λισρωτον ἅλω δρόμον, *per planum areæ spacium.*

Contra ἐξ in compositione sequente consonante mutat ξ in κ, ἐκκαίδεκα, ἑκκαιδεκάδωρα πεφύκει, *sedecim palmos longa erant.* Veteres Attici non mutabant, ἑξποδα, ἑξκλινον, quæ nunc cum α dicuntur ἑξάπουν, *sex pedes habens.* ἑξάκλινον, *sex lectulos habens.* Grammatici è Sophocle adducunt, ἑξπηχυσι, *sex cubitos habens.*

Attici veteres in præposi. σὺν, σ in ξ, σὺν ξὺν, σύμμαχος ξύμμαχος, *commilito, socius in bello.* ξυγγραφεὺς, *scriptor, scriba.* ξυνθήκη, *pactum conuentum, fœdus.* Quod post Thucydidem pauci vsurpant.

Dorienses hoc faciunt in futuris & aor. prior. quartæ grauit. κλείω, *laudo, celebro, dico.* κλείσω κλαξῶ, καθίσω καθιξῶ ἐκάθιξα, ἁρπαξῶ, *rapiam propriè de feris, præcipiam, arripiam.* In Theocr. etiam quædam circunflexa, νικαξῆ, *vinces.* ἐγέλαξεν, *risit.* ἔφθαξα, *occupaui, anteuerti.* Sic κλεὶς κλάξ, *clauis.* ὄρνις ὄρνιξ, *auis, ales, oraculum.* χος, χι, χα, Æolicè ψῆφος ψάφαξ, *calculus, suffragium, decretum.* Lacones, ἀπέσωσεν ἀπέσωξεν, *tandem seruauit, euasit, salutem parauit.* ω in κ, σ in ξ. δίφρος δίφραξ, *subsellium, sella.*

Iones

Iones duplex σσ in ξ, διασὸς διξὸς, *duplex*. τριασὸς τριξὸς, *triplex*. Æolicè διξὰ, τριξὰ, πεντάξα, pro διχῆ, τριχῆ, πενταχῆ, *diuisim, tripliciter, quintupliciter*.

Latinè πάσσαλος paxillus, πίσσα pix, διπλόος duplex, Αἴας Aiax. Punice Seif ξίφος, *ensis*. Sic Ses ἕξ, vt σῦς ὗς, *sus*. Latinè melius sex.

O, veteres aliquando οὗ.

Vocatur μικρὸν, paruum, vt differat ab ω, quod nominatur μέγα, magnum.

Hæc duo elementa longissime sono distant, tametsi vulgò nullum discrimẽ existit. ο enim summis labris pronunciandum est, ω totum implet palatum. Quod Ælius Dionysius disertè exponit.

Id Etrusci optimè obseruant. In his enim auditur o paruum, Torre, Botte, Torta, turris, doliũ, placenta. In his o magnum. Torre. Botte. Torta. auferre busones. detorta. Vt si quis secus pronunciet. ambiguam facturus sit orationem.

Hoc Græcos verisimile est fecisse in βόλος, *rete piscatorum, funda*. βῶλος, *Gleba, rubrica item qua pictores aurum suis operibus inducunt*. πόρος, *meatus, alueus, canalis*. πῶρος, *lucilum, callum*. χολὴ, *fel, bilis, ira imperfecta*. χωλὴ, *clauda, manca*. aliísque generis eiusdem.

Hæc litera in nominum compositione maximo est vsui: quod nos admonuit, vt hoc loco de ratione ac methodo nominum compositionis quæ huic linguæ mirificam addit venustatem, elegantiam, & felicissimam verborũ copiam, diceremus. Cùm præsertim hæc pars (vt pleraque alia necessaria) à Grammaticis sit prorsus præterita. Nos quædam è veteribus. cætera nostra obseruatione collegimus.

De Compositione.

Compositio itaque fit vel ex præpositione & nomine verbóue. de qua cùm peruulgata sit, nihil hoc. loco dicemus: nisi quòd sæpe duæ præposi-

tiones. aliquando tres etiã coagmentantur. ἵστημι, *sto.* ἀνίστημι, *excito, arrigo, suscito, surgere iubeo, eleuo, erigo, restituo, instauro, exstruo, statuo, moueo, traduco, trãseo.* ἐπανίστημι, *insurgo, excito, erigo, instigo, aggredior.* συνεπανίστημι, *simul conspiro, vna coniuro.* ἵημι, *mitto, iaculor, cupio, sedeo, induo, proficiscor.* ἐξίημι, *exeo, prodeo, eijcio, emitto, depromo, depono, edo.* παρεξίημι, *prætereo, transmitto.* ἀντιπαρεξίημι, *persequor, me oppono.* ἀντιπαρακαταλαμβάνω, *anticipo, præuenio.* ἀντιπαρεξάγω, *exercitum oppono, contraduco.* ὑπεξαναδύομαι, *fallo, clam exsto.* Homerus felicissimè, vt alia, composuit. ὑπεκπροφυγεῖν, *subterfugere, clam effugere.* ὑπεκπρορέειν, *subinterfluo.* ὑπεκπροθέειν, *præcurro, vinco, subexcurro.* ἐκκατέπαλτο, *exiliuit.* & παρεκπροφυγεῖν, *propè aliquem fugere.* duæ eædem προ πρό. προπροκυλινδόμενος, *supplico ad pedes prouolutus.* προπροκαλυπτόμενος, *valde admodum tectus.* προπροτιταινόμενος, *admodũ experrectus, extẽtus.*

Particulæ verò etiam quatuor. ὁπωσδηποτοῦν, *quomodocumque quoquomodo, vtcumque.* & quinque καὶ ἃ περ ἄν εἰ. καθαπερανεί, *vt quemadmodum.*

Perraro duo nomina cum alia particula: In Homero duo obseruaui. παναώριος, *pauci temporis, cito & ante diem moriturus, intempestiuus.* δυσαριστοτόκεια, *bona proles difficulter acquisita, vel mulier quæ infeliciter peperit.* cuius imitator Nicander dixit eadem forma. πανακαρπής, *omnino sterilis.* παναεργής, *inefficax, incoctus, crudus.* Opp. πανάϋπνος, *omnino insomnis.* Sic Repandirostrũ dixit Pacuuius. sed dure. durius Næuius trisecliseuem. & dulcioriloquum.

Tria autem nomina in grauibus scriptoribus rarissimè. tamen Lycophron dixit. βουπλανόκτιστος, *creatus à boue errante.* φιλαυθόμαιμος, *consanguineus.* αὐτεργοτέκτων, *suiipsius operis fabricator, & conditor.* quæ duriuscula sunt.

Nam Comici quidem lasciuiunt. dum risum vndique captant. μακροκαμπυλαύχην, *incuruatum*

lor.

longum caput. σφραγιδονυχαργοκομήτης, qui anulis usque ad vngues digitos onerat. Aristophanes multa composuit. vt vnum etiã legatur in fine ἐκκλησιαζουσῶν, id est concionantium è partibus duodetriginta, quod vt ratio compositionis & huius linguæ felicitas appareat, inspicere est operæprecium.

λοπαδοτεμαχοσελαχογαλεοκρανιολειψανοδριμυποτριμματοσιλφιοπαραομελιτοκατακεχυμενοκιχλεπικοσσυφοφαττοπεριστεραλεκτρυονοπτοκεφαλλιοκιγκλοπελειολαγῳοσιραιοβαφητραγανοπτερύγων, *Dictiones autem ex quibus hæc vox composita est sic verti poterunt. patella, frustum, piscis cartilaginosi, mustelli caput, reliquiæ acris potionis, immutat luseris planta ferulacei generis cum melle infuso turdus, cum merula columba, gallus assatus, capita cincli, liuiæ leporis sapa intinctus hircorum alatorum.* f. laseris

Plautus aliquando conatus est, sed infeliciter non suo sed linguæ vitio vt in Persa. Nugipolyloquides. Argentiextenebronides. & alia, ridicula illa quidem, sed Græcorum elegantiæ, & vt ita dicam rotunditati imparia.

Pauca tamen non insuauia sunt. sultis, sodes. capsis. solitaurilia vel suouitaurilia. vt quidam scribunt. sed male. si Quintiliano credimus.

Cum duo nomina componũtur spectare oportet vltimam prioris, in qua omne est artificium collocatum.

Pauca à nominatiuo fiunt. vt νέα πόλις νεάπολις, *Neapolis, quasi noua ciuitas.* σκιαμαχία, *pugna vmbratilis.* ἀγγελιαφόρος, *Nuncius, tabellarius.* Ἡρακλέης, *Herculis & Iunonis gloria.* Ἡράκλειτος, *Heraclitus.* γηγενής, *terrigena.* tamẽ Ἡρόφιλος Ἡρόδοτος. Ἡρόδωρος à genitiuo.

Magna pars fit à genitiuo singulari. resectis aliis literis sic vt maneat ο. λῃστής. λῃστοῦ, *latro.* λῃστοκτόνος, *prædonum interfector.* vt aduerb. ὁμοῦ, *similis.* ὁμότιμος, *æqualis.* ἡμέρα ἡμέρας, *dies.* ἡμερόκοιτος, *qui die dormit.* οἶκος οἴκου, *domus.* οἰκοδόμος, *ædificator.* ἀγὼν

ἀγῶ

ἀγῶνος, *certamen.* ἀγωνοθέτης, *agonotheta, qui præmia ponit certantibus.*

Fœminina abſolutæ ſignificationis in ια. λόγος, *ſermo.* φυσιολογία, *phyſica.* νόμος, *lex, terræ tractus.* αὐτονομία, *libertas.* ἕξις, *habitus.* καχεξία, *malus habitus.* Quidam male cõpoſuit χρονόγνωσις pro χρονογνωσία, *cognitio temporis.* Falluntur qui Æglogas ſcribunt & deducunt ex αἴξ, *caper.* & λόγος αἰγλογή, quod ne caprarius quidem diceret: nam eſſet αἰγολογία. Scribi debet ἐκλογή, *electio, delectus, ſecretio, ſeparatio, ſelectio.* quod è Theocriti Idylliis ſelegerit quædam imitanda.

In vno interponitur καί. καλοκάγαθος, *probus.* καλοκαγαθία, *probitas.* in altero πρός. ἀλλοπρόσαλλος, *Epithetum Martis, id eſt, verſutus, varius, mutabilis, qui omnibus ſe accommodat.* vt vnum legitur cum κα. οὐκαλέγων, *non curans.* Sunt etiam ducta à numeris cum καί. ἑκκαιδεκάδωρος, *ſedecim palmos longus.* ὀκτωκαιδεκέτης, *octodecim annos natus.*

A genitiuo integro pauciſſima fiunt. ναῦς, *nauis.* νεώς, *templum, oraculum.* & οἶκος, *domus.* νεώσοικος, *porticus ad mare ædificata, ſtatio naualis.* κύων κυνὸς, *canis.* & οὐρά, *cauda.* κυνόσουρα, *vrſa minor.* οὐδείς. ένος, *nihil.* & ὤρα, *cura.* οὐδενόσωρα, *quæ nihili facienda ſunt.* Ιλ. θ. ſic κυνόσωρα, *nullius pretij.* & διόσκουροι. ſiue διοσκούρω, *Caſtor & Pollux, quaſi Iouis filij Caſtores ambo.*

Dorienſes in aliquibus mutant ο in ε. ἀνδροφόνος ἀνδρεφόνος, *Homicida, lethalis.* ἀλοτρίβανος ἀλετρίβανος, *cochleare.* ἀνδροφόντης ἀνδρεφόντης, *homicida.* Αργοφόντης Αργεφόντης, *Argi interfector.* cui poëtæ addito ι dicũt Αργειφόντης. Sic dixit Nicander ἀθερειγγὴς pro ἀθερογγής, *ſpicas habens.*

Poëtæ cùm multæ breues coëunt. mutant ο in η. θεητόκος, *Deipara.* λαμπαδηφόρος, *lampadas ferens.* θαλαμηπόλος, *cubicularius, nuptialis.* στεφανηφόρος, *coronam ferens.* θανατηφόρος, *lethalis mortifer.* σταχυηλόγος,

ſpici

spicilegus. θεηπόλος, *Dei administer.* μοιρηγενής, *fortunatus, diuino fato præditus.* ἐλαφηβόλος, *venator ceruorum.* βοτρυηφόρος *racemifer.* διδυμητόκος, *quæ geminos peperit.* & Dor. διδυματόκος. πολλοστημόριος, *multipartitus.* δαφνηφάγος, *qui laurum comedit.* ὀλιγηπελίη, *animi defectus.* κακηπελίη, *langor animi.*

Quibusdã additur σ. θεόσδοτος, *Deodatus.* θεοσεχθεία, *odium in Deum.* μογοστόκος, *quæ in partu laborat.* δικασπόλος, *qui in iudicio versatur. vel circa iura.* cadit etiã ο. θεσπέσιος *magnus, mirificus, diuinus, mirabilis.* θεοείκελος, *Deo similis.* θέσφατον, *Oraculum.*

Aliis ι. ἰδοιπόρος, *viator.* πυλοιγενής, *Pylius.* ὁδοιδόκος, *obsessor viarum.* ὀρειτύπος, *ruricola.* χολοιβόρος, *virosus, exedens bilis instar.*

Quædam habent αι. Κλυταιμνήστρα, *Clytæmnestra.* μεσαιπόλιος, *semicanus.* ἀκραιφνής, *purus, syncerus, per summa lucens.* pro ἀκροφανής, *Auroræ Epithet.* alij ab ἀκεραιοφανής. Nicander χαλαίπους, *Varus, loripes.* de Vulcano. Theocritus Idyl. 15. μαλακαίποδες pro μαλακόποδες, *qui habet teneros pedes.*

Attici in suis nominibus retinent ω. λεὼς λεώ. λεωφόρος, *via publica.* νεωκόρος, *ædituus, templi minister.* λαγωβόλον, *turba popularis.* λεωεργὸς λεωργός, *audax, temerarius.* Æschyl. Quod fit etiam in quinta contractorum. κρέας. κρέατος κρέως. κρεωνομία, *visceratio, carnium distributio.* γηροβοσκός, *senum nutritor.*

In compositis à γαῖα, *terra.* αι in ε. α in ω. γεωλόφος. *collis.* γεωμέτρης, *Geometra.* γεωεργὸς γεωργός, *Agricola.* λεπτόγεως, *sterilis, parum ferax.* aliquando tamen habent εο. ἐπίγειος, *terrestris, humi repens.* μελανόγειος, *cuius terra nigra est.* legitur & γαιοδότης, *terræ dator.* quod Analogiam sequitur. At γαιήοχος Neptuni epithetum. mutat ο in η. ὁ συνέχων τὴν γῆν, *qui continet terram.* quod male & contra analogiam Didymus Ciceronis zoïlus ducit à γαίω *glorior superbio, exulto.* & ὄχος, *currus.*

Simile

Simile ſuperiorum eſt μετήορος poëticè. Atticè μετέωρος, *ſublimis, elatus tumidus, erectus*. ab ἀείρω, *eleuo, ſuſpendo, erigo, tollo, porto, extollo.*

Cum ſecunda pars incipit ab ε Atticè fit contractio in ου. Λυκόεργος. φυτόεργος. κακόεργος. Homerus. Attici Λυκοῦργος, *Lycurgus*. φυτοῦργος, *ſator*. κακοῦργος, *maleficus, facinoroſus perditus.*

Sic εὐνόεχος εὐνοῦχος, *Eunuchus, qui ſeruat lectum*. σκηπτόεχος σκηπτοῦχος, *Sceptrifer*. κλειδόεχος, *claniger*. πολιοῦχος, *cuſtos vrbis, gubernator, Patronus, Epith. Iouis & Mineruæ*. Æſchylus dixit πολισσοῦχος, ob metrum.

Ab ὁμοῦ, *ſimul, vna*. non contrahuntur. ὁμοεθνής, *gentilis, eiuſdem gentis*, non ὁμοθνής. Sic αὐτοετής, *Anniculus*. tamen αὐτουργός, *artifex opifex, qui ſuo Marte profecit.*

Sequente ει non contrahitur. ὁμοειδής, *eiuſdem ſpeciei, vniformis*. ἑτεροειδής, *diuerſæ ſpeciei, multiformis.* Homerus tamen dixit. θεουδής pro θεοειδής, *religioſus, pius.*

Cùm ab α, in ἄναξ, *rex princeps*. fit contractio in ω. χειροάναξ χειρῶναξ, *operarius, opifex, qui victum manu ſibi quærit*. ἑρμοάναξ ἑρμῶναξ, *Mercurij dominus.* In aliis eliditur ο. ψιχάρπαξ, *micarum raptor*. μητράδελφος, *Auunculus ex matre, matris frater*. δήμαρχος, *tribuum magiſter & defenſor, tribunus.*

In tertia nonnulla habent ι, ἀρχὸς, *princeps*. ἀρχιτέκτων, *machinator, qui ſtructuræ ædificiorum præeſt*. ἀρχιληστής, *princeps latronum*. ἀρχιμάγειρος, *magiſter coquorum*. ἀμβολιεργός, *Dilator operum*. ἐναντίβιος autem, *contrariam habens vitam, aduerſarius*, pro ἐναντιόβιος, ſyncope. vt ζείδωρος, pro ζειόδωρος, *fertilis, ferax, almus, viuificus*, à ζειὰ, *ſpelta*. non à ζωή, *vita.*

Vt δρυτόμος pro δρυοτόμος, *arborator, putator, faber lignarius*. πολιόπορθος πολίπορθος, *vrbis expugnator, & populator*. συοφορβὸς συφορβὸς, *ſubulcus*. vt μυοκτόνος, *murium interfector.*

Γυναικομανὴς γυναιμανὴς, *ad furorem cogens mulieres.* σπερματολόγος σπερμολόγος, *loquax, verbosus, nugator.* κραταιογύαλος κραταιγύαλος, *roborans membra, validos habens artus.* αἱματοπότης αἱμοπότης, & trope αἱμηπότης, *sanguipota, sanguinarius.* κελαινονεφὴς κελαινεφὴς, *ater ut nubes, nigro, denigrans.*

Composita à κάλλος, *pulchritudo, ornatus, unguentum, vestis purpurea, lana tincta, flos.* habent ι, καλλίμαχος. *Callimachus.* καλλιάναξ, *rex pulcher.* καλλιρόη, *fons Athenis.*

Monosyllaba in ους, amittunt σ, βούτομον, *herba palustris, acutam habens aciem, dicta quasi valide secans.* βούγλωσσα, *lingua bubula: herbæ nomen.* νουθέτησις, *admonitio, castigatio.* Et in αυς, ναυμαχία, *prælium nauale.* legitur tamen in Aristophane γραοσόβης, *abactor vetularum.* à γραῦς, *anus, vetula, item crustula in polentis quæ supernatat dum coquũtur ligumina.* Sic ναοποιὸς, *nauium exstructor.* à ναῦς, *nauis.*

Quædam priorem partem contrahunt, νεομηνία νουμηνία, *neomenia, nouilunium. Calendæ.* Θεοκυδίδης Θουκυδίδης, *Thucidides.* θεοχαρείλας θουχαρείλας, *Gratus Deo.* θεόμορος θούμορος, *Prudens.* Θεοδόσιος Θουδόσιος in carmine, *Theodosius.* Κλεόνικος Κλούνικος, *Cleonicus.*

Quædam fiunt à datiuo, χειρίσοφος, *Gesticulans.* αἰγίβοτος, *terra apta pascendis apris.* ἁλίπαστος, *mari seu sale salsus, præsalsus.* θερειλεχὴς, *Vmbrosus: Platani Epithetum.* ὀρείαυλος, *montanus.* ὀρείχαλκος, *orichalcum, æs montanum.* ἐγχείμορος, *hastatus.* sequentibus duabus consonantibus, ε cadit, ὀρέστροφος, *in monte nutritus.* ἐγχίκτυπος, *hasta resonans.* tamen ὀρίγανον, *origanum, herbæ nomen.* Ὀρειβάσιος, Ὠρειγένης pro Ὠριγένης.

A plurali datiuo, ὀρεσίτροφος, ναυσίπορος, *nauibus meabilis.* δακρυσίστακτος, *stillans lachrymis.* ἐγχεσίμωρος, *hasta exercitatus.* In quibus non geminatur σ nisi in illo, κηρεσσιφόρητος, *à Parca agitatus.* Ιλ. θ. in fine geminatur, γυναικάδρεσσι ποθεινοὶ, *mollibus optabiles.*

Epi

Epicharmus, pro ἀνδρογύνοις, *semiuiris, mollibus.*

Quædam habent in medio σι ex epentheſi, nec fiunt à datiuo, πηγεσίμαλλος, *habens lanam, infixam aut vellus densum & nigrum.* Πρωτεσίλαος, ἀλφεσίβοια, *quæ boues inuenit.* pro πηγόμαλλος, Πρωτόλαος, ἀλφέβοια. ἀερσιπότητος, *in aëre volans, sublimis.* Hesiod. pro ἀεροπότητος. Ἀγεσίλαος pro Ἀγέλαος. ἑλκεσίπεπλος pro ἑλκέπεπλος, *vestem trahens, id est, habens longam vestem.*

At ἀερσίπους, *aeripes, celeripes, pedes in altum eleuans.* ab ἀέρσω fut. Æolico, cuius thema ἀείρω, *erigo, attollo, tollo.*

Nonnulla amittunt ι, ἐγχέσπαλος, *hastam vibrans.* ὀρεσκῷος, *habitans cauernas montium.* τελεσφόρος, *almus, fertilis, ferens tributum.* ἐπεσβόλος, *conuiciator.*

Neutra quidem quintæ ſæpenumerò integra componuntur, ſiue à nominatiuo, ſiue ab accuſatiuo, δορυφόρος, *prætorianus miles.* μεγάθυμος, *magnanimus.* μελάνδετος, *nigram habens manipulum.* ἡδυεπής, *suauiloquus.* ὀξύστομος, *acuti oris.* πολυμαθὴς, *eruditus.* μεγασθενὴς, *valde potens.* ὀνομάκλυτος, *nomine inclytus.* γλυκύρριζα, *dulcis radix.* φωσφόρος, *Lucifer.* κερασφόρος, *corniger, cornutus.* πυρφόρος, *ignifer.*

Aliquando etiam à genitiuo, παντόμιμος, *histrio.* παντόμορφος, *qui se in omnes formas commutat.* vt contra πάγκακος, *omnino malus.* παγχαλέπος, *perdifficilis.* & à plural. πανταλέων, *Pantaleon.*

Ab accuſatiuo ſingulari perpauca, νουνεχής, *prudens, mentis compos.* ἀνδράποδον, *captiuus, mancipium.*

A plur. vnum reperi, ἄτη ἄτας, *nocumentum, noxa, clades, detrimentum, odium calamitas exitium, error, culpa.* ἀτάσθαλος, *iniustus, impius, inhumanus dirus.* ἀτασθαλία, *superbia, improbitas, peccatum delirium.*

VERBORVM COMPOSITIO.

Atque hoc quidem modo nomina componuntur. Verba verò vel in præſenti, vel in aoriſto, vel in futuro.

Cum

Cū à Præsenti: fere prior pars exit in ε, φέρω, porto. φερένικος, Victor. φερέοικος, domiporta, testudo. φερέπονος, patiens laborum. ἔχω, habeo. ἐχενηΐς, pisciculi nomen, nauē retinens, Latini vocāt Remoram. τρέχω, curro, incurro. τρεχέδειπνος, qui capit prandia. μένω, maneo, duro, expecto. Μενέλαος, Μενεπτόλεμος, bellicosus, belli patiens. ἕλκω, traho. ἑλκεχίτων, cui vestis longa est. ἄρχω, incipio, sum author, princeps. ἀρχέκακος, author malignus. ἐπιχαίρω, lætor alienis malis, insulto. & in bonam partem. ἐπιχαιρεκακία, Gaudium ex alienis malis. ἄγω, duco, fero, affero. ἀγέστρατος, dux exercitus. ἀγελείη, prædatrix.

Pauca habent ι, τέρπω, delecto, demulceo. τερπικέραυνος, fulmine gaudens. φυσῶ, spiro, inflo. φυσίγναθος, buccas inflans, Epith. ranæ. χαλῶ, laxo, relaxo, dimitto, refero. χαλίφρων, mētē laxus, desipiēs. οἰδέω, tumeo, irascor. Οἰδίπους, tumidos pedes habens. βλέπω, intueor, respicio, video, specto, caueo. βλεπεδαίμων, tortis oculis intuens.

Pauca enim ο, λειποτάκτης, desertor acici. λειποψυχία, exinanitio, animi deliquium. μελλόνυμφος, sponsus, uxorem ducturus.

Syncope fit aliquando, μιαίνω, fœdo, polluo. μιαιφόνος, cruentus, crudelis, homicida. τανύω, porrigo, extēdo, traho. τανύφυλλος, habens longas frondes, vel folia lata.

Raro additur σ, ne multæ breues conueniant, φερέσβιος, ferens vitam mortalibus, frugifer.

Ταλάω ῶ, audeo, suffero, tolero. ταλαίπωρος, miser, ærumnosus. ὁ τὸ πένθος τλῶν, qui dolorē tolerat. at τλάω, tolero. Τληπόλεμος, Tlepolemus Herculis filius à Sarpedone peremtus.

In secundo aoristo est ε, ἔδακον, momordi. δακέθυμος, mordax, molestus. aliquando ι, ἔλαθον, latuit, imprudenter fecit. λαθίφθογγος, vocem obliuisci faciens. vt ὀψὲ, sero, vesperi, tardè. ὀψιμαθὴς, sero studiosus.

In futur. verò ι, πείθω πείσω, persuadeo, bo. Πεισίστρατος, δείσω, timebo, metuam. δεισιδαίμων, religiosus, superstitiosus. σείσω, quatiam, vibrabo. σεισίχθων, terræ con-

cussor. ἐρύσω, *traham, discerpam. & seruabo.* ἐρυσίπτολις, *vrbis seruatrix, & vrbis vastatrix.* σώσω, *saluabo, liberabo.* σωσίθεος, *a Deo seruatus.* κρύψω, *delitescam.* κρυψίνους, *dissimulator, astutus.* λύσω, *crimine liberabo, absoluam.* λυσιμελής, *soluens membra.* ὀλέσω, *perdam.* ὠλεσίκαρπος, *fructus perdens.* ε in ω, ob metrum. legitur tamen ἀκερσεκόμης, *intonsus.* à κέρσω Æolico, *tondebo, radam, deuorabo.*

Quæ fiunt à Circunflexis, aliquando longam vocalem vertunt in breuem. ἑρήσω, *inueniam, interrogabo, eruam.* ἑρεσιέπης, *verborum inuentor, eloquens.* contra. δοκησίσοφος, *qui in speciem sibi sapiens videtur.* ἀρνησίθεος, *qui deos negat:* quæ longam retinent.

Quæ habent ι in penultima sumunt ο, μίξω, *miscebo.* μιξόθηρος, *semiferus.* μιξοβάρβαρος, *semibarbarus.* βρίθω βρίσω, *onero, grauo, deprimo.* βρισόμαχος, *bellicosus.*

Vnu etiã υ δρύψω, *lacerabo vnguibus.* δρυψόταις, *miserabilis.* Phauorinus τὸ λαμύραν, οἱ δὲ ἁπαλόπαιδα explicat. Περσεφόνη, *Proserpina,* & περσέπολις, *euertẽs oppida,* videntur fieri à πέρσω, *perdam, diripiam, populabor.*

Nonnulla secundam partem à futuro ducunt primæ & secundæ grauit. quæ exeunt in ψ. vel ξ. τρίψω, *teram.* οἰκότριψ, *verna, seruus, vernaculus.* κλέψω, *furabor, fallam.* βοόκλεψ, *fur boum.* νίψω, *lauabo, eluam.* χέρνιψ, *purgatio, manuum ablutio.* βλέψω, *videbo, intuebor.* κατώβλεψ, *capite qui est in terram demisso, silicernium.* τέξω, *pariam.* καλλιτεξ, *pulchrum partum edens.* ἐπίτεξ, *vicina partui.* Sic αἴγιλιψ. πος, *asper, præaltus.* à λείψω extrito ε, *relinquam.* Itaque miror quid Marullo in mentẽ venerit, vt pro crepidis carbatinis apud Catullum legeret crepidas cercolipas. Quod verbum ipse confinxit in eóque deceptus est. nam κερκόλιψ. πος. à λίπος, *pinguedo, vnguentum,* duci non potest. Cuius etiã significatio Marullo repugnat. cum fiat à λείψω. vt αἴγιλιψ. Quamobrem dum

Poli

Politianum insectatur odio cæcus labitur. Athenæus hunc formam ducit à præt. pas. Sed significatio mihi hoc pati non videtur.

Cum pars posterior incipit a vocali, antecedens eliditur, φείδομαι, *parco, abstineo.* φείδιππος, *equis parcens.* ῥίψω. *proyciam, spargam.* ῥίψασπις, *qui abiecto scuto fugit.* ἔλιπον, *reliquit.* λιπαδρ**ος**, *infrequens.* λιφαιμ**ος**, *exanguis.*

Πέντε aliquando retinet ε, πεντεσυρίγγ**ος**, *quinque fistularum.* πεντέκλινον, *quinque lectis instructus.* πεντέμην**ος**, *quinque menses natus.* aliquando vertit in α, πεντάκλινον, πενταέτης, πενταέτης, *quinquennis.*

Ἑξ, *sex.* accipit α, ἑξάκλινον, *sex lectus habens.* ἑξαέτης, & ἑξέτης, *sexennis.* ὀκτὼ, *octo.* ὀκτάπους, *octo pedum.* & ὀκτάπους vsitatius, εἰκοσιστάδιον, & εἰκοσαστάδιον, *viginti stadiorum.* εἰκοσάεδρ**ος**, *viginti basibus constans.* ἑκατὸν, *centum.* accipit ὀν, ἑκατόνταρχ**ος**, *Centurio.* ἑκατοντάχειρ, Æolicè ἑκατόγχειρ, *Centimanus.* Sic μυριόνταρχ**ος**, Æschylus, *qui præest militum millibus.*

Τριάκοντα & τεσσαράκοντα, *triginta, quadraginta,* & similia, cum ἔτ**ος**, *annus.* contrahuntur in ου Attice, τριακονταέτης, τριακοντούτης, *tricennalis.* τετταρακοντούτης, *quadragenarius.* ἑβδομηκοντούτης, *septuagenarius.* Fœminina in τις.

Ὀπισθὲ, *retro, ponè, post.* mutat ε in ο, ὀπισθόδομ**ος**, *ærarium Atheniensium.* ὀπισθοφόρ**ος**, *retroferens.*

Posterior Pars cōpositi significationē ostendit.

Nam actiua ferè fiunt à præt. medio, vel nominib. quæ à medio præter. ducuntur, λέλογα, *dixi.* ψευδολόγ**ος**, *mendax.* τέτοκα, *peperi.* πρωτοτόκ**ος**, *primipara.* τέτυπα, *percussi.* χαλκοτύπ**ος**, *faber ferrarius.* ἔσκαφα, *fodi.* φυτοσκάφ**ος**, *fossor, rusticus.*

Aliquando à præsenti, ποιῶ, *fingo.* λογοποιὸς, *orationum scriptor, item mendax, vaniloquus.* κρίνω, *iudico.* θεοκρίνης, *Deus iudicans.*

Quædam à tertia passiui præteriti, sed in της.

τίθεται, positus sum. νομοθέτης, legislator. ἀγωνοθέτης, munerarius, qui munera certantibus largitur. δέδεκται, suscepit, admisit, probauit. θεοδέκτης, Theodectes. κέκριται, acceptus, iudicatus est. δικαιοκρίτης, iustus iudex.

Quæ passiuam habent significationem, ab eadem, sed in τος, *δίδοται, datus, concessus est. θεόδοτος, a Deo datus. πέπεμπται, missus, ductus, vectus est. θεόπεμπτος, a Deo missus. δεδίδακται, doctus est. αὐτοδίδακτος, suo studio doctus. θεοδίδακτος, Diuinitus edoctus. κέκριται, iudicatus est. θεόκριτος, diuino iudicio electus*: non vero qui iudicat Deos. Itaque ipse Theocritus quomodo suum nomē pro Paride Dearum iudice in Fistula accipiat, alij iudicent.

Aliquando a secundo aoristo pass. in ης oxytonum, *ἐτράφη, nutritus, educatus est. εὐτραφὴς, pinguis, corpulentus. ἐπάγη, concretus est. εὐπαγὴς, munitus, bene compactus. ἀλείφω ἤλειφα, inungo. νεαλειφής, nuper illitus.*

Aliquādo mutatur tonus, *πρωτοτόκος primipara* act. *πρωτότοκος, primogenitus.* pass. Sic *λαοτρόφος, nutriens populum. λαότροφος, nutritus a populo. λυκοκτόνος, interfector luporum. λυκόκτονος, interfectus à lupo. ξιφοκτόνος ξιφόκτονος, gladio interficiens, gladio interfectus.*

A, Ευ, Δυς.

Maximum in compositione vsum præbent tres particulæ, Α. Ευ. Δυς. prima priuat: aliquando etiam auget. secunda facilitatem & commoditatē, tertia difficultatem atque incommoditatem declarat.

A. In ος Communia.

Ἄλογος, expers rationis. ἄνομος, exlex. ἄφοβος impauidus. ἄκακος, simplex. ἄξυλος ὕλη, nemorosa silua. & ἄχανες πέλαγος, immensum pelagus, vastum. poëtica.

Mutatur in η. *λέκτρον, lectus thalamus. ἠλέκτρα, Electra. ἡ ἄγαμος, cælebs. πέρας, terminus, finis, extremitas, punctum. ἤπειρος, continens, id est, terra firma. ἡ ἀπέρατος γῆ, innauigabilis terra.*

IN ων. *ἀπείρων, magnus, infinitus. ἀναίμων, exanguis.*

Hic

Hic obseruandum nomina in ικος. si accipiant α. amittere ικ. λογικος, *rationalis, qui ratione vtitur.* ἄλογος, *irrationalis, stultus.* μουσικος, *musicus.* ἄμουσος, *inconcinnus, insulsus.* τεχνικος, *artificiosus artium peritus.* ἄτεχνος, *imperitus, arte carens.* γραμματικος. *Grammaticus.* ἀγράμματος, *illiteratus.* αἰσθητικος, *sensu praeditus, sensibilis.* ἀναίσθητος, *insensibilis, sensu destitutus* ἁμαρτητικὸς, *peccatori obnoxius.* ἀναμάρτητος, *insons, innocens, innoxius, integer.* νοητικὸς, *rationalis.* ἀνόητος, *stultus, crassus, indoctus, rudis, imprudens.* καταληκτικὸς. *pendulus, cui aliquid deest ad perfectionem.* ἀκατάληκτος, *cui nihil ad perfectionem deest in fine.*

Itaque voces illæ Ciceronis 8. ad Atticum. ἀπολιτικώτατος, *minimè ciuilis.* & ἀστρατηγικώτατος. *imperitissimus rei militaris*, deprauatæ mihi esse videntur. cùm analogiæ omnino repugnent. Nam ipsum Ciceronem hoc non vidisse dicere equidem non ausim. atque ἀστρατήγητος quidem dicitur. ἀπολίτικος verò, quod ego sciam, nemo Græcus dixit.

In ης & in ις communia.

Ἀηδὴς, iniucundus, molestus, acerbus, morosus. ἀκλεὴς, *illaudatus, inglorius, ignobilis.* ἀμαθὴς, *indoctus, indocilis, stultus, rudis, imperitus.* ἀκαλαρρείτης, *amœnè, & quietè fluens.* ἄχαρις, *ingratus, sine gratia, insuauis, difficilis.* ἄπολις, *extorris, patria orbatus.* ἄλκις, *infirmus.*

IN α.

Fœminina absoluta. λόγος, *ratio, sermo.* ἀλογία, *rationis priuatio, absurditas, contemptus, maledictio.* τροφὴ, *nutrimentum.* ἀτροφία, *inedia, ieiunium.* γνῶσις, *cognitio, familiaritas, consilium, decretum.* ἀγνωσία, *ignorantia.* κατάληψις, *comprehensio, cognitio, adeptio.* ἀκαταληψία, *incomprehensibilitas.* νοῦς, *mens.* ἄνοια, *dementia.* πρόνοια, *prouisio, prouidentia.* αἰδὼς, *reuerentia, religio, maiestas, decus, verecundia.* ἀναίδεια, *impudentia, impudens audacia, improbitas.*

Quædam fiunt à secunda præter. perfect. paſ-

ſiui, λέλουσαι, lotus es. ἀλουσία, ſcabrities à non lauando, illuuies. πεπαίδευσαι, eruditus es. παιδευτής, eruditor. ἀπαιδευσία, procacitas linguæ, insolentia, ineptia, inſcitia, immoderatio verborum. Quidam ἀπαιδεία finxit à παιδεία, diſciplina. quod à Græca analogia abhorret.

Et à tertia, ἤλπισται, ſperatum eſt. ἀνελπιστία, deſperatio. non ab ἐλπίς, ſpes. μέμνηται, meminit. ἀμνηστία, obliuio iniuriarum. addito σ. non à μνήμη, memoria, monumentum. ᾔσχυνται, puduit. ἀναισχυντία, impudentia. non ab αἰσχύνη, infamia, pudor, verecundia, item dedecus.

Quæ fiunt à verbis, ſæpe in οσύνη. ἀφραίνω, deſipio, inſanio. ἀφροσύνη, inſipientia, vanitas. ἀγνωμονέω, iniquè ago, inimice me gero. ἀγνωμοσύνη, iniquitas animi. vt ſimplicia βρίθω, onero, grauo. βριθοσύνη, grauitas.

A, ſequente vocali fere aſſumit ν, ἄνανδρος, innupta, parum virilis. ἀναίμακτος, incruentus. ἄνιππος, ſine equis, pedes. ἀνόνητος, futilis, ineptus. ἀνέλπιστος, deſperatus, præter ſpem. poëtæ aliquando addunt alterum α, ἀνάελπτος. ἀνάεδνος, [illegible]. Hom. vtrunque addidit, ἀνάποινον, pro ἄποινον, præmio carens.

Aliquando nihil ἄοκνος, impiger, accuratus. ἄοικος, extorris. ἀόριστος, interminatus. ἄοζος, ramoſus, multa ligna comburens, Suidæ.

Obſeruaui præterea nullum verbum cum α priuante, exire in έω vel έομαι, præter ἀλογεύομαι, præter rationem verſer. quo Cicero vtitur ad Atticum, è veteribus verò, quod ſciam, nemo. Itaque mihi ſuſpectum videtur.

E Y.

Non aliter quàm α præponitur, εὔθυμος, lætus. εὔβοτος, fertilis. εὔλυτος, ſolubilis. εὐκλεής, præclarus. εὐφρὴς, [illegible]. εὔελπις, ſpem retinens, ſpe fretus.

Fœm. abſoluta ια, εὐθυμία, lætitia ſecuritas. εὐψυχία, magnanimitas. εὔνοια, fauor. εὐμάθεια, docilitas.

In οσύνη pauciſſima, εὐφροσύνη, delectatio. εὐγνωμοσύνη, beneuolentia, æquitas animi, gratitudo.

Poëtæ

Poëtæ sæpe metri causa diphthongum diuidũt: *εὔξοος ἐΰξοος, politus. εὔζωνος ἐΰζωνος, bene cinctus, strenuus miles. εὔδμητος ἐΰδμητος, bene fabricatus. εὐφρονέων ἐϋφρονέων, sapiens, prudens, recte sentiens.*

Geminant etiam sequentem consonantem, vt syllaba longa fiat, *ἐϋμελίης ἐϋμμελίης, benè hastatus, bellicosus. εὐραφὴς ἐϋῤῥαφὴς, bene sutus. εὔροος ἐΰῤῥοος, pulchrè fluens, meatum facilem prabens. εὔσελμος ἐΰσσελμος, pulchrum tabulatum habens, vel paginam.*

Aliquando vertunt ε in η, *εὔκομος ἠΰκομος, benè comatus, luxurians. εὐγένειος ἠϋγένειος, nobilis, generosus.* vt *εὖτε ἦϋτε, quando, cum, dum, velut, sicut.*

ΔΥΣ.

Præponitur quomodo *εὖ, δύσκολος, morosus, difficilis. δύστροπος, inexorabilis. δυσκρατὴς, intemperans. δύσερις, litigiosus, iurgator. δύσελπις, abiecta spei. δύσερως, difficilis in amore.* Propriis, *δύσπαρις, infaustus.*

Sed aptissimè Verbalibus. *δύσκριτος, difficilis iudicatu. δυσδιέφικτος, inperuestigabilis. δυσπαρακολούθητος, obscurus, quem difficilè quis assequi potest. δυσθεώρητος, difficilis contemplatu.*

Fœm. absoluta in *ια. δυσφορία, tolerandi difficultas. δυσκρασία, diuersa constitutio, mala temperies. δύσνοια, maleuolentia. δυσαριστοτόκεια, mulier optimum filium infeliciter enixa.*

Sed iam tedeamus ad ο micron.

Attici vt docet Athenæus aliquando vertunt α in ο. *μαλάχη μολόχη, malua. ἄσταφις ὄσταφις, vua passa. πάρδαλις πόρδαλις, panthera cuius mas pardus dicitur. ἀστακὸς ὀστακός, cancri genus.*

Æolij. *πταρμὸς πτορμος, sternutatio. στρατὸς στρότος, exercitus. θρασέος θρόσεος, audax. σταλεὶς στολείς, missus.* τ in π. *ἄνω ὄνω, supra. ἀνέληται ὀνέληται, erexerit. ἀνεχώρησεν ὀνεχώρησεν, regressus est, se recepit, commigrauit, procul abfuit.*

Latinè *δαμῷ* domo. Punice Harag *ὀργή, ira.*

Talla tollo. Sarab sorbeo. Sic Iain εἶνος, vinum: potus ex hordeo confectus. Har. ὄρος mons. Ialal ἀλαλάζω cum clamore ploro, plaudo, clamito. Carcon κρόκος crocum. μάρμαρος marmor.

E in o in præterit. med. λέγω, dico. λέλογα, dixi. πείθω, suadeo. πέποιθα, fidi. λείπω λέλοιπα, linquo, liqui.

In deriuatione. τρέμω τρομέω, timeo, tremo. δέμω δομέω, edifico, extruo. δρέμω, curro. παλινδρομέω, recurro, remeo, recido, reciprocor.

Latinè Pendo pondus pondero. θέρω torreo. σπένδω spondeo. nam veteres ἔσπενδον cum spondebant. Tego toga.

Æolij ω in ο. cum ex impar. parisyllaba faciunt. ἔρως ἔρωτος, amor. ἔρος ἔρου. ἐξ ἔρον ἕντο, desiderium edendi repressérunt. ἱδρώς. ἱδρῶτος. ἱδρῶτι. ἱδρῶ. Ιλ. ρ. ab ἱδρός. alij apocopen malunt. ab ἱδρῶτι, sudor.

Sic ὥρα ὄρα, hora, tempus. ὠτειλὴ ὀτειλὰ, vulnus, cicatrix. ἐστρώνται ἐστόρονται, stratum est.

Sic poëtæ. εὐρύχωρος εὐρύχορος, spaciosus, capax, amplius. φυσίζωος φυσίζοος, victum producens, viuificans.

Homerus. ἴομεν, eamus. ἀγείρομεν, congregemus. ἐρύσσομεν, trahamus. & alia permulta. pro ἴωμεν. ἀγείρωμεν. ἐρύσσωμεν. Sed potest esse modi enallage. Sic ποτῶμαι, volo, volas. ποτῆνος, volatus. πῇ τὰς φρένας ἐκπεπότησαι, qua animo euolasti? 2

Abundat initio. μοργνύω ὀμοργνύω. μόργνυμι & ὀμόργνυμι, abstergo. Punice Rae ὁρῶ, video, aspicio, spero, caueo, respicio.

O Poëticè in secũda contractorũ additur ante ω, ὁρῶ ὁρόω, video. ὁρόων, videns. ἀντιόων, aduersans. ὀκριόωντο, 3 litigarũt, asperè congressi sunt. κρεμόω, suspendo. Ιλ. η. ἠγορόωντο, loquebantur. Herodot. ἀλόω. Οδ. ε. imperatiuus pro ἀλῶ, ab ἀλάομαι, erro, palor. τρυγόωεν, vindemiarẽt. ἀγλαόωμαι, gloriabar, supplicabam: aliáque innumerabilia. post ω, ἀλωμένη ἀλωομένη, quæ errat. Dionys. 35 φρῶν φρῶνας φρώονας, collis, eminentia montis. Homer.

Semel

Semel obseruaui additum ι, γελοίων & γελοίωντες, Οδ. υ. pro γελῶν γελῶντες, ridens, ridentes.

In nominibus rarius, αὐτόχωνος αὐτοχόωνος, per se fusus. φῶς φόως, lumen. θῶκος θόωκος, sessio, sedes, cōcio. γάλως γάλω γαλόω, γάλων γαλόων, soror mariti. ἄθως ἄθω ἀθόω, mons Thraciæ. τάλω ταλόω, qui multas habet ærumnas: Phauorino.

Semel ante ου, ὅου, cuius. Ιλ. β. vt βοηθόος βοηθός, adiutor. Sic βεβολήατο pro βεβλήατο, Ionice cum epenthesi, vulnerati sunt.

Latini eodem modo μιάω, ex quo μιῶμαι & μέμνημαι moneo: vt u breue, Ἡρακλῆς Hercules, Ἀσκληπιὸς Æsculapius, Ἀλκμήνη Alcumena, Plaut.

Etrusce Caulis cauolo, Paulus Pauolo.

Bœoti, vt docet Heraclitus, ο micron præponunt υ psilo, ὕλη ὄυλα, sylua, materia, nutrimentum, & vrbis nomen. ὕδωρ ὄυδωρ, aqua, & syáus: Proclo. cum tenui, ἐλήλυθα εἰλήλουθα, veni. Æoles itidem, θυγάτηρ θογάτηρ, filia.

In fine etiam additur poëticè, sed raro, Μίνως Μίνω Μίνωο, Minoi. ταλῶο, misero, ærumnoso. πετεῶο, Ἀνδρογεῶο, Androgeo.

Ionum & Doriensium more è quibusdam nominibus eximitur, Ἀκεσίλαος Ἀκεσίλας, Ἀναξίλαος Ἀναξίλας, Μενέλαος Μενέλας, Πτερέλαος Πτερέλας, Νικόλαος Νικόλας, Λαοδίκη Λαδίκη, Nomina sunt propria.

Latinè πύος pus, γένος genus & gens. Virgil. Trita Melisphylla, pro μελισσόφυλλα, herbæ genus.

Æolij è pronominum genitiuis excludunt, ἐμεῦ, resolutione ἐμέο, paragoge ἐμεόθεν ἐμέθεν, mei. σοῦ σέο σεόθεν σέθεν, tui. οὗ ἕο ἑόθεν ἕθεν, sui.

Huius generis sunt, τίποτε τίπτε, cur. τίφθ' οὕτως ἕστητε τεθηπότες, cur sic stetistis stupentes. λωτόεντα λωτοῦντα. quidam crasi è λωτόεντα, loti ferax. ἀποφθιόμενος ἀποφθίμενος, interiens, moriens.

Vt Latinè μόρος mors, Denouo denuo, φράτωρ,

ορος, frater, fratris. nam significatio non est aliena.

Attice οἴομαι οἶμαι, ᾤομην ᾤμην. *putabam.* λούομαι λοῦμαι, *lauor.* ἐλούομεθα ἐλούμεθα, λουόμενος λούμενος. *lotus.* Non tamen ἀπολοῦμαι. *peribo,* & ἀπολούμενος, *periturus:* quæ Athenæus & Lucianus in quibusdam indoctis sophistis exagitant. Sunt enim malè ominata ab ἀπόλλυμαι, *perdo, perdor, destruor.*

Poëticè ἀολλέες, ἀολλεες & ἀλεες, Callim. *congregati, conferti.*

Sic ὑποβάλλειν ὑββάλλειν, *subijcio, suppono, substerno, suggero.* ἠγνοήκαμεν ἀγνώκαμες, *ignorauimus.* Æolice, θερειότατος θερείτατος, Aratus, *æstuosissimus, feruidissimus.*

O à Latinis initio aliquando additur, πλάγιος obliquus, Etrusci denuò detrahunt, bieco.

Præciditur, ὄνομα nomen, ὄπισθε post, ὀρούω ruo, ὀδοὺς, ὀδόντος dens, ὄραμνος ramus, ὀκέλλω cello.

Etruscè Officina fucina, Obscurus scuro, ὄρυζα oryza riso.

O in ι, κόνις cinis, ὄμβρος imber, πρόμος primus, ὅς is.

Π Ι.

Post ν & μ, vt B pronunciatur vulgo, τὸν Παῦλον ton Baulon, *Paulum.* πέμπω pembo, *mitto.*

Æolij, vt docent Grammatici, nonnunquam mutant μ in π, ὄμματα ὄππατα, *oculi.* μετ' ἐμοῦ πετ' ἐμοῦ, *mecū.* in cōpositione πεδὰ, μετέρχομαι πεδέρχομαι. *prætereo, appello tento, quæro.* μετάρσιος πεδάρσιος, *sublimis, volans.* μετεωριστής πεδαωριστὴς, *equus ferociens.* μετέωρος πεδάορος, *sublimis.*

Aliquando τ in π, στολὴ σπολὴ, *stola, amictus.* σταλεὶς σπολεὶς, *missus, pulsus.* τέτραπται πέτραπται, *conuersus est.* πέντε πέμπε, *quinque.* ex quo ἔχον πεμπώβολα χερσὶ, *habebant præ manibus verua in quinque cuspides diuisa.* ἐστάλμεναι ἐσπαλμέναι, *quæ miserunt.*

Cretenses, στάδιον σπάδιον, *stadium.* Sic τέσσαρες πίσυρες, *quatuor.*

Sic

Sic Latinè στάχυς ſpica, ταῶς pauo, χρὼς, χρωτὸς corpus.

Etruſce Extinguo ſpengo. contra π in τ, σπȣδὴ ſtudium.

Iidem Æolij φ in π, *ἀμφὶ ἀμπὶ, de, circum, cum, contra, per. ἀμπιχȣ̃σα, induis. ἀμφιέσαι ἀμπίσαι, induere.* Sic *φανὸς πανὸς, laterna,* vn falot Gall. ῥάφυς ῥάπυς rapum.

Latinè φοινίκεος puniceus, φοῖνιξ Pœnus, φαινόλης pænula, ἀφύη apua, φοβῶ, ex quo φοβȣ̃μαι paueo, πορφύρα purpura, κεφαλὴ caput, γρῦπες gryphes, κάρφω carpo, σοφὸς ſapiens ſapio, φαῦλον pro vili, paulum paululum. φόρτος φορτίζω porto, φολὶς pellis. Punice Firdaus παράδεισος, *paradiſus, pomarium, hortus.* Farſach παρασάγγης, *menſura apud Perſas triginta ſtadia, vt ſentit Budæus, continens.* fiſtaq πιστάκιον, *piſtatium, genus fructus.* Falu πῶλος pullus. Safir σάπφειρος ſapphirus, iasf ἴασπις, *iaſpis.* Haref ἅρπω ἁρπάζω rapio. Etruſce la raffa. z enim cadit, vt σταλάζω ſtillo. Fitha Syriace, πείθω, *ſuadeo.*

Etruſce στρέφω ſtroppio, *verto, torqueo, moueo.* φύστη paſta, *maza in ſcypho coagitata macerataq́; è vino & polline.* φάγρος pagrus, *piſcis vorax & cos.*

Aduerbia quædam interrogatiua amiſſo π, & ſumpto aſpirato fiunt relatiua, & denuò præfixo ο, priſtinam vim recipiunt. πότε, *quando,* ὅτε, *qui,* ὁπότε. *quandoquidem.* πȣ̃, *vbi.* οὗ, *cuius.* ὅπȣ, *vbi.* ποῖ, *alicubi.* οἷ, *qui.* ὅποι, *quò, vbi.* πῆ, *quomodo.* ᾗ, *cui.* ὅπῃ. πόθεν, *unde.* ὅθεν, ὁπόθεν, *qua hora.* πηνίκα, *quando.* ἡνίκα, *quare.* ὁπηνίκα. Aliquando ſunt enclitica, ποτέ. πȣ. ποι. πη. ποθέν.

Ad hanc formã dixit Aratus. ὁππῆμος. quod alij poëtæ ἦμος, *quando,* dicunt. itaque duriuſculum eſt.

Huc referri debent. πῶς, ὡς. ὅπως. *quomodo.* ποῖος, *qualis.* οἷος. ὁποῖος. πόσος, *quantus.* ὅσος. ὁπόσος. πηλίκος, *quam ingens, quam potens.* ἡλίκος. ὁπηλίκος. Aratus ὁποσταίη à ποσταῖος. quod perrarum eſt, *quot in diebus.*

Quæ

Quædam o tantum accipiūt. πότερος ὁπότερος. *uter* ποσέος ὁποσός *uterlibet*. ποδαπὸς ὁποδαπός, *cuias*. Tametsi Latini suum Vter ex ὁτερος fecisse videntur.

Π initio additur. σώχω πσώχω ψώχω, *tero, attenuo*.

Decidit. πήγανον ἤγανον, *ruta herba, & sartago*. παλαιὸς ἀλαιός, *antiquus, senex, pristinus*. Æschyl. Sic πλατὺς latus.

Hispani quidem hoc sæpissimè faciunt. Plenus lleno. Planus llano. Ploro lloro. πλῶμα tomo ruina Etrusc.

Æolicè geminatur & poëticè. ὅππως, *vt*. ὅππη, *vbi*. ὀππότερος, *vter*.

Latinè Iuppiter. reppulit. repperit. Contra πάππας papa. hoc est pater.

Abundat. ὀπλῶ ὀπιλάω ὀπιπλάω, *video, aspicio, obseruo*. ἐνίπαπε pro ἐνίπεν. ab ἐνίπτω, *dico, increpo, maledictis incesso*. alij ab ἐνιπτάπω. eadem epenthesi.

Latinè vertitur sæpe in B. ἀπὸ ab. ὅπου vbi. πυρρὸς burrus. ex quo buio Etrusce. R. in I. *Latinè fuluus, rutilus, oculis igneis*. vt Glarea ghiaia, Parpaio. πυῤῥίας byrria, *serpentis genus à colore igneo*. πόλεμος bellum. nisi est à Duellum.

Hispanicè Mancipium mancebo. iuuenis. Episcopus obispo. Syriace Carpas κάρπασος carbasus.

In Ph. τρόπαιον trophæū. ῥίπαια ὄρη Riphæi montes. Βόσπορος Bosphorus. caput. Etrusce capo. Gallicè *chef*. ca in che. vt Canis *chien*. non à κεφαλή.

P Ω.

Clarus & asper est huius literæ sonus. & balbis inimicus. qui in turturis gemitu exauditur. quæ idcirco Syris Tur. Latinis repetita syllaba dicitur turtur.

Attici mutant nonnunquam λ in ρ. κλίβανος κρίβανος, *testus, vel testum clibanus*. κεφαλαλγία κεφαλαργία, *capitis dolor*. ἄγγελος etiam ἄγγερος legitur in Hesychio, *nuntius, legatus*.

Latinè κανθήλιος cantherus. στλεγγὶς ſtrigilis, ἀλωὰ area, αἰετὸς aquila Æolice, κάγχαλος ganthero, *fa-cetus*. Etruſce.

Contra λείριον lilium, Hiſpanicè lirio: & forte μύρια mille, ἕλμινς, Æolicè Fέλμις vermis.

Etruſce Vlulare vrlare, Dactyli datteri, Luſciniola ruyſenor, *roſſignol*.

Punice Thelith τρίτος tertius, Sarbala σαράβαρα, *veſtis Perſica, tibialia*.

Lobas loba Hiſpan. Etruſce robba, λῶπος, *indumẽtum*. λωποδυτεῖν robbare, *veſtem furor, ſpolio, prædor*. Azul azurro cæruleus.

Iidem Attici σ poſt ρ in alterum ρ, ἄρσην ἄῤῥην, *mas*. θαρσαλέος θαῤῥαλέος, *audens, ferox, audax*. ταρσὸς ταῤῥὸς, *quicquid expanſam ſuperficiem habet*. κόρση κόῤῥη. *tempus pars capitis*.

Sic μυσωτὸς, (nam μυττωτὸς Atticũ eſt) moretum quaſi moſetum. ἔσω ex quo ἔσομαι ero, κέλης celer, πράσον porrum, τύρσις turris. Syriace Heſba herba. Sic è Fuſiis, Valeſiis, Furij, Valerij.

Æolij etiam vt ſcribit Herod. οὗτος οὗτορ, *hic*. ἵππος ἵππορ, *equus*. μάρτυς μάρτυρ, *teſtis*. Laconice ἀσκὸς ἀσκὸρ, *uter vtris, pellis in vtrem formata*. ἀδελφὸς ἀδελφὸρ, quod mendosè ſcribitur ἀδελφήρ, *frater*. πούς πὸρ, *pes*. τίς τίρ, *quis*.

Latinè φόβος pauor, Labos Honos, labor honor, ἐντὸς inter intra.


Ex ηϊ. *Νηρηΐδες Νηρῇδες*, *Nereides*. craſi. *ἠϊὼν ᾐὼν*, *littus*. *Θρηΐσσα Θρῇσσα*. *Me nũc Threſſa Chloe regit*. Horat.

Iones in datiuo plural. primę & ſecundæ αι in η. quod diſerte Euſtathius & Zeres præcipiũt, *λῃσταῖς λῃστῇσι*, *latronibus*. *μούσαις μούσῃσι*, *Muſis*. Quod Attici in aduerbiis receperunt. *Θήβῃσι*. *Ἀθήνῃσι*. pro ἐν

Θήβαις ἐν Αθήναις, *Athenis, Thebis.*

Homerus hoc facit suauitatis causa. κραιαίνω. κραιανῶ. κραίαινον. imper. κρῆαινον. Ιλ.α. κρῆνον, *perficio, perficiam, perficiebam, perfice.* Οδ.υ. à κραίνω. Sic καίω. ἔκηον, *vro, vrebam.* Οδ. ι. μαίων μήων. μαιονία μηονίη, *viduus, vidua.*

Diuiditur aliquando poëtice. κληδὼν κληϊδὼν, *fama, sors, vocatio.*

Priscianus ait ει ab Æolibus in η verti. Δημοσθένει Δημοσθένη, *Demostheni.* εἶπον ἦπον, *dixi.* Vt ab Atticis, vel Ionibus. μεῖον μῆον, *minus.* πλεῖον πλῆον, *plus.* quod nunquam memini me legisse.

ῳ.

Fit ex αοι. βοάοιμι βοῷμι, *clamarem.* ἀοιδὴ ᾠδὴ, *Ode, carmen.* ἀοιδὸς ᾠδὸς, *cantor.* & ex αι καὶ οἶνος κῷνος, *&* *vinum.* καὶ ὁ χῷ, *& qui.*

Et ex οι α Ionice. οἱ ἄνθρωποι ὤνθρωποι, *homines.* & Dor. ex οι αι, οἱ αἰπόλοι ᾠπόλοι, *Caprarij.*

Ex ω οι, ἐγὼ οἶμαι ἐγῷμαι, *ego puto.* ἐγὼ οἶδα ἐγῷδα *ego noui.* Attice.

Ex ωϊ. ἡρωΐναι ἡρῷναι Aristoph. *Heroïna, semidea.* Ηρωΐδης Ηρῴδης, *Heroïdes.* ὑπερώϊον ὑπερῷον, *cœnaculum, superior contignatio.* λώϊων λῷον, *melius.* πατρώϊον πατρῷον, *paternus.*

In incrementis verborum ex οι οἰκτείρω ᾤκτειρον *misereor, lugeo.*

Homerus aliquando resoluit. πᾶσαι δ᾽ ὠΐγνυντο πύλαι, *omnes aperiebantur portæ.* Ιλ. θ. pro ᾤγνυντο ab οἴγνυμι, *aperio.* sic ὤϊξε. Ιλ.ω. pro ᾦξε vel ἔῳξε, *aperuit.*

Attice ex οι κλοιὸς κλῳὸς, *genus supplicij.*

Æolij in datiuo eximunt ι. τῷ σοφῷ τῶ σοφῶ, *sapienti.* vt Grammatici tradunt.

ΗΥ.

Reperitur ferè tantum in incrementis. εὔχομαι ηὐχόμην *iacto, opto, ore.* εὕδω, *dormio.* ηὗδον, *dormiebam.*

Contrahitur Dorice ex αι ευ. καὶ εὖ κηὖ, *& bene.*

Theo

Theocr. κῆυμἂν τὰ γλαύκας ἀγκρούομαι, ὤν quidem bene carminis Glauces præludium facio. & ex η ω. ἐὰν δὲ μὴ ὕρω. Aristophan. pro μὴ εὕρω, si non inuenero.

υ.

Nunquam scribitur nisi sequente vocali. ídque ferme in penultima μυῖα ἅρπυια, *Musca. Harpyia.*

Propriè in partic. fœm. actiui & medij paracimeni, τετυφυῖα τετυπυῖα, *quæ verberauit.*

In verbis raro. ὀπυίω ὤπυιον, *vxorem ducebam.* Cæteris temporibus caret. & errant qui ea formant, vt Gaza qui format ζευγνύμην. Cum. vt diximus ante consonantem non scribatur.

Pronunciatur vt ui in Cui monosyllabo. vt docet Terentianus.

Ωυ. ου.

Propria est Ionum, qui ο αυ contrahunt in ωυ, ὁ αὐτὸς ὠυτὸς, *ipsum.* τὸ αὐτὸ τὠυτὸ, *idipsum.* quod fit quoties duæ voces coëunt. Cum vnú est verbum, diuiditur, vt Eustathius docet, θαυμάσιος θωϋμάσιος, *mirabilis.* ἑαυτοῦ ἑωϋτέω, *suiipsius.*

De Syllabis quibusdam.

Syllabæ quædam sic aliis particulis affiguntur, vt nunquam separatæ cernantur. De quibus pauca dicere, vt earum vis intelligatur, à re non erit credo, alienum.

Quædam sunt, quæ initio affixæ significationem augent & insigniorem faciunt, ídque tantum apud poëtas.

Ερι, ἐρίτιμος, *honorificus.* ἐρίγδουπος, *sonorus.* ἐριστάφυλος, *vinum ex generosa vua expressum.* Phauorino. Αρι, ἀρίδηλος, *manifestus.* ἀρίγνωτος, *valde notus.* ἀριδείκετος, *inclytus.* Ζα, ζάπλουτος, *valde diues.* ζαχρηής, *valde vtilis.* ζαμενής, *robustus.* Βρι, βριήπυος, *late sonãs.* βριαχος, *clamosus.* βριάρεως, *Gigas quidam.* Δα, δαφοινὸς, *valde rubicundus, cruentus.* à φόνος, *cædes.* Βου, βουγάϊος, *iactator.* βούπεινα, *immodica fames.* βούλιμος, *ingentem*

fames. βούπαις, *grandis puer.* Αγα, ἀγακλυτὸς, *per nobilis.* Αγαμέμνων, *Agamemnon.* ἀγάζηλος, *inuidus.* ἀγακλεής, *percelebris.* ab ἄγαν, *valde, nimis, anxiè.* vt ἀγάννιφος, *valde niuosus.* ἱππο apud medicos, ἱπποσέλινον, *pullum, olus, Columellæ.* ἱππομάραθον, *fœniculum syluestrè.* ἱππολάπαθον, *hippolapathum.*

Duæ negant, νε, νη.

Νέποδες, *sine pedibus.* ἤγουν οἱ ἄποδες ἰχθύες, *pedibus carentes pisces.* vt Latinè nefandus, nefastus, neuter, nequeo. νήποινος, *impunis.* à ποινὴ, *pœna, vindicta.* νήπλεκτος, *non plicatus.* à πλέκω, *plico, texo.* νηπενθὲς, *tristitia carens.* à πένθος, *tristitia, dolor.*

Contrahitur sequente vocali: νη & ὄνομα, *nomen.* νώνυμος, *obscurus.* νη & ὀδοὺς, *dens.* νωδός, *edentulus.* νε & ἀριθμὸς, νήριθμος, *innumerabilis.* νε ἐσθίω, *comedo.* νῆστις, *ieiunus.* νε ἄνεμος, *ventus.* νηνεμος, *tranquillus.* νηνεμία, *tranquillitas.* νε ἔλεος, *misericordia.* νηλὴς, *immisericors.* vt Latinè ne volo nolo. ne vllus nullus. ne homo nemo. cadit aspiratio. vt præhibeo præbeo. Sic νε ἁμαρτῶ, *pecco.* νημερτής, *inerrabilis, verus.* ἀκεστός, *medicabilis.* νήκεστος, *insanabilis.*

Lacones vtuntur in suis compositis particula ἄδα ab ἄδιω, *satis, abundè.* quæ auget. αὖρα, *aura ventus lenior.* ἀδαύρα, *aura & flatus vehemens.* αὖον, *siccum aridum.* ἄδδαυον, *aridissimum.* ἄβαν. id est, ἔβλαψαν, *læserunt.* ἄδαβαν, *valde læserunt.*

In fine φι, vel φιν.

Frequens apud poëtas ad explendum metrum, idque in omnibus ferè casibus. ὁδος ἑτέρηφι. pro ἑτέρα, *via altera.* Hesiod. Ergis. ἀπὸ νευρῆφιν, *à neruo arcus.* νευρῆς, *neruus.* Ιλ. θ. ἐπ' ἐσχαρόφιν, *apud focum.* ἐσχάρα, *focus.* Οδ. ε. ἐς ἔνηφι, *vsque ad veterem & nouam lunam.* ἔνη. Hesiod. Erg. οὐρανίαφι φίλη, *Vrania amica.* ὦ οὐρανία. πρὸς κοτυληδονόφιν, *iuxta coxendicem.* κοτυληδόσι. Οδ. ε. παρ' αὐτόφι, *apud ipsas.* αὐτάς. Ιλ. ν. ἐκ ποντόφιν. *ex Ponto.* πόντου. Οδ. ω. ἐπ' ἰκριόφιν, *super tabu*

tabulata. ἰκρίω. Οδ. Γ. ἀπ' ὀστεόφιν, *ab ossibus.* ὀστέων. Οδ. ξ. δακρυόφιν, δακρύοις, Οδ. ε. *lachrymis.* ὀστεόφιν, ὀστᾶ, accu. Οδ. π. *ossa.* ἐξ ἐρέβεσφιν, ἐρέβους. Οδ. ι. *ex Erebo.* ἐν ἀκροπόλεσσιν ὄρεσφιν, ὄρεσι, *in excelsis montibus.* Οδ. τ. παρὰ ναῦφιν, νηῶν. Ιλ. μ. *à nauibus.* ἀμφὶ στήθεσφι, στήθη. Ιλ. β. *circà pectora.* Vrbanus.

Cum articulo, ἧφι βίηφι, *sua vi.* ἤγουν τῇ αὐτοῦ βίᾳ, *siue sua vi.* Ιλ. χ.

Pro pronomine, θύρηφι, *foris, foras.* ἤγουν ἔξω, *ergo extra.* Hipp. de Superf. θύρηφι τῶν αἰδοίων, ἤγουν ἔξω.

Δε, Σε, Ζε.

Hæ tres syllabæ in fine additæ aduerbia ad locũ significant, οἴκαδε, *domum.* μεγαράδε, *ad Megaram.*

Poëtæ quidem accusatiuis addunt, οὐρανόνδε, *in cælum.* ἀγορήνδε, *in forum.* Οὔλυμπόνδε, *in Olympum.* οἶκόνδε, *domum.* τέλοσδε, *ad finem.* semel genitiuo, ἄϊδόσδε, *ad inferos.* vt semel pronomini ὑμέτερόνδε, *ad nostrã.* Ιλ. χ. ἤγουν δῶμα, *domum.* ἐκεῖσε, *illic.* πόσε, *quò.* ἑτέρωσε, *alio.* ἄλλοσε, *alio ad alium locũ.* Θήβαζε, Ἀθήναζε, χαμᾶζε, ἔραζε, *ad Thebas, Athenas, terram.*

Θεν motum è loco.

Ἀθήνηθεν, *Athenis.* Θήβηθεν, *Thebis.* οἴκοθεν, *domo.* ἔνθεν, *hinc.* πόθεν, *vnde.* ὁπόθεν, *vndecunque.* ἐνθένδε etiam. nam simplex est ἔνθεν, *hinc.* βοτάνηθεν, *ab herba.* ἀγρόθεν, *rure.* ἀπὸ κρῆθεν Hesiod. ἤγουν, τῆς κεφαλῆς, *à capite.* ἐξ οὐρανόθεν, ἀπ' οὐρανόθεν, *è cœlo.* poëticè abundat præpositio.

Θ Α.

Ab Æoliis paragogicè additur secundis personis verborum, Præsens ποθορῇσθα, *aspicias.* Theocr. χρὴ χρῆσθα, *oportet.* Laconice. διδοῖσθα, Ιλ. τ. *noui.* Imperfect. ἦς ἦσθα, *eras.* Perfectum οἶδα, οἶδας, οἶδασθα, sync. οἶσθα, *nosti.* Plusquam perfect. ᾔδεισθα, *noueras.* Hom. Fut. εἶσθα, Οδ. τ. vel præsens pro futuro, *is, vel ibis.* Opt. κλαίοισθα, Ιλ. ω. *lugeres, plangeres.* προφύγοισθα. Οδ. χ. *profugeres.* Subiũct. σπένδῃσθα. Ιλ. λ. *libes, libares.*

XI.

In fine raro abundat, ἢ, ἤχι, Dorice ἆχι, vt ἆχι λίχα μέγα σᾶμα, ἤγουν ὅπου τὸ λίχου τὸ μέγα μνημεῖον, vbi *Lichi magnum monumentum.*

Ναὶ, ναιχὶ, *certè.* Theod. & Etym. Sic οὐ οὐχὶ Attice, Ionice οὐκί, *non.*

ΔΗΝ.

Aduerbia quædam, ἀριστίνδην, *per electionem, habito virtutis respectu.* ἀγχιστίνδην, *iuxta propinquitatē.*

ΔΑ.

Nomina ludorum aduerbij forma, μυΐνδα, *lusus genus.* δραπετίνδα, *ferè idem.*

ΘΙ.

Poëtæ imperatiuos etiam grauitonos aliquādo terminant in θι, δείδω, *timeo.* medium præterit. δέδια, *timui.* imper. δέδιε δέδιθι & δείδιθι, *time.* ἀνώγω, *impero.* ἄνωγε ἄνωχθι, γ in χ, *iube.* κράζω, κέκραχα, κέκραχε, κέκραχθι, *clamo clamaui, clama.* Aliqui tamen: κεκράγηθι, ἀνώγηθι, syncope, ab ἀνώγημι, κεκράγημι. κλῦθι, *audi, senti, ausculta.* δύε δῦθι, *intra, ingredere.* inflexa: quidam ducunt à κλῦμι, δῦμι. πίω, *bibo* πίε πίεθι, & syncop. vel crasi potius πῖθι, *bibe.* A circunflex. πλέω, πλεῖθι, *nauigo, nauiga.* Ionice, ζῶ, ζῆθι, *viuo, viue.* vel à πλῆμι, ζῆμι.

Aduerbia quædam in loco exeunt in θι, οὐρανόθι, *in cœlo.* πόθι, *vbi.* αὐτόθι, *ibi.* & syncope αὖθι, ἑτέρωθι, *alibi.*

Syncope.

Quoniam verò ad syllabas syncope spectare videtur, de ea quoque hoc loco aliquid dicendum.

Hæc Ionibus & poëtis familiaris. πλέονες, Ion. πλέες. πλέονας πλέας, *plures.* ὀρόδαμνος ὄραμνος, *ramus surculus.* ἐξαίρετος, poeticè ἔξαιτος, *eximius, electus, exceptus.* μονώνυξ μώνυξ, *simplex, vnicum vnguem habens.* κακόμορος κάμμορος, *infortunatus, cruciatus.* ὁμόπατρος ὄπατρος, *vterinus.* ὁμοετέας οἰετέας, *ætate pares.* ὁμότριχας

ὄτριχας, *pilis similes.* omnia cum tenui. ὁμογάστριος ὀγάστριος, *eadem matre natus.* ὁμόξυλον ὄξυλον, *ex vno ligno, eiusdem speciei.* ἀμφιφορεὺς ἀμφορεύς, *Amphora.* οἴμημα οἶμα, *impetus.* παχύτερον πάχετον, *crassius.* Cretes, αὐτὸς αὖς, *ipse.* Æoles, ἀνεμώνη ἀμώνα, *genus papaueris, anemone.*

In verbis.

Ἤλυθον ἦλθον, *veni.* ἥλατο ἅλτο, *saltauit.* cũ tenui. ὤρετο ὦρτο, *prodijt, impulsus est.* δεδάηκα δέδαα, *didici.* vt ἕστηκα ἕσταα, *steti.* βέβηκα βέβαα, *iui.* Ionice. μέμηκα μέμαα, *propensus fui.* Participia, δεδαὼς, ῶτος, *qui didicit.* ἑσταὼς, ῶτος, *qui stetit.* βεβαὼς, ῶτος, *qui iuit.* μεμαὼς, ῶτος, *qui propensus est.* & ἑστὼς, βεβὼς, μεμώς. Fœm. ἑσταῦια, μεμαῦια, βεβαῦια. & ἑστῶσα, μεμῶσα, βεβῶσα. At γεγαὼς & γεγὼς, *natus.* & γεγαῦια γεγῶσα. non à γέγηκα, sed à γέγονα, *natus sum.* veteres ducunt, sublato ν, & verso ο in α. quidam à γεγῶ, γεγώηκα γέγωα γέγαα, *sum, fui.* Laconice κατάβηθι καβάσι, *descẽde.* θ in σ. πεπόνηθε πέποσθε, *laborasti.* ἠρήκαμεν ἤρημεν, *cœpimus.* κατάκτανε impera. κάκτανε Βελλεροφόντην, *interfice Bellerophonta.* ἐπέπλωσας ἐπέπλως, *applicuisti, aduenisti.* φθάρηθι φθάρθι, *morere.* στερηθῆναι στέρθεμεν Æol. *priuari.* ἔφασο φάο, ἄφεσο ἄφου, *admisisti.* ὀπίσω, ἄψ, *retro.* ἠπειλησάτην ἀπειλήτην, *insultarunt.* ἀλεξήσασθαι ἀλέξασθαι, *inuenisse.* ἐκιχησάτην κιχήτην, *inuenerunt, accesserunt.* ἐβεβάκεισαν βέβασαν, *iuerant.* ἐμεμάκεισαν μέμασαν, *prompti fuerant.* ἐμεμάκειτε μέματε, *prompti fueratis.* ἑστήκεισαν ἕστασαν, *steterunt.* ἀνάστητε ἄναστε, *surgite.* ἵσταθι ἵστω Attice. *sta.* ἀνήκαμεν ἄνημεν, *reliquimus.* δεδίαμεν δείδιμεν, *metuimus.* φίλησαι φίλαι, *ama.* εἰδηκὼς εἰδὼς, *qui nouit.* ἐγρηγόρατε ἐγρήγορθε, *vigilastis.* κεντῆσαι κένσαι, *pungere.* ἐσσεύετο σεῦτο, *promisit.* ἐργάσῃ, *facies.* ἐξελάσῃ, *expelles.* σκεδάσῃ, *disperges.* ἐργᾷ, ἐξελᾷ, σκεδᾷ, Bœotice & Ionice, ἀνέκαθεν ἔκκαθεν, *ab origine.*

Apocope.

Ἄλλοτε ἄλλο, *alias, alibi.* ὅτι ὁ, κάρηνον κάρη, *caput.*

κρῖ

κρῖμνον κρῖ, hordeum. δάκρυον δάκρυ, lachryma. ῥᾴδιον ῥᾷ, facilè. βριαρὸν βρῖ, particula intendentis. μεσσήνη μέσση, Messene vrbs. ἧλος ἧλ, clauus. Eustath. quæ omnia non flectuntur. *δῶμα δῶ, domum. τρόφιμον τρόφι, plenum. γλαφυρὸν γλάφυ, antrum. παῦσαι παῦ, sedasse.* Dorice ex Ælio Dionysio. *ἱδρῶτι ἱδρῶ, sudori. κατάβαθι κάτβα, respõde. ἀνάβαθι ἄνβα, ascende. οὔταζε οὖτα, vulnera cominus. σάωζε σάω, serua. Ἀπόλλωνα Ἀπόλλω, Apollinem. κυκεῶνα κυκεῶ, potionis genus.*

PARTES ORATIONIS OCTO.

1 Nomen, Verbum, Participium, Pronomen, Articulus, Aduerbium, Coniunctio, Præpositio.

Casus quinque:

Annotatiũculæ in partes orationis per casus declinabiles.

Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus. siquidem Ablatiuo carent Græci.

Numeri tres:

Vsus numeri dualis.

2 Singularis, Dualis, Pluralis. [2] Vtimur Duali, quum de duobus est sermo. [3] In duali vox
3 eadem nominatiui, accusatiui, & vocatiui; itidem genitiui & datiui. Sic in plurali semper nominatiuus idem cum vocatiuo.

Orationis partes, & earum accidẽtia Græcè & Latinè.

1 [1] LIBVIT Hoc loco partes orationis atque earum accidentia Græco sermone subiicere: vt Græca Græcè possis inflectere, neque Latinas accidentium voces cogaris admiscere. Octo igitur orationis partes sic à Græcis appellantur, *ὄνομα, ῥῆμα, μετοχή, ἀντωνυμία, ἄρθρον, ἐπίρρημα, σύνδεσμος, πρόθεσις: nomen, verbum, &c.* vt in textu numerantur. Accidentia declinabilibus communia sunt, *εἶδος πρωτότυπον καὶ παράγωγον, species primitiua & deriuatiua: σχῆμα ἁπλοῦν, σύνθετον, καὶ παρασύνθετον, figura simplex, composita, & decomposita:* (tamen figura decomposita, id est, quum dictio deducitur ab alia

Species.

Figura.

compo

composita, non habet locum in pronominibus aut articulis: neque etiam species in articulis, nisi velis deriuare postpositiuum à præpositiuo) ἀριθμὸς ἑνικὸς, δυϊκὸς, καὶ πληθυντικὸς: *numerus singularis, dualis, & pluralis:* πρόσωπον πρῶτον, δεύτερον, τρίτον, *persona prima, secunda, tertia*: sed persona magis pronomini & verbo quàm aliis conuenit. Porrò partibus quæ per casus declinantur, accidentia communia sunt; γένος ἀρσενικὸν, θηλυκὸν, καὶ οὐδέτερον: *genus masculinum, fœmininum, & neutrum*: (adde nomini κοινὸν καὶ ἐπίκοινον, *commune & promiscuū*) πτῶσις, εὐθεῖα ἢ ὀνομαστικὴ, γενικὴ, δοτικὴ, αἰτιατικὴ, καὶ κλητικὴ: *casus rectus siue nominatiuus, genitiuus, datiuus, accusatiuus, & vocatiuus*: articuli tamen vocatiuum non habent. Verbo communia cum participio: χρόνος ἐνεστὼς, παρατατικὸς, παρακείμενος, * ὑπερσυντελικὸς ἀόριστος, καὶ μέλλων: *tempus præsens, imperfectū, perfectum, perfectum, plusquamperfectum, indefinitum, & futurum*: γένος ἐνεργητικὸν, παθητικὸν, οὐδέτερον, κοινὸν ἢ μέσον, καὶ ἀποθετικόν: *genus actiuum, passiuum, neutrum, commune siue medium, & deponens*. Verbum verò sibi soli vindicat ἔγκλισιν ὁριστικὴν, προστακτικὴν, εὐκτικὴν, ὑποτακτικὴν, καὶ ἀπαρέμφατον: *modum indicatiuum, imperatiuum, optatiuum, subiunctiuum, & infinitiuum*. Sed de his hactenus. [2] Possumus 2

Numerus. *Persona.* *Genus.* *Casus.* *Tempus.* ** Apud Græcos Grāmaticos passim reperies ὑπερσυντέλικος, proparoxytonως.* *Genus.* *Modus.*

tamen vti plurali, quamuis de duobus tantummodo fiat sermo: atque non rarò inuenies poëtas in eadem periodo nunc hoc nunc illo numero vsos: imò substantiuum interdum in vno, adiectiuum in altero numero collocant. idem iudicato de relatiuo cum suo antecedente, ac de verbo cum suo nominatiuo. Cæterùm confusus hic dualis ac pluralis numeri vsus, habet tantummodo locum quum de duobus sermo habetur. si enim de pluribus verba fiant, non possumus dualem admiscere, sed solo plurali erit vtendum. [3] Assignat hîc 3 generales quasdam regulas, communes omnibus orationis partibus, quæ per casus inflectuntur. his, si placet, adiice sequentes: Genitiuus pluralis semper desinit in ων: Accusatiuus pluralis in ς, nisi in neutris: Genitiuus & datiuus duales in οιν, vel αιν; nisi in tribus pronominibus primitiuis, de quibus postea: & in quarta declinatione, quæ mutat οιν tertiæ in ων. Datiuus pluralis fit à datiuo duali, migrante ν in ς: nisi in quinta declinatione, & tribus illis pronominibus. Accusatiuus singularis finitur in ν cum vocali nominatiui: nisi in quinta, & tribus pronominibus, ac neutris quibusdam, quæ accusatiuum nominatiuo similem habent, secundum

Pluralis pro duali, non contrà. *Ad[illegible] cula.*

regulam neutrorum, quam assignat CLENARDVS in tertia declinatione. Item adiectiua neutra suis masculinis sunt similia in genitiuis & datiuis singularis ac pluralis numeri, atque in toto duali. Cæterùm de datiuo singulari finito in ι, aut in diphthongum impropriam, ᾳ, ῃ, ῳ, vide authorem in Annotationibus in declinationes simplices.

Articuli præpositiui. q. 6 82. 45.33.

Latini inter declinandum vsurpant *hic, hæc, hoc*: Græci verò articulum, ὁ, ἡ, τό: quem vocant *Præpositiuum*, quòd nominibus præponatur.

Masculinus.

Inflectitur autem sic: Mascul. Sing. Nominatiuus, ὁ, *hic*: G. τοῦ, *huius*: D. τῷ, *huic*: A. τὸν, *hunc*. Dual. N. & A. τὼ, *hi & hos*, de duobus: G. & D. τοῖν, *horum & his*, de duobus. Plur. N. οἱ, *hi*: G. τῶν, *horum*: D. τοῖς, *his*: A. τοὺς, *hos*.

Fœmininus.

Fœm. S. ἡ, τῆς, τῇ, τὴν: D. τὰ, ταῖν: P. αἱ, τῶν, ταῖς, τὰς.

Neuter.

Neut. S. τὸ, τοῦ, τῷ, τό: D. τὼ, τοῖν: P. τὰ, τῶν, τοῖς, τά.

Annotatio de ὦ.

Articuli vocatiuū ignorant: pro quo in declinationibus vtimur aduerbio vocandi ὦ.

praepositiuis, seu, ... 245. 25.

De articulis vide plura post tractatum Pronominum.

DECLINATIONES NOMINVM QVINQVE.

Prima nominū parisyllabicorū declinatio. ας, ης.

PRIMA est in ας masculinorum, ὁ Αἰνείας, *Æneas*: & in ης, partim masculinorum, ὁ Χρύσης, *Chryses*:
1 partim communium, ὁ καὶ ἡ λῃστὴς,
2 *hic & hæc latro*: quorum genitiuus in ου, datiuus in ᾳ vel ῃ diphthongum impropriam, ac-
3.4 cusatiuus in αν vel ην, vocatiuus in α vel η, pro
5 secundum terminationem nominatiui. Dualia & pluralia conueniunt cum articulo fœminino, ablato τ.

Elenchus terminationū primæ.

6 S. {ας, ης,} ου, {ᾳ, αν, α. ῃ, ην, η.} D. α, αιν. P. αι, ῶν, αις, ας, αι.
7.8

Exempla primæ

S. ὁ Αἰνείας, τοῦ Αἰνείου, τῷ Αἰνείᾳ, τὸν Αἰνείαν, ὦ Αἰνεία.
D. τὼ Αἰνεία, τοῖν Αἰνείαιν, ὦ Αἰνεία.

P. οἱ Αἰνείαι, τῶν Αἰνειῶν, τοῖς Αἰνείαις, τοὺς Αἰνείας, ὦ Αἰνείαι.

ὁ Χρύσης, τοῦ Χρύσου, τῷ Χρύσῃ, τὸν Χρύσην, ὦ Χρύση.

ὁ καὶ ἡ λῃστὴς, τοῦ καὶ τῆς λῃστοῦ: & ita deinceps.

Annotatio de Dialectis.

Atticismus.

Quinq; Græcorum linguę præcipuæ; Communis, Attica, Ionica, Dorica, Æolica: ex quibus Attici in omni declinatione vocatiuum similem formant nominatiuo, ὁ & ὦ Αἰνείας.

De Dialectis appendix.

ANTEQVAM De varietate huius declinationis secundum varia idiomata aliquid dicamus, prius videndum quid intelligát Græci per huiusmodi linguas, siue dialectos, aut idiomata: de quibus CLENARDVS in fine huius declinationis nonnihil attigit. Quinque enim linguas præcipuas esse apud Græcos ait, vtpote quæ a magni nominis authoribus fuerunt celebratæ, & quibus scripta penè infinita librorum volumina posteritati reliquerunt. Fuerunt verò & aliæ multæ, tot scilicet quot fuerunt nationes quæ Græco sermone vterentur; veluti Bœotica, Thessalica, Chalcidica, Macedonica, Pamphylica, Argiua, Laconica, Cypria, Cretica, Sicula, Syracusana, Rhegina, Tarentina: verùm minus præcipuæ meritò dici possunt, quòd illis nulli libri, qui ad nostra vsque tempora peruenerint, scripti fuerunt. Itaque prorsus periissent, nisi alij authores suis libris quædam ex illis dialectis admiscuissent: vt Aristophanes, qui in suis Comœdiis, quamuis eas Attica lingua scripserit, inducit interdum personas alterius nationis propria dialecto vtentes: vt Bœotica Bœoticas mulieres. Alij quoque poëtæ propria quædam harum linguarum vsurparunt. Quare nonnulla adhuc illarum vestigia apparent, sed non vt earum quas author hoc loco præcipuas vocat. Vt autem totum huiusce rei negotium tibi ob oculos proponatur, ac quid Grammatici per idiomata intelligant, penitus noscas, exemplo nostri Gallici sermonis tibi paucis rem omnem aperiam. Quotquot hodie in foris iudicialibus ditioni Regis subditis versantur, neque solum ibi, sed passim inter omnes ferme non omnino obscuros homines, Gallicè scribunt ac loquuntur: non tamen omnes ita tersè vt ij qui Regis ædes, aut Parisiensè forum frequentant: vt iudicatu difficile non sit, si quis eos loquentes audiat, vel eorum scripta legat, ad quod idioma illorum ferme accedat. Vix enim fieri potest, quin

Linguæ Græcorum præcipuæ.

Linguæ minus præcipuæ.

Gallici idiomatis exẽplo Græcarũ dialectorũ varietas exponitur.

aliquid è propria siue materna lingua retineant, etiam illis inuitis, ac Gallica lingua loqui nitentibus. Sunt tamen aliqui maximo ingenij acumine præditi, qui quasi vernaculæ linguæ obliti, terso ac puro sermone vtuntur: imò peculiares quasdam phrases ac dicendi modos ex famosarum, & in Gallico sermone magis probatarum vrbium dialectis veluti Atticismos obseruant, quibus quasi quibusdam flosculis non rarò sua

Similitudinis ἀπόδοσις.

scripta ornatiora reddunt. Eodem ferme modo in Græcia olim, omnes sermone quodam communi (cuius præcepta nunc in Grammaticis traduntur) loqui ac scribere nitebantur: sed in eis ferè semper aliquid pro-

Hippocrates.

prij ac materni idiomatis deprehendebatur; vt in Hippocrate Ionici, vnde erat oriundus. neque enim illi, cùm in rebus magis quàm in verbis laboraret, curæ erat omnes voculas linguæ communis, quæ ad Atticismum maximè accedebat, obseruare. At rursus aliqui verbis & phrasi non minùs quàm rebus addicti, (quales

Demosthenes. Plato. Lucianus.

fuerunt Demosthenes, Plato & Lucianus) non solùm ad vnguem communis linguæ phrasim obseruabant, sed etiam, vt communem ditare viderentur, ex aliis idiomatibus, præcipuè ex Attico, nonnullas loquendi formulas, vel etiam peculiares quasdam voces, aut vocum flexus, decerpebant: quæ omnia tandem temporis successu communi vsu recepta sunt. Hæc autem intelligo de iis authoribus qui prosa oratione scripserunt.

Poëtæ licētiosi. Demosthenes & Aristophanes Atticè & communiter scripserunt.

nam poëtæ multo maiorem sibi licentiam permiserũt. Quum igitur audis Demosthenem Atticè locutum, & Aristophanem Atticè locutum, quorũ stylus est longè dissimilis, quamuis eodem seculo floruerint, ne turberis. nam vterque communi lingua scripsit: sed Demosthenes, genere Atticus, quamuis communi sermone, vt ab omnibus Græcis intelligeretur, loqui nitebatur; tamen certas quasdam voces ac dicendi formulas ex Attico sermone depromptas, sibique familiares retinere gaudebat, quò facundior videretur. Aristophanes verò, vt populo Atheniensi gratus esset, sermone plebi infimæ ac mulieribus familiari vti studebat. vt hodie Lutetiæ videre licet fabularũ actores, vt risum auditorum captent, vti sermone muliercularum, à communi Gallico nonnihil degenerante. nam r in s non rarò commutant, reliquasque literas blesè ac compressis labiis enuntiant. Patroni verò, qui in foro causas agunt, quamuis purè ac propriè loqui studeant, & aliquid ex Lutetiano sermone decerpãt, nonnihilq; ex Aureliano-

vbi fortè legibus operam nauarunt, ac rursus aliquid ex huius vel illius celebris ciuitatis idiomate, præcipuè verò è Regis domesticorum sermone depromptum; cauent tamen maximè, ne mulierculárum more loqui videantur. si enim illarum sermonem imitarentur, fabula omnibus essent, maximoque risu ab auditoribus exciperentur. Confer nunc Demosthenis orationem cum ea qua vtuntur hodie patroni in foro Parisiensi: Aristophanis verò Comœdias cum fabulis illorum histrionum, qui agendo sermonem Lutetianæ plebeculæ familiarem repræsentant. Itaque, vt eò vnde digressi sumus, nostra recurrat oratio, Grammatici per dialectos, Idiomata siue Linguas, nihil aliud intelligũt, quàm sermonis quandam proprietatem, qua distinguitur loquelæ varietas, quæ semper solet contingere inter diuersos eiusdem nationis tractus: cùm hi paulo aliter loquantur quàm illi, ac cuique proprium quidpiam è natali solo sit insitum: quod si bene auribus sonare videatur, alij quoque vsurpare gaudent: & quod vni vrbi aut nationis paruo tractatui proprium erat ac peculiare, aliquo temporis interuallo in communem linguam transfundunt: atque ita illam ditant ex diuersis variorum tractuum proprietatibus, quæ insigne quiddam & auribus gratum continebant. Ne igitur mireris, si videas CLENARDVM, qui de Dialectis nihil prorsus in suis Institutionibus præcipere decreuerat, sed tantùm nonnullum communis linguæ vsum, non semel nunc Atticismos, nunc Ionismos atque alias dialectos inculcare. annotat enim tantummodo quid ex quaque lingua decerpserint ij authores qui communi lingua scripserũt: veluti Demosthenes, Lucianus, Plato, Aristoteles, ac reliqui ferè omnes qui soluta oratione scripserunt: quamuis Atticè scripsisse dicantur, quòd scilicet plura ex Attico quàm alio idiomate decerpserint. Herodotus verò & Hippocrates Ionicè dicuntur scripsisse, quòd plura ex Ionica proprietate quàm ex alia desumpserint. Idem iudicato de reliquis. Nos verò in his Scholiis non solùm quæ ab oratoribus & communi vsu ex variis idiomatibus recepta sunt, annotabimus, sed ea etiam quæ poëtæ ex illis arripuerunt, vel sua licentia, vt scilicet metri hiatum implerent, vel etiam nulla carminis necessitate coacti, sed potiùs vt τὴν τοῦ πεζοῦ λόγου φράσιν euitarent, vel quòd materna dialecto magis delectarentur: vt Aristophanes Attica, Homerus Ionica, Dorica Theocritus, & Æolica Alcæus quamuis

Clenardi institutũ in tractandis Dialectis.

Demosthenes, Lucianus, Plato, Aristoteles, qua dialecto scripserint.

Herodotus & Hippocrates qua lingua scripserint.

Poëtæ cur variis dialectis vsi sint.

Aristoph. Hom. Theoc. Alcæus, qua quisq; lingua scripserit.

Herodotus & Hippocrates.

vernaculæ ac sibi familiari alias quoque admisceant. Herodotus etiam & Hippocrates, qui soluta oratione scripserunt, Ionica vterque vernacula sunt maximè delectati. Cæterùm vt aliquid in genere de his præcipiatur, breui schemate subiiciam, quid vnaquæque dialectus sibi veluti proprium vindicet.

Generalia præcepta de Dialectis.

Attica ponit { ρ, τ, ξ } pro σ, {
- θαῤῥεῖν, pro θαρσεῖν, *confidere.* id fit dum ρ est ante σ, vt in hoc exéplo. sic ἄῤῥην & πόῤῥω pro ἄρσην & πόρσω.
- γλῶττα, pro γλῶσσα, *lingua.* hoc semper obseruatur, vbi est duplex σσ: atq; interdũ vbi est simplex, vt τήμερον, p̃ σήμερον, *hodie.*
- ξυμφέρον, pro συμφέρον, *conferens, vtile.* istud habet locum in cõpositis à prępositione σὺν, *cum.*

Gaudet præterea contractionibus; vt πατρῷος, pro πατρώϊος, *paternus.* hoc fit, quando commodè duæ vocales in vnam possunt contrahi.

Contingit etiam duas dictiones in vnam, vt τοὔνομα, pro τὸ ὄνομα, *nomen.* istud præcipuè fieri solet præcedentibus τὸ, τὰ, καὶ, πρὸ, & sequente dictione quæ incipiat à vocali. Vide CLENARDVM circa finem Annotationum in verba.

Ionica { η, κ, π, τ } pro {
- α, ἡμέρη, pro ἡμέρα, *dies.* hoc fit vbi communiter α est longum.
- π, κῶς, pro πῶς, *quomodo.* hoc fit in interrogatiuis & relatiuis.
- φ, θ, } ἀπαιρεῦμαι, pro ἀφαιρεῦμαι, *auferor.* Hoc obseruatur in cõpositione. nam retinent tenues π, τ, vbi cõmuniter mutarentur in φ, θ, (vide CLENARDVM, vbi agit de augmento imperfecti.) Habet etiam locum aliquando in simplicibus; vt δέκομαι, pro δέχομαι, *capio:* τύκω pro τύχω seu τεύχω, *paro.*

Ad hæc Ionica, Atticæ hac in re contraria, nihil contrahit. non enim dicit ποιῶ, sed ποιέω, *facio,* sine crasi.

Dorica { α, α, α } pro {
- η, ἁμέρα, pro ἡμέρα, *dies.* sic pro φήμη dicit φάμα, *fama.*
- ω, μουσᾶν, pro μουσῶν, *Musarum.* hoc fit in genitiuo plurali primæ & secundæ declinationis.
- α, ζᾶν, pro ζῆν, *viuere.* istud habet

locum

locum in contractionibus, quæ cōmuniter ex αε & αη in α, & ex αει & αῃ in ᾳ fierent, Doricè verò in η monophthongum.

Dorica — pro:

- η — ει, λαβῆν, pro λαβεῖν, cepisse, sumpsisse.
- ω — ου, μῶσα, pro μοῦσα, Musa. hoc habet locum in nominibus, & aliquādo etiā in verbis, quū nulla est crasis.
- ευ — ου, Δημοσθένευς, pro Δημοσθένους, Demosthenis. hoc obseruatur quoties ου contractum est ex εο vel εου; & quoties ου in verbis haberet accentum circumflexum; quamuis non veniat ex contractione: vt ἅλλομαι, salio; futurum medium ἁλοῦμαι, & Doricè ἁλεῦμαι, saliam.
- οι — ου, τύπτοισα, pro τύπτουσα, verberans: hæc mutatio fit in participiis fœmininis barytonorū. Æoles quoque eodem modo ω, ευ, & οι, pro ου ponunt.
- τ — σ, τὺ, pro σὺ, tu.
- σ — θ, σιὸς, pro θεὸς, Deus.
- ς — ν, τύπτομες, pro τύπτομεν, verberamus. hoc fit in primis personis pluralibus finitis in μεν. sic ἦς. pro ἦν, erat.
- α — ε, αἴκα, pro αἴκε vel εἴκε, si: & πόκα, pro ποτὲ, aliquādo. [fortè melius, vt Sylburgius: πόκα pro πότε, quādo, interrogatiue. nam infinitum sine accentu frequētius effertur, vt apud Theocr. Idyl. 18. Ἐν ποκ' ἄρα Σπάρτᾳ. Et Id. 15. χιμάρως δύο τρᾶν ποκ' ἔθυσα]
- αι — ει, αἰ, pro εἰ, si. sic compos. αἴκε & αἴκεν, pro εἴκε & εἴκεν, si: αἴθε, pro εἴθε, ô si, vtinam.
- ω — οι, πωμενικὸς, pro ποιμενικὸς, pastoralis.
- τ — κ, τῆνος, pro κεῖνος vel ἐκεῖνος, ille.
- κ — τ, † πόκα, pro ποτὲ, aliquando: ἄλλοκα, pro ἄλλοτε, aliâs.

Detrahit quoque ι ex diphthongo ει, vt † λάβεν, pro λαβεῖν, cepisse. [pro λάβεν, alij habent λαβῆν, vt ποιεῖν in verbis circūflexis pag. 203, 36. λάβεν enim Æolicū magis esset quàm Doricum. nam Æolij tales infinitiuos cir-

cumflexos, paroxytonως efferũt, vt κάλλω, φίλλω, φρόνλω, pro καλεῖν, φιλεῖν, φρονεῖν, teste Corintho. Ideoq́; fortassis infra versu 24 scribendũ ἐλθῆν pro ἐλθῆν. nam ἐλθῶ videtur esse Doricum, vt κοσμῆν apud Theocr. Idyl. 15: vbi etiam ἕρπην inuenies, & καθεύδην; nec non ἀνοίξην; pro κοσμεῖν, ἕρπειν, καθεύδειν, ἀνοίξειν.

In diphthongis impropriis ᾳ, ῃ, ῳ, iota subscriptum negligit; vt τῶ αἰνεία, pro τῷ αἰνείᾳ, Ænea.

Vtitur etiam interdum casibus pluralibus pro singularibus fœmininis, vt καλαί, pro καλή, formosa.

Geminatis quoque σσ, ττ, ππ, pro simplicibus vtitur; vt ὅσσον, pro ὅσον, quantum: ὅττι, pro ὅτι, quòd: ὅππη, pro ὅπη, vbi, quò.

Æolica	α	pro	η, ἀμέρα, pro ἡμέρα, dies. id fit Dorum more: sed Doricè huiusmodi α producitur, Æolicè corripitur.
	ω		ου, ἰδῶσα, pro ἰδοῦσα, conspicata. hoc fit præcipuè in participiis fœmininis in οῦσα, quæ communiter circumflectunt οῦ.
	ω		ο, ὤμοιος, pro ὅμοιος, similis.
	ππ		μμ, ὄππατα, pro ὄμματα, oculi.
	η		ει, ἐλθῆν, pro ἐλθεῖν, venisse.

Retrahit etiam accentum acutum ab vltima syllaba in penultimam in dissyllabis, & in antepenultimam in polysyllabis; vt κάλος, pro καλὸς, pulcher: πόταμος, pro ποταμὸς, fluuius.

Addit quoque ι accusatiuis quorundam nominum fœmininorum, vt καλαὶς, pro καλὰς, pulchras.

Præterea β ante ρ ponit; vt βρόδον, pro ῥόδον, rosa.

Vtitur etiam præpositione κατὰ, pro μετὰ, cum.

Denique dictiones à quacunque vocali inchoatas tenui spiritu afficit; vt ἥλιος, pro ἥλιος, Sol.

Dialectorum varietati vbi sit locus.

Atque hæc de Dialectis in genere dicta sufficiant. Ne verò credas ea quæ hîc diximus, passim in omnibus dictionibus obseruari. non enim ista locum habent nisi in certis quibusdam vocibus, & certis casibus partium orationis, quæ per casus inflectuntur, atque in certis quibusdam personis & temporibus verborum: veluti planum vnicuique esse potest & ex iis quæ iam hoc loco attigimus, & ex iis quæ à nobis sparsim per totam hanc Grammaticam annotabuntur. vsum enim eorum quæ hîc cum vnico duntaxat exemplo in genere proposuimus, particulatim ostendemus, si ex iam dictis

coili

colligi non poſſit. Adiiciemus quoque nonnullas alias regulas minus generales iuxta locorũ opportunitatem. Hoc itaque in primis fuerit notatu dignum, Iones toto ſingulari & datiuo plurali primæ & ſecundæ declinationis mutare α longum vltimæ ſyllabæ in η, (exceptis quibuſdam primæ, quorũ Dorica declinatio eſt in vſu, quæ in Annotationum tractatu in declinationes ſimplices à nobis enumerabuntur) & contra Dores mutare η in α. Atque ita fit vt Αἰνείας declinetur Ionicè ſicut Χρύσης cõmuniter; & rurſus Χρύσης Doricè ſicut Αἰνείας communiter. Porrò in datiuo plurali, quum α Ionicè migrat in η, iota ſequens ſubſcribitur, ac pro Αἰνείαις dicimus Αἰνείῃς: ſic μούσῃς, pro μούσαις. *Muſis.*

Annotatio.Ioniſmus, α in η.

Doriſm⁹, η in α.

Datiuus plur. Ionicus, ῃς in ῃς.

[1] Nullum aliud nomen primæ declinationis eſt communis generis præterquam ληϊστὴς: atque iſtud dicitur commune eadem ratione qua *latro* & *homo* à Latinis; cùm tamẽ vix vnquam, ac ne vix quidem, illa epitheto fœminino iuncta inueniantur, aut Græcè aut Latinè. Itaque dicito omnia primæ eſſe maſculina. [2] Doricè α: Æolicè & Bœoticè αο: Ionicè εω, accentu in antepenultima: [ſi videlicet nominatiuus ſit barytonus, vt Γύγεω, à Γύγης. nam ſi nominatiuus ſit oxytonus vel periſpωmenos, genitiuus Ionicus eſt paroxytonus, vt ποιητέω pro ποιητȣ͂, apud Lucianũ in libro De Dea Syria, à nominatiuo ποιητής. at βορέω, pro βορέεω, per ſyncopen, apud Heſiod. in Theogon. Νόσφι νότȣ βορέω τε, καὶ ἀργέστεω ζεφύρȣ τε, ab Ionico nominatiuo βορέης, pro βορέας, boreas.] Poëticè verò ω, ex Ionico per craſim. [3] Ionicè interdum εα. [4] Si plura de vocatiuo deſideras, vide Annotationes in declinationes ſimplices, circa principium. [5] Id eſt, ſi ex articulo fœminino dualis ac pluralis numeri auferas τ, habebis terminationes primæ declinationis in iiſdem caſibus & numeris: ſed cùm articulus careat vocatiuo, ſumenda erit nominatiui eiuſdem numeri terminatio. eandem enim habent terminationem, vt iam ab authore dictum eſt. [6] Doricè ᾶν: Æolicè & Bœoticè άων: Ionicè έων. [7] Datiuis pluralibus cuiuſcunque declinationis in ς deſinentibus additur ι, Atticè, Ionicè & Æolicè. [8] Ionicè interdum εας.

1 *Communia in prima non inueniuntur.*
2 *Genitiuus ſing.*
Accuſatiuus.
ANNOTATIO.
3
4
5
6 *Genitiuus plur.*
7 *Datiuus.*
8 *Accuſat.*

SECVNDA declinatio tantùm eſt fœmininorum, quæ deſinunt vel in α, ἡ μȣ͂σα, *muſa*: vel in η, vt τιμὴ, *honor*: genitiuus in ης. datiuus in ῃ diphthongum, accuſatiuus in αν vel ην,

Secunda declinatio.

α, η

vocatiuus in α vel η, iuxta terminationem nominatiui. Dualia & pluralia perinde se habent atque in prima declinatione.

Elenchus terminationum secundæ.

1 S. {α, η,} ης, ῃ, {αν, α. ην, η.} D. α, αιν. P. αι, ¹ ῶν, αις, ας, αι.

Exempla.

ἡ μοῦσα, τῆς μούσης, τῇ μούσῃ, τὴν μοῦσαν, ὦ μοῦσα.
ἡ τιμὴ, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ, τὴν τιμὴν, ὦ τιμή.

Annotatio.

Finita in δα, θα, ρα, & α purum, (hoc est, quod non subsequitur consonantem) faciunt genitiuum in ας, datiuum in ᾳ diphthongum: Λήδα, Λήδας, Λήδᾳ, *Leda*: Μάρθα, Μάρθας, Μάρθᾳ, *Martha*: ἡμέρα, ἡμέρας, ἡμέρᾳ, *dies*: φιλία, φιλίας, φιλίᾳ, *amicitia*.

Genitiuus plur.

1 VARIETATEM Dialectorum recipit omnino vt genitiuus pluralis primæ. In aliis casibus nulla est varietas, quam ex his quæ iam dicta sunt, non possis colligere. Hoc tamē sciendum, multa huius declinationis nomina syllabæ φι vel φιν adiectionem apud poëtas recipere: quod dum fit, quæ desinunt in α, modo illud retinent, modo Ionico more in η mutant, vt Οὐρανία, Οὐρανίαφι, *Vrania*: βία, βίηφι, *violentia*. quæ verò in η desinunt, nihil mutant: vt εὐνὴ, εὐνῆφι, *cubile*.

Paragoge syllabæ φι in secunda, tertia, & quinta.

ANNOTATIO.

[Nimis angustè præcipit de nominibus quæ (vt Etymologus loquitur) per syllabam φι ἐπεκτείνονται: simul in quorundam accentu allucinatur. Primum igitur hæ ἐπεκτάσεις non modò per omnes declinationes fiunt, sed etiā ferè per omnes numeros & casus. Deinde ad accētum quod attinet, paroxytonως efferuntur, quum præcedit ο: alias natiuum accentum retinent, & ι etiam subscriptum in datiuo singulari flexionis parisyllabæ, si nulla vocis integræ fiat mutatio. Exemplis id planum faciamus. Nominatiuo sing. secundæ parisyllabæ, Hesiodus Ergois dicit, - ὁδὸς δ' ἑτέρηφι παρελθέειν κρείσσων, pro ἑτέρα ὁδὸς, *altera via* (sic enim Etymolog. quoque accipit: Eustathius autem aduerbialiter ἑτέρηφι, *altera parte*) Vocatiuo apud Etymolog. & Vrbanum, Οὐρανίαφι φίλη, *cara Vrania*. Genitiuo, Homerus Il. θ. & alibi, ἀπὸ νευρῆφι, pro ἀπὸ νευρῆς, *è neruo*: Odyss. β. ἐξ εὐνῆφι, pro ἐξ εὐνῆς, *è cubili*. Datiuo, Odyss. ζ. ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφι, *cū aurora*: Odyss. ο ἐν χειρὶ δεξιτερῆφι, *in manu dextra*: Odyss. ε. ἐπ' ἐσχαρόφι, pro ἐπ' ἐσχάρᾳ, *super foco*. Accusatiuo, Hesiod.

Er

Erg. ἐστ᾽ αὔελον ἔστ᾽ ἔννηφι, pro ἐς ἔνην, *in perendinum*. Plurali num. Iliad. ν. παρ᾽ αὐτόφι, pro παρ᾽ αὐτὰς, i. τὰς νᾶυς, *apud ipsas naues*. In tertia parisyllaba, genitiuo sing. Odyss. ω. ἐκ ποντόφιν, pro ἐκ πόντου, *è ponto*. Iliad. φ. Ἰλιόφι κλυτὰ τείχεα, pro Ἰλίου, *Ilij, Troiæ*. Datiuo, Odyss. γ. νηὸς ἐπ᾽ ἰκριόφι, pro ἰκρίῳ, *super tabulato nauis*. Iliad. μ. εὕρησι παρ᾽ αὐτόφι, *reperiat apud ipsum*, pro παρ᾽ αὐτῷ. Plurali genit. Odyss. ξ. ῥινὸν ἀπ᾽ ὀστεόφιν ἐρύειν, *pellem ossibus deripere*, pro ἀπ᾽ ὀστῶν. Datiuo, Odyss. ε. ὄσσε δακρυόφι τέρσοντο, pro δακρύοις, *lacrymis*. sic θεόφι μήστωρ ἀτάλαντος, pro θεοῖς, diis, apud Hesychium, qui similiter ζυγόφι & πασσαλόφι reperiri tradit. Accus. Odyss. π. φθινύθει δ᾽ ἀμφ᾽ ὀστεόφι χρὼς pro περὶ τὰ ὀστᾶ, *circum ossa*. Cadunt etiam in declinationem imparisyllabam. Genit. singul. Iliad. ι. ἔκλυεν ἐξ ἐρέβεσφι, pro ἐξ ἐρέβους, *ex Erebo, ex inferno*. Genit. plural. Iliad. μ. παρὰ ναῦφιν ἐλαυνόμεθα, pro ἀπὸ νηῶν, *à nauibus*. Datiu. Odyss. ε. πρὸς κοτυληδονόφι, pro πρὸς ταῖς κοτυληδόσι, *ad acetabula, seu in acetabulis*. Iliad. κ. ὑπὸ κράτεσφι τάπης τετάνυστο, pro ὑπὸ κρασὶν, (vt paulo ante) *sub capitibus*. Sic Odyss. τ. ἐν ἀκροπόλοισιν ὄρεσφι, pro ὄρεσι, *mõtibus*. Et Iliad. ε. παρ᾽ ἵπποισι καὶ ὄχεσφι, pro ὄχεσι, *curribus*. Accus. Iliad. β. ἀμφὶ στήθεσφι pro περὶ τὰ στήθεα, *circa pectora*. Plura si requiras, inuenies apud Vrbanum in secunda parisyllaba, & apud Etymolog. in φρήτρηφι, vbi etiam annotat, has ἐπεκτάσεις, si accedant casibus, vocemq́; seruẽt eandem, (hoc est immutatam) seruare eandem quoque scripturam: sin vocem mutent, mutare etiam scripturam. Prioris generis exemplum est ἶφι βίηφι apud Homer. Iliad. φ. pro τῇ αὐτοῦ βίᾳ, *suis viribus*: nam ἶφι & βίη, vt vocem, sic scripturam quoque retinẽt eandem. Posterioris exemplum est αὐτόφι apud eundem in locis paulo ante citatis, modo pro αὐτῷ, *ipsi*: modo pro αὐτὰς, *ipsas*: apud Aratum vero in Phænom. ἐπ᾽ αὐτόφι Scholiastes exponit ἐπ᾽ αὐτοῦ super ipso, i. lychno. Quæ vero mutationes soleãt fieri, tũ ex præcedentib. potest colligi, tũ ex Antesignani obseruatione.] Idem enim, inquit, accidit quibusdã nominibus tertiæ: sed ex ος & ον, ς & ν prius abiiciuntur: vt στρατὸς, στρατόφι, *exercitus*: ὀστέον, ὀστεόφι, *os, ossis*: sic in pronomine αὐτὸς, αὐτόφι, *ipse*. In quinta quoque declinatione neutra quædam in ος, & fœminina in ων, idem patiuntur: sed in ος, ο prius vertitur in ε, vt στῆθος, στήθεσφι, *pectus*: in fœmininis verò in ων, prius facimus genitiuum in ονος, ac deinde inigrante ς in φι, fit nomen poëticum; vt ἡ κοτυληδὼν, genit. τῆς κοτυληδόνος, vnde κοτυληδονόφι, *acetabulum*.

Porrò

Apocope in tribus declinationibus.

Porrò huiusmodi nomina poëtica, sunt indeclinabilia. Patiuntur præterea hæ tres declinationes apocopen: vt in secunda, γλῶ, pro γλήνη, *pupilla.*

ANNOTATIO SYLB.

[*de* γλῶ *per apocopen ex* γλήνη *facto nihil inuenio apud Græcos lexycographos*] in tertia, γλάφυ, pro γλαφυρὸν, *antrum.* [*non immerito dubitari potest an* γλάφυ *per apocopen sit factum ex* γλαφυρὸν. *nam* γλαφυρὸν *significat* cauum, profundum, teres, *adiectiuè: at* γλάφυ *substātiuè* cauernam, *vt* γλάφυ πετρῆεν *apud Hesiodum Ergois, id est,* cauerna in saxo exsculpta: *sicut ab Hesychio quoque exponitur* σπήλαιον, ἄντρον, *itemque ab Etymologo, qui vtrumque deriuat à* γλάπτω sculpo, excauo.] ex κάρηνον verò Atticè fit κάρα, & Ionicè κάρη, *caput*:

ANNOTATIO.

[κάρη *&* κάρα *ex* κάρηνον *&* κάρανον *per apocopen facta, neutrius generis sunt &* ἄκλιτα: *vt* πολιὸν κάρη *apud Homerum: apud Eurip.* ξανθὸν κάρα, flauum caput: *&* σῷ κάρα, tuo capiti. *Recentiores vero & genere & declinatione mutata dixerunt* ἡ κάρα, τῆς κάρας, *etiam in prosa, teste Eustathio & Etymologo*] in quinta δῶ, pro δῶμα, *domus*: quod non solum in nominatiuo, sed per omnes casus singulares huius declinationis fieri solet: vt τοῦ Αἴαν, τῷ ἱδρῷ, τὸν Ἀπόλλω, pro Αἴαντος, ἱδρῶτι, Ἀπόλλωνα, id est, *Aiacis, sudori, Apollinem.*

ANNOTATIO.

[τοῦ Αἴαν *mendosum videtur, ac verum* τοῦ Αἴα. *nam Lascaris tradit, à masculinis in* ας αντος, *genitiuos reperiri in* α. *apud poëtas, metri causa, vt* Αἴα, Θόα, *pro* Αἴαντος, Θόαντος: *atque ab* ὁ πελεκᾶς *genitiuum Atticum esse* τοῦ πελεκᾶντος, *Doricum* τοῦ πελεκᾶ, *testatur scholiastes Aristophanis, p. 403. ita vt* τοῦ Αἴα *&* τοῦ Θόα *non tam poëtici quàm Dorici sint genitiui, pro* Αἴαντος *&* Θόαντος, *parisyllabi pro imparisyllabis, 265, 24.*] Huiusmodi apocope fit potiùs syllabę quàm vnius tantùm literæ. in paucis enim perditur sola litera, vt γάλα, pro γάλαξ: *lac*: ἄλειφα, pro ἄλειφαρ, *vnguentum, adeps*: sic γλῶ, de quo suprà.

Tertia declinatio.

TERTIA declinatio complectitur masculina, fœminina & cómunia in ος, ὁ λόγος, *sermo*: ἡ ὁδὸς, *via*: ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, *homo*: & neutra in ον, τὸ ξύλον, *lignum*. vocatiuus in ε. genitiuus, datiuus & accusatiuus, itē dualia & pluralia, sequuntur articulum masculinum & neutrum.

Elenchus terminationū tertiæ.

S. {ος, / ον,} ου, ῳ {ον, ε. / ον, ον.} D. ω, οιν. P. {οι, / α,} ων, οις, {ους, οι / α, α.}

Exempla.

ὁ λόγος, τοῦ λόγου, τῷ λόγῳ, τὸν λόγον, ὦ λόγε.

ἡ ὁδὸς,

ἡ ὁδὸς, τῆς ὁδοῦ, τῇ ὁδῷ, τὴν ὁδὸν, ὦ ὁδέ.
ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, τοῦ καὶ τῆς ἀνθρώπου, &c.
τὸ ξύλον, τοῦ ξύλου, τῷ ξύλῳ, τὸ ξύλον, ὦ ξύλον.

Neutrorum tres casus similes: nominatiuus, accusatiuus & vocatiuus: qui in singulari numero varias habent terminationes in quinta declinatione, pluraliter autem semper exeunt in α.

Annotatio de nominibus neutris.

LOCVS Hic exigit, vt de nominum genere aliquid dicamus, quò possis discernere fœminina aut communia in ος, à masculinis. Ac primùm generales quasdam regulas subiiciemus, quibus sola significatione genus poterit dignosci, tam in quinta quàm tertia declinatione. in aliis enim hæc generum diuersitas non habet locum, nisi paululum in quarta, vt suo loco dicemus. Cæterùm de adiectiuorum genere nihil in his declinationibus à nobis expectes. nam in Annotationibus in nomina adiectiua, illorum genus demonstrabitur. Hîc itaque tantùm de substantiuis agemus: quæ aut propria sunt, aut appellatiua. & propria quidem virorum siue deorum, mensium & fluuiorum, sunt masculina: propria verò mulierum siue dearum, vrbium, insularum, nauium & fontium fœminina. Appellatiua verò, quæ ad solos mares pertinent, masculina sunt, & cognitu facilia; vt ὁ πατὴρ, *pater*; quæ scilicet munus vel officium marium significant. sic quæ ad solas fœminas pertinent, fœminina sunt, vt ἡ μήτηρ, *mater*. quæ vero ad vtrumque sexum referuntur, sunt communia, vt ὁ καὶ ἡ παρθένος, *virgo mas vel fœmina*: ὁ καὶ ἡ θεὸς, *deus* vel *dea*: ὁ καὶ ἡ νεβρὸς, *hinnulus mas vel fœmina*. & sic de aliis, quoties vnica voce vtimur ad significandum vtrumque sexum: quamuis in quibusdam alia etiam sit vox ad significandam fœminam, vt θεὸς & θεά. per fœminam hîc intelligo non solùm mulierem, sed omniũ animalium fœmininum sexum. Præterea fœminina sunt arborum nomina: fructuum verò, neutra. Ab his omnibus regulis excipe finita in ον. hæc enim, spreta significatione, semper terminationis genus recipiunt, vt τὸ τέκνον, *filius* vel *filia*: τὸ θυγάτριον, *filiola*. Inueniuntur & alia, præcipuè arborum & fructuum nomina, quæ has regulas nõ exactè seruant: sed ea magis notanda quàm imitanda. id verò accidit aut licentia poëtica, aut propter quandam dialecti proprietatem. Restat nunc vt dicamus de gene-

1 *De nominum genere regulæ generales.*

Genus substantiuorum hîc solùm traditur.

Masculina propria.

Fœminina propria.

Appellatiua masculina, fœminina, cõmunia.

Arbores.

Fructus.

Exceptio.

Annotatio de finitis in ον.

genere substantiuorum in *ος* huius declinationis tertiæ, quum significatione illud dignosci non potest. Subiiciemus itaque ordine alphabetico primum fœminina: deinde communia, quæ passim legendis authoribus occurrunt. quæ verò hîc non enumerabuntur, masculina censeantur.

Aliæ exceptiones.

FOEMININA.

αἴγιλος, *abscessus inter nares & maiorem angulum oculorum.*
ἄκατος, nauis genus.
ἄμαθος, *arena, puluis.*
ἄμμος, *arena, sabulum.*
ἄμφοδος, *biuiū, circuitus.*
ἄνοδος, *ascensus, reditus.*
ἄσφαλτος, *bitumen.*
ἀτραπὸς, siue ἀτραπιτὸς, *callis, semita trita.*
αὔλειος, *vestibulum.*
βάτος, *rubus.*
βύβλος, siue βίβλος, *papyrus, charta, liber.*
γέρανος, *grus.*
δοκὸς, *trabs, tignum.*
δόκος, *consideratio, expectatio: apparentia.*
εἴρεος, *remigatio, seruitus.*
εἴσοδος, *introitus, ingressus.*
ἐπάνοδος, *reditus.*
ἔρημος, *eremus, solitudo.*
ζυγὸς, *iugum libræ.*
ἤπειρος, & Doricè ἄπειρος, cōtinēs, id est, terra firma.
ἵππος, *equitatus,* vel *equa:* pro equo masculinū est.
κάρδοπος, *mactra.*
κιβωτὸς, *arca.*
λαοφόρος, *via publica seu regia.*
λεωφόρος, idem Atticè.
μέθοδος, *breuis via.*
μίνθος, *stercus humanum.*
νειὸς, *nouale.*
νεὸς, idem.
νῆσος, *insula.*
νόσος, & Ionicè νοῦσος, *morb⁹.*
ὄαρος, *vxor:* pro confabulatione masculinum est.
ὁδὸς, *via.*
περίοδος, *circuitio.*
πρόοδος, *progressus.*
ῥάβδος, *virga.*
σήσαμος, *sesamum,* frumenti species.
σορὸς, *loculus, conditorium.*
σποδὸς, *cinis sordidus.*
στρόφος, *tormen,* dolor intestinorum.
τήβεννος, *toga.*
τρίβος, *semita.*
τρίοδος, *triuium.*
τροχήλατος, *locus vbi agitatur rota.*
ψάμαθος, *arena.*
ψάμμος, *arena.*
ψῆφος, *calculus.*
ψίαθος, *storea, teges, & ipse scirpus è quo contexitur matta:* Suidas Aristophanem & τοὺς ψιάθους masculinè dicere scribit.

ANNOTATIO SYLBVRGII.

E fœmininorum catalogo sustuli *βένθος toga, εἰκὼς imago, κῦφος vas insculptum, σωρὸς aceruus.* nam, vt à posteriori exordiar, *σωρὸς aceruus* masculinum est, vt

post

post receptos autores Suidas quoque testatur: at σορὸς fœmininum pro *loculo seu conditorio*, vt ὡραίας σορῦ, *pulchræ sandapilæ*, id est, *pulchræ vetulæ*, apud Aristophanem. κῦφος autem neutrius est generis, non modo pro *exsculpto & concauo vase*, (vt & affine σκύφος apud Homerum) sed etiam pro *gibbo* apud Hippocratem: at κυφὸς adiectiuum est, significans *gibbosus, curuus, inflexus*, fœm. gen. κυφὴ, neutro κυφόν. Altera duo planè sunt mendosa. etsi enim vulgati lexicographi (quorũ vestigia sequitur Antesignanus) ad fictitiam suam εἰκὼν stabiliendam ex Aristophane citant τὰς εἰκοῦς, cogitare tamen debebant, terminationẽ ους cadere non tantum in tertiam parisyllabam, sed etiam in quintam imparisyllabam siue contractam. nam vt in ea dicimus τὰς Λητοῦς, sic etiam Aristophanes, Nebulis, τὰς εἰκοῦς τῶν ἐγχέλεων, *effigies anguillarum*, à nominatiuo singulari ἡ εἰκὼ, qui etiam accusatiuus est apud Eurip. Medea, quum dicit, ἄψυχον εἰκὼ προσγελῶσα, *in animo simulacro arridẽs*. nam ab εἴκω duplex est verbale, ἡ εἰκὼν όνος, & ἡ εἰκὼ όος οῦς. Quartum βένθος & in hoc ordine pro *toga*, & in sequẽti pro *anate*, positum erat falso. nam toga Græcis est τήβεννος, vt suo loco restitui, & anas βρένθος. βένθος autem, neutrius generis, apud poëtas est idem quod in prosa βάθος, *profunditas*, vt θαλάσσης βένθεα πάσης, *vniuersi maris profunditates*. Od. α. Vt vero de reliquis etiam nonnihil dicam, αἴγυλος pro *abscessu inter nares & maiorem angulum oculorum*, vnde sit, ignoro: nam abscessus hic à Galeno, Paulo, Actuario, Celso quoque, dicitur αἰγίλωψ, genere masculino, nec non ἀγχίλωψ, ab ἄγχι prope, & ὤψ *oculus*, teste Galeno, quia propter oculos extuberat. αἴγιλος autem, (per iota in secũda syllaba) apud Theocritum *frutex est, capris gratus*, vt & cytisus, lentiscus: Idyll. ε, Ταὶ μὲν ἐμαὶ κύτισόν τε καὶ αἴγιλον αἶγες ἔδοντι, incerto genere, etiã apud Scholiastem. apud Hesychium vero & Etymologum legitur αἴγυλις, expositum λύγος, *vitex*. ita vt αἴγιλος, siue αἴγυλις, plantæ sit species, παρὰ τὰς αἶγας denominata, à capris scilicet, quibus iucundum sit pabulum. ἀκαλὸς communis est generis. nam vt in Epigramm. est λιθάκης ἀκάτου, sic ex Herodoto affertur ἐν τισι ἀκάτοισι. εἶρος Suidæ, Etymologo, Eustathio, & Scholiastæ Homerico est *captiuitas, seruitus*, nulla generis mentione. apud Hesych. vero non tantum εἶρος, sed etiam εἶρος. αὔλειος per se adiectiuum communis generis, substantiue & fœminine ponitur interdum, subaudito scilicet fœminini generis substantiuo θύρα.

est

estque propriè *atriensis ianua, ianua atrij*. Similiter cum sequentibus ἔρημος, ἤπειρος & νῆσος, subintelligitur γῆ vel χώρα: itemque ὁδός, cum λαοφόρος & τροχήλατος. omnia enim hæc sua natura sunt adiectiua cōmunis generis. Commune etiam est γέρανος: & cæteri Græci dicunt ἡ βάτος, Attici vero ὁ βάτος, vt Thomas in suis ἐκλογαῖς testatur σήσαμον Theophrastus & Dioscorides genere neutro dicunt, & Columella inter Latinos. στρόφος quoque, & pro *fune loroue torto, & pro ventris tormine*, masculini sæpius quàm fœminini generis esse censeo, vt τρόπος, πλόκος, πόνος, & similia deriuata, in hac terminatione & flexione masculino tantum genere leguntur vsurpata. nam στροφή, πλοκή, τροπή, & consimilia, cum genere mutant etiam flexionem.

COMMVNIA, SIVE INCERTI AVT DVBII GENERIS.

ἄβυσσος, *abyssus*.
βάδος, *iter, gressus*.
βρένθος, *anas auis*.
κάμινος, *fornax*.
κάπετος, *fossa*.
κλῆρος, *sors*.
κόπρος, *fimus*.
λιμός, *fames*: Atticè ὁ, Doricè ἡ.
μήρινθος, *funiculus*.
ῥάμνος, *rhamnus*, virgultum spinosum.
ῥάφανος, *raphanus*.
ῥινός, *pellis, scutum*.
σορός, *loculus, conditorium*.
στάμνος, *vrna, calathus*.
στρατός, *exercitus*.
σύνοδος, *comes*.
ὕαλος & Atticè ὕελος, *vitrū*.
χηλός, *arca, loculus*.
χιλός, *pabulum*.
ψάμμαθος, *arena*.

ANNOTATIO.

In communium numero βάδος, κλῆρος, στρατός, χιλός, apud receptos autores masculina sunt: κάμινος, κάπετος, κόπρος, μήρινθος, ῥάμνος, ῥάφανος, σορός, fœminina: itemq; ψάμμαθος, sicut ἄμαθος supra: quamobrem hæc duo postrema in fœminorum numerum rectè sunt relata. ἄβυσσος quoque substantiuè fœmininum est, vt Psalmo 134, ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις: & Apocalyps. 9. τὸν ἄγγελον τῆς ἀβύσσου: adiectiuè autē communis est generis. βρένθος pro *anate* apud Arist. est potius masculinum, vt λάρος, κέπφος, κόσσυφος: pro *fastu* certè masculinum est apud Athenæum, vt synonymum τῦφος. Ita ex isto communium numero ῥινός tantum, στάμνος, σύνοδος, verè communia erunt. nam ἡ λιμὸς Doricum & poëticum est pro communi ὁ λιμός: & ἡ ὕαλος Atticum, pro communi ὁ ὕαλος. Pro illis igitur hæc poterūt substitui: ἄκατος, *acatus* seu

ι faciunt datiuum pluralem: ἅρπαξ, ἅρπαξι: Ἄραψ, Ἄραψι: βασιλεύς, βασιλεῦσι: βοῦς, βουσί: *rapax, Arabs, rex, bos*: at ὁ πούς, τοῖς ποσί, *pes.*
4 [4] Illa in ηρ, quæ syncopen patiuntur, datiuũ
pluralem faciunt in άσι: πατήρ, πατέρος, πατρός, τῷ πατρί, τοῖς πατράσι, *pater*: sic μητράσι, θυγατράσι, ἀνδράσι, *matribus, filiabus, viris,* & similia.

δι, σι. θι, σι. νι, σι. τι, σι. οντι, ουσι. εντι, εισι. αντι, ασι. ξ, ξι. ψ, ψι. εὺς, εῦσι. ους, ουσι. ηρ, ερ, ερασι.

Datiuus pluralis in εσσι vel εσι Ionicè & Æolicè.

1 POETAE Formant hunc datiuum à nominatiuo
plurali, addendo σι: sed in neutris priùs mutant α in ες: vt οἱ Αἴαντες, τοῖς Αἰάντεσσι, *Aiaces, Aiacibus*: τὰ βήματα, τοῖς βημάτεσσι, *tribunalia, tribunalibus.* Id autem faciunt more Ionico & Æolico: atque interdum metri gratia
2 eiiciunt alterum σ, τοῖς Αἰάντεσι. [2] Penultima datiui pluralis par est quantitate cæterorum obliquorum penultimæ, aut maior: quod non esset verum, si remotis ντ, vnicum σ poneretur. itaque aliquo modo producenda est. Solent autem breues ε & ο tribus modis in vniuersum produci. aut enim mutantur in proprias longas, ε in η, ο in ω: aut asciscũt sibi subiunctiuas, ι, υ: ε quidem asciscit ι, & ο asciscit sibi υ, vt in hoc loco: aut consona sequens geminatur, vt breuis præcedens fiat longa positu. hoc interdum accidit quibusuis datiuis pluralibus

Penultima dat. plur. quanta.

Breues quomodo producenda.

quin

quintæ; τοῖς τιτᾶσσι, pro τιτᾶσι, *Titanibus*: Ionicè τιτήνεσσι, à sing. τιτὴν, τιτῆνος. [*Nisi* τιτᾶσσι *forsan Æolicè, vt Ioannes Grammaticus annotauit, Æolies* πενθήσσης *dicere pro* πενθήσης. *nam poëticè solent hæ conduplicationes fieri tantum post vocales natura breues, vt* σήθεσσι *pro* σήθεσι: *vel ancipites correptas, vt* ἔφερσσε *pro* ἔφερσε.] Porrò ancipites, α, ι, υ, nulla facta mutatione possunt productæ censeri, vbi hoc exiget aliqua necessitas. [3] Hoc solùm intelligendum de iis quę habent diphthongum in vltima syllaba sequente ς, vt quæ desinunt in αις, ας, ωυς, ηυς, ους, & ους: non autem quæ desinunt in οιω vel ειϱ. 3

[4] A datiuo sing. πατϱὶ, posito σ ante ι, dicendum esset πατϱσι: sed quia σ non potest poni post τϱ, interposito α breui, dicimus πατϱάσι. sic ab ὁ ὗις, *filius*, cuius genit. τοῦ ὗιος, & syncope (vel, vt alij malunt, contractione poëtica) ὗος, & sic in aliis casibus: in datiuo plurali, cùm non possimus efferre ὗσι pro ὗισι, eò quòd υ (teste Herodiano) nunquam scribatur ante consonantem, inserto α dicimus ὑάσι. 4

σ nunquam ponitur post duas consonantes.

υ non ponitur ante cõsonantẽ. ὑάσι.

ANNOTATIO.

De nominibus contractis.

ATQVE hæ quidem declinationes appellantur simplices. Cæterum cùm inter tam varia nomina quintæ declinationis, quædam genitiuũ faciant in ος purum, & reliquos item casus in terminationem puram, fit vt in multis accidat synæresis siue crasis, duabus syllabis in vnam contractis, vt τὸ τεῖχος, *murus*, τοῦ τείχεος, & per crasim τείχους: τῷ τείχεϊ, & per synæresin τείχει: & similia. ideoq; quædã sunt declinationes nominum contractorum.

Synæresis.

Synæresis propriè est vocalium seruatarum in diphthongum contractio: τείχεϊ, τείχει, *muro*, εϊ in ει.

Crasis.

Crasis, quum alioqui duæ syllabæ commiscentur in vnam, vt τείχεος, τείχους, εο in ου: τείχεα, τείχη, εα in η. Sine discrimine tamen his vocibus pro eodem vtimur, Synæresis, Crasis, siue Contractio.

De contractionibus (manu scriptum)

Vbi fiat contractio, et quomodo. Præcedentibus α, ι, υ.

CONTRACTIO Solùm fieri solet, quum concurrunt duæ vocales, quarum prima sit anceps, α, ι, υ, eaque correpta: vel breuis, ε, ο: vel etiam longa, sed

raró, idq; sequēte ι quod in contractione ηϊ, ῃ: ωϊ, ῳ: vt ἡρωΐνη, ἡρῴνη, *Heroïna, semidea*: νηρηΐδες, νηρῇδες, *Nereides*. Præcedēte aliqua ancipiti, si crasis est facienda, ipsa anceps manet, sed iam producta, (omnis enim syllaba cōtracta producitur) & vocalis vel diphthōgus sequēs abiicitur. excipe cùm præcedēte α, sequitur ο vel ω, in diphthongo vel extra diphthongū: tum enim crasis fit in ω.

Præcedente ε.

Præcedente autem breui ε, & sequente vocali longa η, ω, vel quauis diphthongo, si fiat crasis, fiet absorpto ε, & remanente vocali aut diphthongo sequente: sed sequente altero ε, fiet in ει, nisi in duali nominum, vbi in η: [*Ex ὄφεε contrahi ὄφη, sicut Δημοσθένη ex Δημοσθένεε, tradit Vrbanus ex Theodosio & aliis veteribus Grammaticis: sed negat Moschopulus, hac regula, quod nominatiuus & accusatiuus dualis contractionem non admittat in iis quorum genitiuus singularis non contrahitur. Lascaris etiam hanc contractionem à quibusdam Grammaticis reiici testatur. Vt autem pag. 153, v. 38. τὼ σκέλεε σκέλη, sic apud Lascarim τὼ τείχη, ex τείχεε: quem contractionis modum veterem esse scribit.*] sequente ο, fit in ου: adueniente α, fit in η. Si verò sequatur ι vel υ, remanet vtraque vocalis; sed coalescunt in diphthongos ει, ευ.

ANNOTATIO.

Præcedente ο.

Cæterùm præcedente ο, & sequente vocali longa η, ω, vel α, crasis fit ω: sequente vocali breui, ε, ο, vel diphthongo ου, fit in ου: aduentante ι, vel diphthongo in qua sit ι, vt ει, οι, ῃ, fit in οι. Atque hæ contractionum regulæ, generales sunt: & locum habent non solùm in quinque nominum contractorum declinationibus, & tribus verborum Circumflexorum coniugationibus, sed in vniuersum quoties facienda est contractio.

NOTA.

Accus. plur. cōtractus, est similis nominatiuo plurali.

Notanda tamē duo: vnum, accusatiuum pluralem habere eandem cōtractionem cum nominatiuo eiusdem numeri, cuius finalis sit ς: vt τοὺς βασιλέας, λεῖς, per diphthongum ει, vt in nominatiuo οἱ βασιλέες, λεῖς: non per η. De hac re vide Annotationes in contractiones, circa finem illius tractatus.

Iota in contractionibus semper seruatur.

Alterum: iota nunquam perdi in contractionibus, sed retineri, vel saltem subscribi: vt ὄφιες, ὄφις, *serpentes*: βοάεις, βοᾷς, *clamas*: & sic de aliis.

NOMINA CONTRACTA.

Prima contractorum.

PRIMA declinatio contractorum, est nominum [1] masculinorum, fœmininorum & communiū in ης: neutrorū

1 ης.

vero

verò in ες & ος: quorum genitiuus desinit in εος: ac ferme in omnibus casibus fiunt crases ex ε & vocali vel diphthongo sequenti: hoc modo.

	ευς, ει, η,	η, οῖν.	εις, ῶν,	εις, εις.
S.	ης, εος, εϊ, εα, ες.	D. εε, έοιν.	P. εες, έων, εσι,	εας, εες.
Neutra in ες,	ες, ες.	η,		η, η.
Neutra in ος,	ος, ος	εα,		εα, εα.

Elěchus terminationũ & contractionum primæ declinationis contractorũ.

Contractio singularis genitiui est εο, [2] ου: datiui εϊ, ει: accusatiui εα, η: dualis nominatiui εε, [3] η: genitiui έοι, οῖ: plural. nominatiui εε, ει: genitiui έω, ῶ: neutri pluralis εα, η. Vocales εα nũc in η, nũc in [4] ει: sic εε, & in [5] η, & in ει. Vocatiuus singularis in ες, ὦ Δημόσθενες, ô *Demosthenes*. Datiuus plural. in nulla contrahitur declinatione.

εο ου. εϊ ει. εα η, ει. εε η, ει. έοι οῖ. έω ῶ. *Vocatiuus singularis in ες.*

Exempla.

S. ὁ Δημοσθένης, τοῦ Δημοσθένεος, θένους: τῷ Δημοσθένεϊ, θένει: τὸν Δημοσθένεα, θένη: ὦ Δημόσθενες. D. τὼ & ὦ Δημοσθένεε, θένη: τοῖν Δημοσθενέοιν, θενοῖν. P. οἱ & ὦ Δημοσθένεες, θένεις: τῶν Δημοσθενέων, θενῶν: τοῖς Δημοσθένεσι, absq; cõtractione: τοὺς Δημοσθένεας, θένεις.

ἡ τριήρης, *triremis*, τῆς τριήρεος, ήρους: τῇ τριήρεϊ, ήρει.

ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, *verus, a*, τοῦ καὶ τῆς ἀληθέος, ἀληθοῦς.

τὸ ἀληθὲς, *verum*, τοῦ -θέος, θοῦς: τῷ -θεϊ, θεῖ.

τὸ τεῖχος, *murus*, τοῦ τείχεος, τείχους: & ita deinceps.

[1] MASCVLINA Sunt propria virorum: fœminina, desinũt in ηρης: & communia sunt adiectiua. Neutra quoque in ες, sunt adiectiua à communibus in ης; in ος verò, substantiua sunt omnia. [2] Doricè autem & Æolicè ω, vt habes 119, 10. [3] Poëticè interdum ει. [4] In ει solùm in accusatiuis pluralibus non neutris; vt sit eadem contractio cum nominatiuo, vt antea diximus. [5] Crasis εε in η, tantùm fieri solet in duali nominum: quamuis alibi quoque ita fiat, sed nunquam in declinationibus nominum contractorum, aut in coniugationibus verborum Circumflexorum. in quibusdam quoque neutris dualibus fit in ει: τὸ σκέλος, εος, *crus*, τὰ σκέλεε, σκέλει, *crura*.

1 Masc. propria. Fœm. in ηρης. Cõmun. adiect. 2 ες adiectiua. 3.4 ος substantiua.

Secunda declinatio cõtractorum.

1 SECVNDA declinatio est [1] masculinorum & fœmininorum in ις, & neutrorum in ι.

Elenchus terminationum & contractionum secundæ.

S. ις, ιος, ιϊ, ιν, ι. D. ιε, ιοιν. P. ιες, ιων, ισι, ιας, ιες.

Crasis hîc tantùm in ι longum; eaque in paucis. singul. datiuo ιϊ, in ι: plural. nominatiuo ιες, in ις: accusatiuo similiter ιας, in ις. reliqui casus sine contractione. Neutrorũ plurale ια, in ι. Accusatiuus sing. semper in ιν: Vocatiuus in ι, ablato ς nominatiui.

ιϊ, ιε, ια in ι.

Accusat. in ιν.

Vocatiuus in ι.

Exempla.

S. ὁ ὄφις, τοῦ ὄφιος: τῷ ὄφιϊ, ὄφι: τὸν ὄφιν, ὦ ὄφι. Et plural. οἱ & ὦ ὄφιες, ὄφις: τοὺς ὄφιας, ὄφις, *serpens. sic* ἡ πόλις, πόλιος, *vrbs, ciuitas.*

Ionismus.

Neutrũ τὸ σίναπι, σινήπιος, *sinapi.* Plurale σινήπια, σινήπι. Iones hæc nomina flectunt per εος,

2 [2] fitque crasis primæ declinationis: τῷ ὄφεϊ, ὄφει: τὼ ὄφεε, ὄφη: οἱ & ὦ ὄφεες, ὄφεις: τοὺς ὄφεας, ὄφεις.

3 [3] alij autem casus non contrahuntur.

Atticismus.

Atticus genitiuus singularis, εως, ὄφεως: Dual. εων, ὄφεων: Plural. εων, ὄφεων, accentu semper in antepenultima.

1 PAVCA Admodum sunt masculina huius declinationis, & significatione genus indicant, nisi ὁ ὄφις. Fœminina verò infinita sunt, & omnia ferme verbalia, finita in σις, ξις, ψις: vt iam aliàs diximus.

2 [2] Huiusmodi crasis fit Atticè, non Ionicè. nam Iones respuunt contractionẽ. Porrò poëtæ interdum flectunt hæc nomina per ηος, &c. atque tunc accusatiuus singularis desinit in ηα, non in ιν, vt fit communiter, Ionicè, & Atticè.

Crasis Attica, non Ionica.

Genitiuus ηος.

Accusat. ηα.

ιος pro ους. Dor. ab εος Ion.

3 [3] Tamen inuenimus apud poëtas τῆς πόλιος, *ciuitatis:* qui est genitiuus Doricus contractus, pro πόλους, a πόλεος Ionico, non aliter quàm in prima.

Tertia contractorum.

ιος.

TERTIA est masculinorum in ιος. genitiuus communis in έος: vnde in quibusdam casibus fit crasis more primæ declinationis:

1 [1] Ionicus autem in ῆος, ex quo non fit contractio.

εῦ, ῆ, ἐᾶς, ἐῖς, ἐῖς.

S. εὺς, έος, εῖ, έα, εῦ. D. έε, έοιν. P. έες, έων, εῦσι, έας, έες.

Ionicè. ῆος, ῆϊ, ῆα. ῆε, ήοιν. ῆες, ήων. ῆας, ῆες.

S. ὁ βασιλεὺς, *rex*, τοῦ βασιλέος, τῷ βασιλέϊ, λεῖ. D. τὼ βασιλέε, λῆ. P. [2] οἱ βασιλέες, λεῖς: τοὺς βασιλέας, λεῖς. 2

Vocatiuus in εῦ, ὦ βασιλεῦ. [3] Datiuus plural. in εῦσι, τοῖς βασιλεῦσι. 3

Ionicè τοῦ βασιλῆος, τῷ βασιλῆϊ, [4] τὸν βασιλῆα, &c. 4

Atticus [5] genitiuus singularis in έως, τοῦ βασιλέως. 5

Elenchus terminationum & contractionum tertiæ communiter & Ionicè.
Exemplum.
Vocatiuus.
Datiuus plur.
Ionismus.
Atticismus.

[1] IVXTA Iones recentiores est quidem ῆος, sed iuxta veteres est έος: Bœoticè autem est ίος, & Doricè ac Æolicè εῦς, facta crasi ex εος in ους: deinde verso ο in ευ, vt diximus 119, 10. [2] Et secundum veteres Atticos βασιλῆς, per ῆτα monophthongum. quidam tamen ἰῶτα subscribunt, ducentes ex contracto βασιλεῖς, ει verso in η, quod Atticis est familiare. [3] Et Ionicè ῆσι, à datiuo singulari Ionico ῆϊ, interposito σ: τῷ βασιλῆϊ, τοῖς βασιλῆσι. Sic poëtæ à datiuo singulari communi έϊ, formant εσι: τῷ βασιλέϊ, τοῖς βασιλέσι: sic ὁ υἱεὺς, *filius*: τοῖς υἱέσι, *filiis*: ὁ δρομεὺς, τοῖς δρομέσι, *cursor*. neque verò inueniuntur τοῖς υἱεῦσι, τοῖς δρομεῦσι. [4] Poëticè βασιλῆ. perditur enim α per apocopen, remanente eodem accentu: vel dicemus fieri per contractionem ex accusatiuo communi, τὸν βασιλέα, βασιλῆ. [5] Hic genitiuus contrahitur in ῶς, si terminationē έως præcedat alia vocalis: vt ὁ Στειρεὺς, Στειρέως, Στειρῶς, *Stirieus*: atque huiusmodi nomina mittunt accusatiuum in ᾶ, τὸν Στειρᾶ.

1 *Genit. singul.* ῆος, έος, ίος, εῦς.
2 *Nominat. plur.*
Atticismus.
3 *Datiuus plur.*
4 *Accusat. sing.*
5 *Genitiuus sing.*
Accusat. sing.

QVARTA est [1] fœmininorū in ώ, & ώς: ἡ Λητὼ, *Latona*: ἡ αἰδὼς, *pudor*. quorum [2] genitiuus in όος contrahitur in οῦς; Λητόος, τοῦς. Datiuus όϊ, οῖ; Λητόϊ, τοῖ. [3] Accusat. όα, ώ: Λητόα, τώ. Vocatiuus in οῖ, ὦ Λητοῖ. Dual. & Plural. vt in tertia simplici declinatione, τὼ Λητὼ, αἱ Λητοί. 1 2 3

Quarta contractorum. ώ. ώς.

FOEMININA In ώ multa sunt, & omnia fermè propria. in ώς verò sunt tantùm duo, ἠὼς, *aurora*, & αἰδὼς. [2] Genitiuus Æolicus & Laconicus est ῶς. [3] Accusatiuus Ionicus οῦν, & Æolicus ῶν. Cæterùm ω accusatiui à nominatiuo ώ, acuitur, vt nominatiuus, cui similis est: sed à nominatiuo ώς, circumflectitur, τὴν αἰδῶ. 1 2 3

ώ. ώς. *Genitiuus sing.* *Accusat. sing.*

QVIN

Quinta contractorum.

QVINTA declinatio continet neutra in ας purum, & in ρας. Genitiuus communis ατος, 1 Ionicus [1] αος, ex quo fit crasis Attica.

Elenchus terminationum & contractionum quinta, cõmuniter, Ionicè & Atticè.

		ως, ᾳ,			α, ῶν.
		αος, αϊ,			αε, άοιν.
Singul.	ας, ατος,	ατι,	ας, ας.	D.	ατε, άτοιν.

Exempla.

	α,	ῶν,		α,	α.
	αα,	άων,		αα,	αα.
Plural.	ατα,	άτων,	ασι,	ατα,	ατα.

τὸ κρέας, *caro*, τοῦ κρέατος, κρέαος, κρέως: τῷ κρέατι, κρέαϊ, κρέᾳ: sic κέρας, *cornu*, κέρατος, κέραος, κέρως: sempérque contractio est ex α.

OMNES Huius declinationis contractiones, fiunt in ω in genitiuis, in reliquis casibus in α longum. semper enim vocalis quæ remanet ex contractione, longa est. interdum tamen in neutro plurali inuenimus α correptum apud poëtas: sed hoc fit per apocopen syl-

Apocope.

1 labæ τα, non per crasim αα in α. [1] Apud Herodot. ὁ: vnde γέρεα pro γέραα, à γέρας, *munus*.

Et declinationes quidẽ sic habent: quæ autẽ præterea de nominibus dicenda, pòst trademus, vbi singulas orationis partes absoluerimus. Nũc pergamus ad Cõiugationes verborũ.

CONIVGATIONES VERBORVM.

IN verborum coniugationibus Græci præcipuè habent rationem futuri & 1 præteriti perfecti; [1] quando hinc cætera pẽdent tempora. Perfectum præteritum, vocatur παρακείμενος; futurum μέλλων: quæ Grammatici notant literis π. & μ.

PRIMA coniugatio, est verborum in βω, πω, φω, πτω: quorũ futurum in ψω, præteritũ in φα.

β λείβω		λείψω		λέλειφα	*libo, fundo.*
π τέρπω		τέρψω		τέτερφα	*delecto.*
φ γράφω	ψω	γράψω	φα	γέγραφα	*scribo.*
πτ τύπτω		τύψω		τέτυφα	*verbero.*

SECVNDA, in γω, κω, χω, κlω : μ. in ξω, πρ. in χα.

γ	λέγω	ξω	λέξω	χα	λέλεχα	*dico.*
κ	πλέκω		πλέξω		πέπλεχα	*plico.*
χ	τρέχω		θρέξω		τέτρεχα	*curro.*
κl	τίκlω		τέξω		τέτεχα	*pario.*

TERTIA, in δω, [2] τω, θω : μ. in σω, π. in κα. 2

δ	ᾄδω	σω	ᾄσω	κα	ἦκα	*cano.*
τ	ἀνύτω		ἀνύσω		ἤνυκα	*perficio.*
θ	πλήθω		πλήσω		πέπληκα	*impleo.*

QVARTA, in ζω, σσω : futurum ξω, & præteritum χα, vt in secunda coniugatione : aut σω & κα, vt in tertia.

ζ	παίζω	ξω	παίξω	χα	πέπαιχα	*ludo.*
σσ	ὀρύσσω		ὀρύξω		ὤρυχα	*fodio.*
ζ	φράζω	σω	φράσω	κα	πέφρακα	*dico.*
σσ	πλάσσω		πλάσω		πέπλακα	*fingo.*

Attici pro gemino σσ vsurpant geminum ττ: ὀρύσσω, ὀρύττω, *fodio*: πλάσσω, πλάττω, *fingo*: vt γλῶσσα, γλῶττα, *lingua*.

Atticismus ττ pro σσ.

QVINTA in λω, μω, νω, ρω : futurum λῶ, μῶ, νῶ, ρῶ : præteritum κα.

λ	ψάλλω	ῶ	ψαλῶ	κα	ἔψαλκα	*digitis pulso.*
μ	νέμω		νεμῶ		νενέμηκα	*tribuo.*
ν	φαίνω		φανῶ		πέφαγκα	*ostendo.*
ρ	σπείρω		σπερῶ		ἔσπαρκα	*sero, semino.*
μν	τέμνω		τεμῶ		τετέμηκα	*scindo, seco.*

T.3,27. 175.11 Liquidæ λ, μ, ν, ρ, dicuntur Immutabiles, quòd in futuro non mutentur, sed permaneant vt in præsenti. f.175.11.

Cur liquidæ λ. μ, ν, ρ, dicantur Immutabiles.

In hac coniugatione, vltima futuri circumflectitur, penultima verò [3] corripitur, abiiciẽdo alteram immutabilem; ψάλλω, ψαλῶ : aut vocalem subiunctiuam; σπείρω, σπερῶ : φαίνω, φανῶ : aut breuiando ancipitem; κρίνω, κρινῶ, *iudico*. f.177.15. 3

Annotatio in futurũ quintæ.

λλ λ. ει ε. αι α. ι̅ ῐ.

SEXTA, in ω purum, hoc est, præcedente vocali aut diphthongo: μ. in σω, π. in κα.

α γελάω		γελάσω		γεγέλακα	rideo.
ε τελέω		τελέσω		τετέλεκα	finio.
ι τίω		τίσω		τέτικα	honoro.
ο ὀμόω		ὀμόσω		ὤμοκα	iuro.
υ δύω		δύσω		δέδυκα	subeo.
4 ω [4] ῥώω		ῥώσω		ἔρρωκα	roboro.
αι παίω	σω	παίσω	κα	πέπαικα	ferio.
αυ ψαύω		ψαύσω		ἔψαυκα	tango.
ει σείω		σείσω		σέσεικα	quatio.
ᾳ ἱππᾴω		ἱππᾴσω		ἵππᾳκα	equito.
οι οἴω		οἴσω		ᾦκα	fero.
ου κρούω		κρούσω		κέκρουκα	pulso.
5 υι ὀπυίω		[5] ὀπυίσω		ὤπυικα	uxorem (habeo, ineo.

Χαρακτηριστικὸν γράμμα, figuratiua litera.

Literam verò per quam formamus coniugationẽ aut tempora, nominãt χαρακτηριστικὸν, hoc est figuratiuam literam; vt characteristicon primæ coniugationis, est vna ex mutis, β, π, φ: secundæ, γ, κ, χ: tertiæ, δ, τ, θ: quartæ, ζ, σσ, aut ττ: quintæ, λ, μ, ν, ρ: sextæ, omnes vocales præter η, omnes diphthongi propriæ, & vna impro-
6 pria υι. [6] Sic figuratiuæ literæ futuri, sunt ψ, ξ, σ, λ, μ, ν, ρ: præteriti autem, φ, χ, κ: & ita de reliquis quoque temporibus dicendum.

πτ π
κτ κ
μν μ.

7 [7] In terminationibus πτω, κτω, μνω, prior cõsonans figuratiua censetur litera, nempe π, κ, μ.

Quare hæ coniugationes dicãtur Baritonæ.
βαρύτονον quid.

Atque hæ coniugationes dicũtur Barytonæ, quòd verba sint βαρύτονα, hoc est, graui tono pronuntietur vltima syllaba, λείβω, λέγω, &c.

Syllabicus accentus.

Siquidem in omni syllaba quæ non signatur accentu, intelligitur grauis; qui ob id vocatur accentus syllabicus.

Noua inuestigandi thematis, ...

IN Deducendis formandisque temporibus CLENARDVS alios secutus, illa veluti catena quadam conne

connexuit, ita vt vnum ab alio formet, & rursus illud ex alio atque alio, donec ad thema peruentum sit. Huius deductionis exemplum habes in fine tractatus de Inuestigatione thematis. Hanc ego rimandi rationem non reprobo: quia tamen molestum ac difficile videtur in vnoquoque vocabulo tot tempora percurrere, tibi aliam methodum trademus, qua omnia statim deduces ab ipso themate, aut ad illud referes. Quatuor igitur in vnoquoq; tempore sunt consideranda; scilicet Augmentum, Characteristica, Vocalis præcedens characteristicam, (quæ à nobis doctrinæ gratia, licet non satis propriè, Penultima appellabitur) & id quod ponitur post Characteristicam, quæ Terminatio à nobis dicetur.

& temporum à themate deducendorũ ratio.

Augmentum, Characteristica, Penultima, & Terminatio vbique consideranda.

AVGMENTVM Habet tantummodo locum in omnibus præteritis & aoristis indicatiuorum, atque in perfecto & paulò pòst futuro omnium modorum & participiorum: hoc modò; Si verbum incipit à vocalibus α, ε, ο, vel diphthongis αι, αυ, οι, mutatur α & ε in η, ο in ω, αι in η, αυ in ηυ, οι in ῳ. si verbum incipit ab alia vocali vel diphthongo, nulla fiet mutatio propter augmentum. Quum verò incipit a consonante, præponitur vbique ε, ante quod (modò non sit longum positu) in perfectis, plusquamperfectis, & paulò pòst futuris repetitur consona quæ sequitur huiusmodi ε: sed pro aspiratis φ, χ, θ, repetuntur earum tenues, π, κ, τ: plusquamperfectum autem recipit aliud ε ante consonantem repetitam. & hæc de augmento.

Augmento vbi sit locus.

α	in	η
ε		η
ο		ω
αι		η
αυ		ηυ
οι		ῳ

Augmentum syllabicum ε.

Characteristica Præcipuè consideratur in præsenti, perfecto, & futuro primo indicatiuo vocis actiuæ. Characteristicæ præsentis primæ coniugat. sunt π, β, φ, πτ: secundæ, κ, γ, χ, κτ: tertiæ, τ, δ, θ: quartæ, ζ, σσ vel ττ: quintæ, λ, μ, ν, ρ: sextę, vocales & diphthongi. Characteristicæ perfecti primæ, φ: secundæ, χ: tertiæ, quintæ & sextæ, κ. Characteristicæ futuri primæ, ψ: secundæ, ξ: tertiæ & sextæ, σ: quintæ, λ, μ, ν, ρ. verba verò quartæ sumunt omnia tempora (quod ad Characteristicam attinet) exceptis præsentibus & imperfectis, nunc à verbis in γω secundæ, nunc à verbis in δω tertiæ, vt pag. 167. v. 20. sumus dicturi. Reliqua tempora consentiunt characteristicê cum horum trium aliquo: nempe omnia præsentia & imperfecta cuiuscunque vocis ac modi, cum præsenti indicatiuo vocis actiuæ, absque vlla exceptione. eodem modo faciunt aoristi secundi, & futura secunda, omnia, & perfecta ac plusquamperfecta vocis mediæ: sed ex πτ, κτ, πτ, μν, retinetur secunda τ, λ, ν. De Characte

Characteristicæ, Præsentis.

Perfecti.

Futuri pri.

Tempora sequẽtia Characteristicã præsentis.

racte

racteriſtica aut penultima verborum in έω, άω, όω, nihil hic expecta, ſed vide verba Circumflexa & in μι. Porrò

Futuri. omnia futura prima vocis actiuæ & mediæ, & omnes aoriſti primi in eiſdem vocibus, ſequuntur characteriſticam futuri primi.

Perfecti. Perfecti verò characteriſticam imitantur perfecta & plusquamperfecta in voce actiua ſine exceptione. ſic perfectum, plusquam perfectum, aoriſtus primus, futurũ primum, & paulo poſt futurum vocis paſſiuæ. ſed quia ante μ, σ, τ, (vt initio huius libri diximus) characteriſticæ φ, χ, non poſſunt conſiſtere, neque κ ante μ, σ, θ: varias mutationes recipiunt φ, χ, κ, quando illorum temporum terminationes incipiunt ab his quatuor conſonantibus, μ, σ, τ, θ, vt in μαι, σαι, ται, μεθον, θον, &c. ac ſic collocantur, μμ pro φμ, ψ pro φσ, πτ pro φτ: & γμ pro χμ, ξ pro χσ, κτ pro χτ: & σ pro κσ: (euaneſcit enim κ ante σ) & σμ, ς, σθ, pro κμ, κτ, κθ. tamen in quinta Coniugatione, ac plerunque (vt alibi dicetur) in ſexta, κ deperditur ante μ & τ, non aliter quàm ante σ: atque etiam ante θ, niſi quum θ inuenietur in terminationibus perfecti aut plusquamperf. cuiuſcunque modi, vbi κ, vt aliàs, migrat in σ. Notandum verò, in quinta coniug. ante κ Characteriſticam perfecti, retineri figuratiuas præſentis λ & ρ. idem facit μ, ſed inter μ & κ interponitur η, quia nunquam μ ponitur ante κ: ν verò non ſeruatur, niſi in verbis in αίνω, & in polyſyllabis in ίνω, vbi migrat in γ. Atque vt λ, μ, ν, ρ, ſe habent in perfecto ante κ, ita quoque ante μ, σ, τ, θ, in temporibus paſſ. ſed γ redit in ſuum ν, niſi ante μ, vbi mutatur in μ. Hactenus de Characteriſtica: pergamus ad Penultimam.

μμ, ψ, πτ, pro φμ, φσ, φτ. & γμ, ξ, κτ, pro χμ, χσ, χτ. σμ, ς, σθ, pro κμ, κτ, κθ. Alicubi κ deciditur.

In quinta λκ, λμ, λσ, λτ, λθ. ρκ, ρμ, ρσ, ρτ, ρθ. μηκ, μημ, μησ, μητ, μηθ. γκ, μμ, νσ, ντ, νθ.

PENVLTIMA In quatuor primis Coniugationibus & ſexta non mutatur, niſi in aoriſtis ſec. & futuris ſec. vbi η & ω mutantur in α: diphthongi αι, αυ, ευ, perdunt ſubiunctiuam: ει & ου, præpoſitiuam: ε quoque præſentibus, λ, μ, ν, ρ, migrat in α: niſi in his verbis, βλέπω, ἐνέγκω, λέγω, φλέγω, id eſt, *video, fero, dico, vro.* In perf. etiam & plusquamperf. vocis med. αι mutatur in η: atque ε & ει, ſi verbum ſit diſſyllabum, in ο & οι. In quinta verò coniug. Penultima non mutatur, niſi ſit vna harum, α, αι, ε, ει: quæ ſic mutantur, α in η, ſed id ſolum in aoriſt. primis vocis act. & med. αι in perf. & plusquamperf. vocis med. mutatur in η: alibi ſemper perdit ι, niſi in præſentibus & imperfectis. nam hæc duo tempora nunquam mutant Penultimam, neque Characteriſticam, cuiuſcunq; fuerint coniugationis. ε in diſſyllabis

Penultima in aor. ſec. & fut. ſec. η, ω, αι, αυ; ε in α: ευ in ο: ει in ι: ου in η.

In perf. & pluſ. med. αι, ε, ει, in η, ο, οι.

In quinta coni. α in η, αι in α; ε & ει in α, ει, ε, ο.

mutatur in α, nisi in tribus locis, nempe in aorist. primis vocis act. & med. vbi ascíscit sibi ι, vt sit ει: in futuris primis vocis etiam act. & med. vbi ε retinetur: in perf. & plusquamperf. vocis med. vbi migrat in ο. in verbis etiam desinentibus in μω vel μνω, ε non mutatur in α, nisi in aoristis sec. & futuris sec. In polysyllabis verò ε semper retinetur, nisi in aoristis pri. vocis act. & med. vbi etiam sibi ascíscit ι: & in aoristis sec. & futuris secundis, vbi mutatur etiam in α, ει in disyllabis eodem modo se habet atque ε in disyllabis. nam semper mutatur in α, nisi in tribus illis locis, in quorum primo habet eodem modo ει, in secundo ε, in tertio ο. in polysyllabis autem ᾳ semper amittit subiunctiuam ι, nisi in aoristis prim. vocis act. & med. vbi retinetur ᾳ. Atque hæc dicta sufficiant de Characteristica & Penultima siue vocali quę præcedit Characteristicam. Restat

Terminatio.

TERMINATIO, id est, illud omne quod ponitur post Characteristicam; quod eodem omnino modo se habet in omnibus verbis Barytonis, cuiuscunque sint Coniugat. De hac igitur Terminatione, vbi generalia quædam præcepta tradiderimus, quod residuū erit, breuib. tabellis ob oculos proponemus. Præcepta sunt hęc:

De Barytonorum terminationibus præcepta generalia.

Præsens & imperfectum, habent eandem prorsus vocem, nedum terminationem, nisi in indicatiuis: sic perfectum & plusquamperfectum.

Terminatio futurorum cuiuscunque modi ac vocis, est eadem cum terminatione præsentis eiusdem modi ac vocis: sed in futuris sec. vocis act. & mediæ, quum ε & ο primum locū in Terminatione occupant, ascíscunt sibi subiunctiuas, ε quidem ι: ο verò υ, vt sint ει, ου: quod etiam habet locum in futuris primis actiuis & mediis quintę Coniugation. vt, pro terminationibus præsentis ομαι, εσθαι, &c. hic dicemus οῦμαι, εῖσθαι, &c. Porrò in voce passiua terminationi præsentis futurum primum præponit θησ, futurum secundum ησ, & paulò post futurum σ, vt ex ομαι fiat θησομαι, ησομαι, σομαι, &c.

In voce media præsens & imperfectum voce, nedum terminatione, prorsus eadem sunt cum præsenti & imperfecto pass. Perfectum verò & plusquamperf. terminatione conueniunt cum perfecto & plusquamperf. act. Aoristus autem secund. & in voce act. & in voce med. per omnes modos & participia eandem habet terminationē cum imperfecto eiusdem vocis ac modi. Itaque in voce media tantùm remanet aoristus primus peculiarem habens terminationē: futura enim (vt dictū est)

cum præsenti terminatione conueniunt.

In voce pass. duo aoristi sunt terminatione similes: sed primus terminationi vtrique communi præfigit θ nam dicit θῶ, θῇς, &c. vbi secundus dicit ῶ, ῇς, &c. ac in secunda persona imperatiui dicit θητι, pro ηθι: vbi notandum, in primo scribi τ per ταῦ, propter aliud θ semper præcedens.

In imperatiuis & subiunctiuis futura desunt: quorum locum supplent aoristi.

Perfectum in optatiuo & subiunctiuo vocis passiuæ non inuenitur: sed circumloquimur illa tempora per participiũ præteritũ eiusdem vocis, & per eiusdẽ modi præsens verbi εἰμὶ, id est *sum*: cuius coniugationẽ habes apud CLENARDVM in tractatu Anomalorum in μι.

Participia fœminina, sunt declinationis secundæ: masculina in μενος, & neutra in μενον, sunt tertiæ: reliqua, sunt quintæ; quæ siue masculina siue neutra fuerint, genitiuum à neutri nominatiuo formant, addendo τος: tamen ex ώς, dicimus ότος, non ώτος. Cætera de Terminatione, quæ his regulis non sunt comprehensa, tibi figuræ sequentes indicabunt.

PRIMARIÆ TERMINATIONES VNIVS CVIVSQVE TEMPORIS,

Vocum actiuarum passiuarum & mediarum, quæ primis litteris, a. scilicet, p. m. notantur.

Tempora	vocis	Indicat.	Imperat.	Optat.	Subiũct.	Infin.	Participia. ὁ	ἡ	τό
Præs. fu.	*actiuæ*	1 ω	12 ε	18 οιμι	22 ω	ειν	ων,	ουσα,	ον.
Imp. aor. 2	*actiuæ*	2 ον							
Perfect.	*a. & m.*	3 α	12 ε	18 οιμι	22 ω	έναι	ώς,	υῖα,	ός.
Plusqu.	*a. & m.*	4 ειν							
Aorist. 1.	*actiuæ*	5 α	13 ον	19 αιμι	22 ω	αι	ας,	ασα,	αν.
Præs. fu.	*p. & m.*	6 ομαι	14 ου	20 οίμην	23 ωμαι	εσθαι	όμενος,	ομένη,	όμενον.
Imp.	*p. m.*	7 όμην							
Ao. 2	*med.*								
Perfect.	*passiuæ*	8 μαι	15 σο	μένος εἴην	μένος ὦ	θαι	μένος,	μένη,	μένον.
Plusqu.	*passiuæ*	9 μην							
Aor. 1. 2	*passiuæ*	10 ην	16 ηθι	19 είην	22 ῶ	ῆναι	εὶς,	εῖσα,	έν.
Aor. 1.	*mediæ*	11 άμην	17 αι	21 αίμην	23 ωμαι	ασθαι	άμενος,	αμένη,	άμενον.

+ v. exceptionem f° 165. 36.

TERMINATIONES PERSONARVM DVCTARVM A PRIMARIIS

præcedentis figuræ, quibus respondent per notas arithmeticas, 1, 2, &c.

SINGVLARIA. Personæ 1,	2,	3.	DVALIA. 1,	2,	3.	PLVRALIA. 1,	2,	3.	
1 ω	εις	ει	⊙	ετον	ετον	ομεν	ετε	ουσι.	præsens indic.
2 ον	ες	ε		ετον	ετην	ομεν	ετε	ον.	præteri. imper. indi
3 α	ας	ε		ατον	ατην	αμεν	ατε	ασι.	præterit. perfec. indi
4 ειν	εις	ει		ειτον	είτην	ειμεν	ειτε	εισαν.	præteritum plusq. per
5 α	ας	ε		ατον	άτην	αμεν	ατε	αν.	aorist. 1. indic.
10 ην	ης	η		ητον	ήτην	ημεν	ητε	ησαν.	aorist. 1. et. 2. ...
18 οιμι	οις	οι		οιτον	οίτην	οιμεν	οιτε	οιεν.	præs. imperf. ...
19 αιμι	αις	αι		αιτον	αίτην	αιμεν	αιτε	αιεν.	aorist. 1. opta. ...
22 ω	ῃς	ῃ		ητον	ητον	ωμεν	ητε	ωσι.	aorist. 1. et. 2. ...
6 ομαι	ῃ	εται	όμεθον	εσθον	εσθον	όμεθα	εσθε	ονται.	
7 όμην	ου	ετο	όμεθον	εσθον	έσθην	όμεθα	εσθε	οντο.	
8 μαι	σαι	ται	μεθον	σθον	σθον	μεθα	σθε	νται.	
9 μην	σο	το	μεθον	σθον	σθην	μεθα	σθε	ντο.	
11 άμην	ω	ατο	άμεθον	ασθον	άσθην	άμεθα	ασθε	αντο.	
20 οίμην	οιο	οιτο	οίμεθον	οισθον	οίσθην	οιμεθα	οισθε	οιντο.	
21 αίμην	αιο	αιτο	αίμεθον	αισθον	αίσθην	αίμεθα	αισθε	αιντο.	
23 ωμαι	ῃ	ηται	ώμεθον	ησθον	ησθον	ώμεθα	ησθε	ωνται.	

Imperatiuorum terminationes.

SINGVLARIA.

Secunda.	Tertia.
12 ε	έτω.
13 ον	άτω.
14 ου	έσθω.
15 σο	σθω.
16 ητι	ήτω.
17 αι	άσθω.

Dualis & pluralis veluti singularis, carent prima persona: reliquæ verò, fiunt à tertia singulari verso ω in ον, ων, pro duali: ε, ωσαν, pro plurali.

VIDES Personarum terminationes in nouem lineis prioribus eandem ferè semper analogiam seruare. Secunda enim persona singularis, vbique in ς definit. Tertia fit à secunda, remoto ς: sed ex ας fit ε. Prima ⊙ dualis in his omnibus desideratur. Secunda dualis, fit à secunda sing. verso ς in τον: sed ex ας & ις, quum veniūt

Formationes. *Secūda sin. ast.* *Tertia singul.* *Prima dualis.* *Secūda dualis.*

Tertia dualis generatim. ab ω, abiicitur ι atque punctus subscriptus. Tertia verò dualis (vt in genere loquar) in præsenti, perfecto, & futuris omnium indicatiuorum, ac in quibusuis temporibus omnium subiunctiuorum, est similis secūdæ duali: alibi fit quidem ab eadem, sed mutat ου in ην, nisi in imperatiuis, vbi in ων. *Secunda plur. generatim.* Sic in genere secunda pluralis fit à secunda duali, migrante ου in ε. *Prima plural.* Prima vero pluralis, fit à secūda sing. verso ς in μεν: sed ει ab ω, atque ε migrant in ο, & η in ω. *Tertia plural.* Tertia pluralis est varia: potest autē formari à prima plurali, mutando μεν nunc in σι, nunc in ασι, nunc in σαν, & modò in εν, vt meliùs ex schemate quàm præceptis colligitur: ab ομεν verò prioris lineæ dicimus non οσι, sed ουσι.

omnia hæc habes in tabella præcedenti f° 163.

Secunda & tertia singul. pass. OCTO Autem posteriores lineæ, aliam seruant analogiam & formandi rationem; nisi in tertia duali & in secunda plurali. ac formationem quidem secundæ & tertiæ personæ singularis, vel ex ipsa tabella tibi exposcare, vel pete ex scholiis nostris in præsens indicatiui pass. *Prima dual. & prima pluralis.* Prima verò dualis, ac prima pluralis, fiunt à prima singulari, mutando μαι aut μην in μεθον pro duali, & in μεθα pro plurali. *Secunda dualis.* Secunda dualis fit à tertia sing. verso ται aut το in σθον: sed in perfecto & plusquamperf. indicatiui solùm in θον: vbi quoque Characteristica, quæ præcedit ται aut το, variè mutatur, vt satis constat ex his quæ diximus, quum de Characteristica ageremus. *Tertia pluralis.* Tertia pluralis, fit à tertia singul. posito ν ante τ, & verso quod reperitur ante τ, in ο: verùm in perfecto & plusquamperf. quum literam τ præcedit alia consona, fit à prima sing. migrante μαι in μένοι εἰσὶ, & μην in μένοι ἦσαν, facta scilicet circumlocutione per participium præteritum & verbum substantiuum.

Vsus & exercitatio præcedentiū in inuestigatione thematis. HAEC Præcepta de Augmento, Characteristica, Penultima, & Terminatione, sunt ad verbum ediscēda, in praximque & vsum traducenda: vt, dum in aliquod verbum incides, in promptu possis dignoscere, cuius temporis & personæ habeat Terminationē: deinde inspecta Characteristica, noscas quotę sit Coniugationis: ac cernas num Penultima thematis alia esse possit ab ea quam vides: item num thema Augmentum vocalis ε acceperit: vel num vocalis aut diphthongus mutabilis mutata sit propter Augmentum. Hac in re si paululum te exercueris, miraberis facilitatem quam experieris in inueniendo themate, atque in dignoscendis personis ac temporibus omnium verborum legēdis authoribus obuiorum. Cæterùm si hæc deducendi ratio noua

cui

cuipiam videatur, atque ideo aliam malit ſequi: per me quidem id illi licebit: non enim repugno: tamen neque illi infrugifera futura ſunt hæc de Terminationibus præcepta. poterit enim ex his facillimè inflexionem verbi τύπτω, atque aliorum omnium Barytonorum ediſcere; ac quid commune habeant inter ſe tempora, vel quid vnicuique ſit proprium, diſcernere. Adhæc, cognita ſemel ex CLENARDO formatione temporum trium indicatiuorum, his tabellis poterit formare reliquorum omnium modorum & participiorũ tempora, ab indicatiui eiuſdem vocis temporibus homonymis, id eſt, idem nomẽ habentibus: nempe præſens aliorum modorum à præſenti indicatiui eiuſdem vocis: ſic perfectum à perfecto, aoriſtum primum ab aoriſto primo, ſecundum à ſecundo, futurum pri. à futuro primo, ſecundum à ſecundo, paulò pòſt futurum à paulò pòſt futuro; hoc modo formando: Mutentur terminationes temporum indicatiui, ſcilicet ω, ον, α, ειν, &c. in eas quæ in priori tabella vnicuique tempori reliquorum modorum tribuuntur: (ſed ex aoriſtis abiiciendum priùs indicatiui augmentum, ſi quod habuerint) vt, ſi præſentia aliorum modorum voluerit formare, ſumet præſens indicatiui, vtpote τύπτω, vel quoduis aliud: ex quo, mutando ω in ε, οιμι, ω, ειν, ων, faciet τύπτε, τύπτοιμι, τύπτω, τύπτειν, τύπτων. ſic ex τέτυφα, mutando α in reliquorum modorum terminationes perfecto reſpondentes, faciet τέτυφε, τετύφοιμι, τετύφω, τετυφέναι, τετυφώς. Eodem modo in voce paſſ. & med. ex præſenti τύπτομαι, mutando terminationem ομαι in ου, οίμην, ωμαι, εσθαι, όμενος, faciet præſentia reliquorum modorum, τύπτου, τυπτοίμην, τύπτωμαι, τύπτεσθαι, τυπτόμενος: atque ita in reliquis omnibus. nunquam enim fallet analogia, niſi in duobus locis, nempe in perfecto imperatiui & infinitiui vocis paſſiuæ. nam ſi ibi ſeruaretur analogia, ex perfecto indicatiui τέτυμμαι, dicendum eſſet in imperatiuo τέτυμσο, τετύμσθω, & in infinitiuo τετύμσθαι, vbi dicimus τέτυψο, τετύφθω, τετύφθαι. alio igitur modo erunt formandæ hæ tres voces, nempe ſecunda ſingularis perfecti imperatiui à ſecunda ſingulari perfecti indicatiui, mutando αι in ο, τέτυψαι, τέτυψο. tertia verò ſingularis eiuſdem imperatiui (à qua deinde fiunt reliquæ perſonæ dualis & pluralis numeri) atque perfectum infinitiui, formantur à ſecunda dualis numeri perfecti indicatiui, migrante ον in ω pro imperatiuo, & in αι pro infinitiuo, τέτυφθον, τετύφθω, τετύφθαι, accentu in penultima

Vſus terminationum ad inflexionem verborũ vtiliſſimus.

Quomodo ab indicatiuo, reliqui modi formentur.

Perfectum imperatiui & infinitiui paſſ.

Nota de futuro secundo vocis act. & med.

ει } pro { ε
ȣ }   { ο.

Obseruandum quoque quod diximus de futuro secundo vocis actiuæ & mediæ, nempe illud habere diphthongos ει, ȣ, vbi præsens in terminationis initio habet ε & ο. dicimus enim τυποῦν, τυπȣ̃μαι, τυπεῖσθαι, τυπȣμενος, vbi, si analogia præsentis seruaretur, dicendum esset τυπὸν, τυπόμαι, τυπέσθαι, τυπόμενος. hoc autem ideo fit, quia hoc tempus gaudet habere circumflexum in vocali vel diphthongo quæ sequitur Characteristicam: cuius accentus capaces non sunt vocales ε, ο, natura breues: quare producuntur aduocatis subiunctiuis ι, & υ, vt diximus quoque 157,37.

τ rarò Characteristicum.

2 [2] Τ rarò est Characteristicum, & in Atticis tantùm, vt ἀνύτω ex ἀνύω, *perficio*: aut in poëticis, iisque paucis & ferè anomalis, vt πέτω pro πίπτω, *cado* : λίτομαι pro λίσσομαι, *supplico*.

Notio de penultima quintæ coniugationis.

3 [3] SI Fortè quispiam quærat, Quomodo corripietur penultima futuri, si in præsenti sit η vel ω? Non est quod hîc hæreat. nunquam enim penultima præsentis in quinta est η aut ω: neque etiam diphthongus, nisi αι vel ει: neque positione est longa, nisi propter duplex

Verba in ώω poëtica.

4 λλ, aut μν. [4] ῥώω poëticum est verbum: thema vsitatum est ῥωννύω siue ῥώννυμι, vt dicetur suo loco in tractatu de Inuestigatione thematis: poëtica quoque sunt cætera omnia in ώω. fiunt enim à verbis in έω, άω, όω.

ANNOTATIO.

[In έω, vt πλώω à πλέω, *nauigo* : in άω, vt ζώω à ζάω, *viuo*, ἡβώω ab ἡβάω *pubesco* : in όω, vt δώω à δόω *do*, ὑπνώω ab ὑπνόω *somnum capio*, quòd postremum in Idyllio Bionis legitur apud Stobæum, ἁ μεγάλα μοι Κύπρις ἔθ' ὑπνώοντι παρέστα. Caninius hìc ω penultimum negat esse Characteristicon, sed poëticè factum ex regulari figuratiua: negat etiam verba hæc vltra præsens & imperfectum con-

5 iugari.] [5] ὀπύσω & ὤπυκα non inueniuntur. υ enim (vt

6 diximus 151,17.) ante consonantem non scribitur.

De futuri formatione & Characteristica discursus.

ψ pro πσ, βσ, φσ.

ξ pro κσ, γσ, χσ.

σ pro τσ, δσ, θσ.

[6] Futurum propriè fit à præsenti σ ante ω: sed quia σ (vt dictum est 7, 19.) nunquam sequitur aliquam consonantem nisi aliud σ, aut tres liquidas λ, ν, ρ, ídque rarò, non potuit hæc formatio esse vera sine varia consonantium mutatione. Itaque in prima pro πσ, βσ, φσ, positum fuit ψ, quod potestate illas consonãtes omnes complectitur. eadem omnino ratione ξ locatum fuit in secunda pro κσ, γσ, χσ. In tertia verò, cùm nulla duplex æqualis esset simplicibus τσ, δσ, θσ, expunxerunt priorem, quia σ in futuro magis necessaria videbatur: vel quia σ quoque potestate continet τ, δ, θ: quod cernitur in nominibus finitis in ς, quæ faciunt genitiuum in τος, δος, θος. In quinta verò, vtraque erat necessaria &

De quinta con-

præ

præsentis & futuri Characteristica: illa quidem, propter naturalem quandam vim immutabilibus insitam, vt noluit neque in nominibus neque in verbis perdi propter inflexionẽ: hæc verò, quòd esset futuri Characteristica. itaque Æoles vtramque retinuerunt, dicentes σπείρσω, *seminabo*, præterquam μσ, quia nunquam σ sequitur μ. rarò etiam σ ponitur post aliquam cõsonam, vt diximus. quare Communes & Attici, vt asperum illum sonum euitarent, σ reiecerunt, vltimam circumflectentes. [*σ retinent etiam verba in λω apud poëtas, vt* κέλσαι appulisse *vel* appellere, *apud Homerum sæpe, cum participio* κέλσας. *at* κένσαι *ab inusitato* κέντω *pro* κεντέω stimulo, *apud eosdem poëtas: à quo etiam* κεστὸς punctus, acu pictus: *& comp.* ἄκεστος non punctus, stimulum non expertus: *in his enim* ν *ad vitandam asperitatem est elisum.*] Sunt etiam qui dicant σ non retineri ne ab ipsis quidem Æoliis, nisi in verbis in ρω finitis. In sexta, nulla fuit facienda mutatio, quia σ vocales & diphthongos ritè sequitur. In quarta vero, desinẽtia in σσω (quæ pauca sunt) sumũt Characteristicam verborum in γω, idem significantium, sed iam maxima ex parte inusitatorum. Eodem modo finita in ζω, (quæ Doricè efferũtur per σδω) à verbis in δω Characteristicam mutuantur. Doricè tamen à verbis in γω: saltem in futuro & aoristo primo vocis actiuæ & mediæ, vbi Characteristica esset σ. nam Dores σ in ξ mutãt, βαδίζω, *vado*, μ. βαδίσω, & Doricè βαδιξῶ. sic in aliis coniugationibus, vt κλείω, *claudo*, μ. κλείσω, & Doricè κλαξῶ, ει verso in α. hinc aoristus primus ἔκλαξα, imperatiuus κλᾶξον, cum ἀπὸ, ἀπόκλαξον, *exclude*. Cæterùm quia non rarò variant (vt ait CLENARDVS initio tractatus de Inuestigatione thematis) eiusdem verbi themata, aut à diuersis omnino pendet formatio receptorum temporum, fit vt verba in ζω accipiãt Characteristicam à verbis in γω: & contra, finita in σσω, (quæ Æolicè per ζω efferuntur) sumant à verbis in δω. Rursus quædam & à γω, & à δω, Characteristicam mutuantur. Ne autem hæreas, dubitans quæ sint verba hoc modo variantia, ea omnia tibi subiiciam. ac primùm collocabo verba in ζω, quæ sumunt Characteristicam à γω, & non à δω: sed solùm recensebo simplicia, vel composita quorum simplicia non sunt in vsu. nam composita seruant normam simplicium. Sunt itaque hæc:

οἰμώζω, eiulo. | *ἀλαπάζω, populor:* vnde cõpositum ἐξαλαπάζω, &
ἀλαλάζω, iubilo.

iugat. futurò;

Æolismus, σπείρσω pro σπερῶ. μσ.

ANNOTATIO SYLBVRGII.

In sexta.

In quarta, σσω à γω, ζω à δω.

159. 35.

169. 19.

Æolismus. ζω pro σσω.

Dorismus. ξ pro σ.

verba in ζω. quæ [illegible] characteris. à verbis in γ

Finita in ζω à desinentibus in

γω Characteristicam mutuātia.

metathesi apud Hesych.
ἐξαπαλάζω, *depopulor.*
ἀτύζω, *reddo attonitum, consterno.*
ἀτιύζω, idem, Hesych.
γρύζω, *grunnio, mutio.*
ἐγγυαλίζω, *præbeo.*
ἐλελίζω, *torqueo, quatio.*
θρυλλίζω, *contero.*
† καυάζω, *claudico*, Hesych.

κράζω, *clamo.*
οἰμώζω, *eiulo.*
ὀλολύζω, *vlulo.*
ῥέζω, *facio, sacrifico.*
στάζω, *stillo.*
σταλάζω, idem.
στενάζω, *suspiro.*
στηρίζω, *firmo, stabilio.*
στίζω, *pungo.*
στυφελίζω, *quatio.*
σφύζω, *salto, palpito.*

Hæc finita in σσω, sequuntur tertiam, & sumunt Characteristicam à verbis in δω:

ANNOTATIO.

λεύσσω, *video*: de huius tamen futuro dubitat Eustathius. pag. 64. an scilicet præter λεύσω reperiatur etiam λεύξω. nam ab hoc deriuata videntur λευκὸς *nitidus, candidus*, & proprium Λεύκτρον: à λεύσω autem ἄλευστα Hesychio ἀόρατα, ἀθεώρητα: at ἄλευστος pro ἀλίθαστος, *non lapidatus*, est à puro themate λεύω *lapido*, teste Eustathio.

σσω à δω.

ἐρέσσω, *remigo.*
ἱμάσσω, *loris verbero.*
ἰνάσσω, *do fortitudinem.*

λίσσω, *supplico, placo.*
πάσσω, *spargo.*
πλάσσω, *fingo.*

ANNOTATIO.

ἰνάσσω agnoscunt Lascaris quoque, Vrbanus, & Caninius, sed sine expositione. est hinc aorist. 1. infinit. ἰνάσσαι apud Hesychium, (σ poëticè geminato pro ἰνάσαι) quod exponit *perfundere, oblinere, deijcere*: & indic. med. ἰνάσσατο, *perfudit, purgauit.* vt ἰνάσσω idem esse videatur quod ἰνάω, *purgo*, item *perfundo, oblino.* Apud eundem Lascarim, Vrbanum & Caninium, est etiam λάσσω λάσω, & similiter apud Herodianum: sed sine interpretamento. His adde πέσσω. nam inde apud Hesych. est πέσσω pro ὀπτήσω ἄρτον, *coquam* (vel assabo) *panem*: eodemque teste Arcades dicunt πέσσεται pro ὀπτήσει, *assabit, coquet.* Adde etiam βράσσω, *ferueo, bullio*: νάσσω, *com plano, premo*: πτίσσω, *pinso siue piso, tundo*: horum enim futura sunt βράσω, νάσω, πτίσω.

Similiter ἀνύττω *perficio*, & ἀρύττω *haurio*: quæ tamen etiam simplici τ scribuntur, imò & purè sine τ desinunt in ύω.

Hæc finita in ζω sequuntur indifferenter secundam vel tertiam, & fu..unt Characteristicas vel à verbis in γω, vel in δω:

ζω à γω vel δω.

ἁρπάζω, *rapio.*
ἀτίζω, *aspernor, ignominia vel detrimento afficio.*
βαστάζω, *porto.*

δαΐζω, diuido, discerpo. σαλπίζω, tuba cano.
νυστάζω, nuto, dormito. τρίζω, strideo.
παίζω, ludo, communiter τρύζω, susurro, murmuro.
ξω, Atticè σω. φαύζω, dico, aio.

Sic & ἀφύξω & ἀφύσω reperitur in vna eademque significatione, nimirum hauriendi: sed illud ab ἀφύσσω, hoc potiùs ab ἀφύω. Itemque ἀλύξαι & ἀλύσαι pro *Anxium nec mentis compotem esse*: sed hoc ab ἀλύω, illud ab ἀλύζω, & ἀλύσσω. at ἀλύξαι *fugere*, ab ἀλύσκω: ἐμπάσασθαι *inspergere*, ab ἐμπάσσω, quum ἐμπάζεσθαι sit *curare, revereri*.

ξω & σω à diuersis thematibus.

Sunt etiam quorum vnum futurum est, in ξω, at duplex præsens: vt σφάξω, *iugulabo, mactabo*, & à σφάσσω & à σφάζω: φοινίξω, *rubefaciam*, & à φοινίσσω & à φοινίζω: μάξω, *miscebo, subigam*, & à μάσσω & à μάζω. at τμήξω, *secabo*, & à τμήσσω, & à τμήγω.

ξω à diuersis thematibus.

Porrò φρίσσω siue φρίττω, id est, *horreo*, in futuro sequitur secundam; in præterito verò tertiam. nam futurum est φρίξω, perfectum πέφρικα, propter præcedentem aspiratam. Quando hîc dico, Aliquod verbum sumere Characteristicam aut tempora à γω, vel à δω, hoc non debet intelligi de Characteristica præsentium vel imperfectorum, (vbi semper seruant proprias Characteristicas, ζ & σσ siue ττ) sed aliorum temporum. [7] Sic in terminatione λλω per duplex λλ, vnicum λ censetur figuratiua: alterum verò vbique abiicitur, extra præsens & imperfectum. 7

φρίσσω vel φρίττω, μ. ξω, π. κα.

Notio.

E λλω alterum λ abiectum.

Verbi actiui, modi indicatiui,

Præs. { S. τύπτω, [1] τύπτεις, τύπτει, *verbero, as, at:*
D. τύπτετον, τύπτετον, *verberatis, ant, duo:*
P. [2] τύπτομεν, τύπτετε, [3] τύπτουσι, *amus, atis, ant.* 2.3

1 *Paradigma actiui Barytoni.*

Præsens.

Annotatio.

Numeri tres, vt in nominibus. Personæ totidem: τύπτω, *verbero*; τύπτεις, *verberas*; τύπτει, *verberat*. [4] Prima pluralis in μεν excludit primam dualem. 4 [5] Secunda & tertia dualis similes, 5 quando tertia pluralis exit in ι, aut αι: [6] alioqui dissimiles. 6

[1] DORICE Τύπτες, τύπτε, remoto ι ex diphthongo ει, vt diximus 119, 42. Æolicè verò τύπτης, τύπτη, posito η pro diphthongo ει, 120, 24. [2] Doricè τύπτομες. Dores enim (vt diximus 119, 23.) semper in prima plurali μεν, ν finale in ς mutant: quod bis admonuisse sufficiat. [3] Doricè τύπτοντι. nam tertia pluralis præsentis & futurorum

1 *Doricè ε pro ει. Æol. η pro ει.*
2 *Do. μες pro μεν.*
3 *Dor. ντι pro ουσι.*

ἐστ᾽ οὖσι pro οὖσι.

indicatiui vocis actiuæ, apud Dores est similis datiuo singulari participij masculini eiusdem temporis: τυψοῦντι, τυποῦντι, pro τύψουσι, τυποῦσι. Nec verò te moueat, quòd dixerim τυψοῦντι, cùm datiuus singularis participij sit τύψοντι: communiter quidem verum est, sed Doricè dicitur τυψοῦντι, vt in futuro secundo τυποῦντι. Dores enim in omnibus coniugationibus futurum primum circumflectunt, ac variant omnino vt fut. secund. τυψῶ,

Futurū primū Doricè terminationibus secundo simile.

4 ψεῖς, ψεῖ: εῖτον, εῖτον: οῦμεν, &c. vt τυπῶ, πεῖς. &c. [4] Hoc accidit in tota voce actiua, in aoristis passiuis, in perfecto & plusquamperfecto vocis mediæ. Si autem volueris primam dualem in his locis signanter exprimere; accipe νῷ pronomen primæ personæ dualis numeri, id est *nos duo*, & adiunge primæ personæ plurali eiusdem modi & temporis, vt *νῷ τύπτομεν, nos duo verberamus*: &

Prima plur. vbi desinat in μεν.

Circumlocutio primæ dualis, νῷ τύπτομεν.

5 sic in aliis. [5] Hoc fit in præsenti, futuris, & perfecto indicatiuorum, & in omnibus temporibus subiunctiuorum. nam ibi tertia plural. desinit in σι, quum prima pluralis exit in μεν: & aliâs in ται, quum scilicet prima

Secunda & tertia dualis vbi similes.

6 pluralis finitur in μεθα. [6] Nam secunda semper desinit in ον, & tertia in ην, nisi in imperatiuis, vbi tertia exit in ων per ω μέγα.

Quādo dissimiles, secunda in ον, tertia in ην.

1

Imperfectum.

Impf. { ἔτυπτον, ἔτυπτες, [1] ἔτυπτε, *verberabā, bas, bat:*
ἐτύπτετον, ἐτυπτέτην, *batis, bant, duo:*
ἐτύπτομεν, ἐτύπτετε, ἔτυπτον, *mus, tis, bant.*

Annotatio.

2 [2] Datiuis pluralibus, aut personis in ι desinentibus additur ν, sequente vocali: τοῖς λέουσιν ἐκείνοις, *leonibus illis*: τύπτουσιν αὐτὸν, *verberāt ipsum*, sic personis in ε: ἔτυπτεν ἐκεῖνος, *verberabat ille.*

ι, ε } ν

Tertia singularis imperfecti Ionica σκε sine augmento.

1 IONES In hoc tempore, & in vtroq; aoristo vocis actiuæ omnium verborum, formant tertiam personam singularis à secunda, remoto augmento, & addita syllaba σκε: vt ab ἔτυπτες secunda, fiet τύπτεσκε tertia Ionica. † In verbis autem circumflexis, & in μι, vocalis siue diphthongus præcedens σ corripitur, auferendo subiunctiuam ex diphthōgo, & longam vocalem in suam breuem mutando; vt ἐποίεις, *faciebas*, ποίεσκε, *faciebat*: ἐτίθης, *ponebas*, τίθεσκε, *ponebat*: & sic de aliis. Poëtæ verò & Æoles eodem prorsus modo faciunt totum singulare, desinens in σκον, σκες, σκε: atque primam pluralem in σκομεν (quæ tamen in rarissimo est vsu) ac tertiam eiusdem numeri in σκον, similem primæ singulari, sicuti fieri solet cōmuniter in hoc imperfecto: similiter passiuum in

Annotatio.

ει	ε
αι	α
ου	ο
η	ε
η	α
ω	ο

Poëticè σκον, σκες, σκε, in sin-

in σκόμην, σκου, σκετο, & in tertia plurali σκοντο: vt τύπτεσκον, τύπτεσκες, τύπτεσκε, *verberabam, verberabas, verberabat*: & in tertia plurali τύπτεσκον, *verberabant*. in passiuo τυπτεσκόμην, τυπτέσκου, τυπτέσκετο, *verberabar, verberabaris, verberabatur*: tertia pluralis τυπτέσκοντο, *verberabantur*.

gulari, & in tertia plurali σκον.

[2] De hac re vide plura in Annotationibus in verba, circa initium: vnde multa quoque alia sunt petenda, quæ huc congerere noluimus, quòd ibi commodius tractari posse videbantut. 2

[1] DE AVGMENTO. 1

VERBVM à consonante inceptum, assumit ε in principio imperfecti; quod est augmétum siue incrementum syllabicum; crescente videlicet numero syllabarum; τύπτω, ἔτυπτον.

Augmentum syllabicum.

Temporale augmentum est eorum quæ incipiuntur à vocali aut diphthongo mutabili, quoties vocalis[2] anceps aut breuis, quæ vnum habet tempus, mutatur in longam, quæ duo continet tempora. Vocalium ac diphthongorum quædam mutabiles, quòd mutentur in præteritis: [3] quædam immutabiles. 2 3

Augmentum temporale.

Annotatio de diphthongis & vocalibus.

159.16. Vocales:

- Mutabiles α, ε, ο in:
  - η ἀνύω, ἤνυον, *perficio, bam.*
  - η ἐλεύθω, ἤλευθον, *venio, bam.*
  - ω ὀπάζω, ὤπαζον, *præbeo, bam.*
- Immutabiles:
  - η ἠχέω, ἤχεον, *sono, sonabam.*
  - ι ἰξεύω, ἴξευον, *visco aues capio, bam.*
  - υ ὑβρίζω, ὕβριζον, *contumelia afficio.*
  - ω ὤθω, ὦθον, *impello, impellebam.*

159.17. Diphthongi:

- Mutabiles αι, αυ, οι in:
  - ῃ αἴρω, ᾖρον, *tollo, tollebam.*
  - ηυ αὐξάνω, ηὔξανον, *augeo, ebã.*
  - ῳ οἰκίζω, ᾤκιζον, *condo, bam.*
- Immutabiles:
  - ει εἰκάζω, εἴκαζον, *assimilo, assimilabam.*
  - ευ εὐθύνω, εὔθυνον, *dirigo, dirigebam.*
  - ου οὐτάζω, οὔταζον, *cominus vulnero, bam.*

Præpo

Augmēta verborum compositorum.

Præpositiones in compositis præfixæ vocalibus, quomodo se habeant.

Præpositiones in compositis præfixæ voca-
4 libus, [4] propriam vocalem vltimam abiiciunt
tam in præsenti & futuro, quàm in præterito:
5 παρακούω, *perperam audio*, ex [5] παρὰ & ἀκούω, *audio*: παρέμενον, *manebam apud*, à παρὰ & imperfecto ἔμενον, *manebam*, à μένω *maneo*.

Exceptio.

περί.

πρό.

5.6 Excipe [5] περὶ & [6] πρὸ: περιέχω, *contineo*: προάγω, *produco vel procedo, præcedo*, ab ἔχω, *habeo, teneo*, & ἄγω, *ago, duco, ago me, seu eo*. Quòd si verbum incipiatur ab aspirata vocali, præpositio mu-

Mutæ tenues in aspiratas.

7 tabit suam [7] tenuem in aspiratam: καθάπτομαι, *attingo*: ἀφαιροῦμαι, *auferor, vel aufero*, ex ἅπτομαι,
5 *tango*, αἱροῦμαι, *capio*, & [5] κατὰ, [5] ἀπό.

Poëtæ & Iones augmenta respuunt.

Poëtarum in augmentis licentia.

1 [1] DICTVM Est 159, 14. in quibus temporibus sit augmento locus. Hîc tamen notandum, poëtas & Iones interdum augmentum omnino respuere: & rursus poëtas nonnunquam perfecti augmentum (quod fit per reduplicationem siue repetitionem primæ consonæ thematis, vt in πέτυφα) reliquis cuiusuis modi temporibus, maximè verò aoristis secundis, tribuere: atque plusquàmperfecti incrementum imperfecto cōcedere.

ᾄδω.

Porrò in ᾄδω, *cano*, quod fit per contractionem ex ἀείδω, diphthongus impropria ᾳ mutatur in ῃ, ᾖδον, sed Doricè
2 ᾆδον, Aoristus primus ᾖσα, & Doricè ᾆσα. [2] Vnica anceps α, mutatur in longam η: alteræ duæ, ι & υ, quæ in præsenti erant breues, hîc propter augmentum longæ
3 iudicantur. [3] Quòd non mutentur propter augmentum. ob alias autem causas haud rarò mutantur, præ-
4 cipuè longæ, η, ω, in suas breues, ε, ο. [4] Apud poëtas tamen illam sæpe, atque apud oratores nonnunquam seruant: vt ἐπιέσπομαι pro ἐφέπομαι, *sequor*, ex ἐπὶ & ἕπομαι, *sequor*: ἀμφιελίσσω, *in orbem verto, circumtorqueo*,
5 ex ἀμφὶ & ἑλίσσω, *verto, torqueo*. [5] Præpositionis παρὰ & sequentium significationes varias quære in tractatu

πρὸ ante ε & ο contractum.

6 de Ratione Syntaxews. [6] πρὸ tamen nonnunquam cōtractionem patitur sequente augmento ε, vt προὔδωκας, *prodidisti*, pro προέδωκας. Vide Annotationes in verba, circa finem. Idem interdum fit, quamuis ε non sit ex augmento, προὔχω, προέχω, *emineo*: atque etiam sequente ο, προὔπτος, πρόοπτος, *præuisus*. Illud etiam hoc loco

περὶ & πρὸ apo-

monendum, has duas præpositiones περὶ & πρὸ in apposi

positione per apostrophum non abiicere vltimam vocalem, quamuis aliæ omnes rarò propriam vltimam sequente vocali reiiciant. neq; enim dicimus πρ' αὐτȣ͂, aut πρ' αὐτȣ͂, sed περὶ αὐτȣ͂, *de ipso*, πρὸ αὐτȣ͂, *ante ipsum.* Dicimus tamen πρȣ̓́ργȣ, pro πρὸ ἔργȣ, *ante opus*, scilicet aliud quodcunque, id est, operæpretium: sed per crasim. 7 Intellige de mutis tenuibus, π, τ, quæ abiecta 7 vocali præpositionis finali, remanent in fine præpositionis, videlicet in his, κατ, μετ, ἀντὶ, ἀπὸ, ὑπὸ, & ἐπί. Si enim componantur cum dictione incepta à vocali asperum spiritum habente, non solùm abiiciuntur vocales vltimæ α, ι, ο, sed tenues quoque τ & π, mutantur in aspiratas θ, φ. At id ab Ionibus minimè obseruari diximus 118, 32. Illud etiam hoc loco monendum, poëtas è præpositionibus κατ, ἀνὰ & παρὰ, interdum in compositione abiicere vltimam vocalem α, etiam sequente consona, vt κάτθεο pro κατάθεο siue κατάθȣ, id est, *depone*; aoristus secundus imperatiui medij sæpe obuius, à κατατίθημι: ἀντείνω pro ἀνατείνω, *sursum tendo:* vnde in aoristo primo imperatiui ἄντεινον pro ἀνάτεινον: παρκύπτω pro παρακύπτω, *transuersis seu limis oculis aspicio*, vel *in transitu, & quasi per transennam aspicio.* Interdum verò τ quoque & ν præpositionum κατὰ & ἀνὰ, aut deperduntur, aut mutantur in aliam consonantem, quòd sæpe cum sequenti consona non possint cohærere: vt κάσχεθω pro κατασχέθω, *detineo, inhibeo*: in imperfecto κάσχεθον, ες, ε, *detinebam, as, at*, pro κατέσχεθε, sine augmento: † ἀμνάσει, *suggeret*, pro ἀναμνήσει, futurum primum ab ἀναμνάω: vbi quoque α penultimæ positum est pro η, idque Doricè. in his duobus exemplis, non solùm α finale deperditum est, sed & consonantes τ & ν: in sequentibus verò mutantur: κακκείοντες, *decubituri*, vel *dormituri*, non κατκείοντες, (nam τ & κ non cohærent) pro κατακείοντες, participium præsens à κατακείω, quod pro futurò vsurpatur: vel est ipsum futurum, abiecto σ, pro κακκείσοντες: ἀγκομίζω pro ἀνακομίζω, *reporto*: ἄγκειμαι pro ἀνάκειμαι, *recumbo*: ἀμπνέω & ἀμπνείω pro ἀναπνέω, *respiro*: ἄμπνυμαι pro ἀνάπνυμαι, *respiro.* Interdum verò in huiusmodi præpositionibus quæ sequente augmento ε, suas vocales vltimas communiter reiicerent, poëtæ neglecto augmento, vel vocalem præpositionis suo loco relinquunt, vel eam abiiciunt, variatis τ & ν eodem modo quo in superioribus exemplis: vt βάλλω, *iacio*, aoristus secundus ἔβαλον cum κατὰ communiter quidem κατέβαλον, poëticè verò κάββαλον vel

strophum respuunt.

π, τ in φ, θ

Ionismus.

Mira poëtarum licentia in compositis à κατὰ, παρὰ & ἀνά.

κάτθεο.

ἄντεινον.

παρκύπτω.

κάσχεθω.

ἀμνάσει.

Dorismus.

κακκείοντες.

τκ nõ *cohærent.*

ἀγκομίζω.

ἄγκειμαι.

ἀμπνέω.

ἀμπνείω.

ἄμπνυμαι.

κατέβαλον.

κάββαλον.

κάϐϐαλον. κάππεσον. 397.24 ἀνστήτην. ὑϐϐάλλειν.

vel κάϐϐαλον, *deieci*: πίπτω, *cado*, aoriſtus ſecundus ἔπεσον, (vt alibi dicetur) vnde κατέπεσον, κατάπεσον, & κάππεσον, *corrui*. Sic ab ἵστημι, *ſiſto*, aoriſtus ſecundus ἔστην, cum ἀνὰ, ἀνέστην, ἀνάστην, ἄνστην: in duali ἀνστήτην, *ſurrexerunt*, ſæpe occurrit. Idem nonnunquam obſeruatur in præpoſitione ὑπὸ, vt ὑϐϐάλλειν, *ſubijcere*, pro ὑποϐάλλειν. De hac ſyncope fuſiùs infrà dicemus, in Inueſtigatione thematis ad verbum, συῤῥήγνυμι.

Perfectum.

Perf. { τέτυφα, τέτυφας, τέτυφε, *verberaui, iſti, it:*
τετύφατον, τετύφατον, *iſtis, erunt duo:*
1 τετύφαμεν, τετύφατε, [1] τετύφασι, *us, iſtis, runt.*

2 [2] Vltima ſyllaba præteriti quæ ſit in ſingulis coniugationibus, antè dictum eſt, *pag. 156, 157, & 158.*

Augmenti, ſiue primæ ſyllabæ perfectorũ varietas.
Si verbum incipiat à vocali vel diphthongo.

Quod ad primam attinet, ſi verbum incipitur à vocali aut diphthongo, idem initium
3 [3] perfecti & imperfecti:

{ ἀνύω, ἤνυον, ἤνυκα, *perficio, perficiebã, perfeci.*
ὑϐρίζω, ὕϐριζον, ὕϐρικα, *contumelia afficio, ciebã, ci.*
4 αἴρω, ἦρον, [4] ἦρκα, *tollo, tollebam, ſuſtuli.*
εἰκάζω, εἴκαζον, εἴκακα, *aſſimilo, labam, laui.*

Si à duabus conſonantibus, vel à ζ, ξ, ψ.

Idipſum fit in verbis inchoatis à conſonante,
5 [5] ſi modò ε augmentum ſyllabicum fuerit poſitione longum, nempe ante duas conſonantes, aut duplicem ζ, ξ, ψ.

{ σπείρω, ἔσπειρον, ἔσπαρκα, *ſemino, abam, aui.*
ζέω, ἔζεον, ἔζεκα, *ferueo, feruebam, ferbui.*
ξέω, ἔξεον, ἔξεκα, *rado, radebam, raſi.*
ψάλλω, ἔψαλλον, ἔψαλκα, *digitis pulſo, abam, aui.*

Si à conſonante ſimplici, vel à muta cum liquida.

Nam ſi ε ſit breue, aut anceps, iam in præterito perfecto repetitur prima conſonans præſentis, hoc modo:

τύπτω, ἔτυπτον, τέτυφα, *verbero, abam, aui.*
γράφω, ἔγραφον, γέγραφα, *ſcribo, bebam, pſi.*

Anceps vocalis quæ ſit dicitur.
uide f. 286. uer. 8.

Ancipitem hic dico ſiue Communẽ vocalem, quam ſequitur muta cũ liquida: ἔγραφον, ἔκλινον, ἔκρινον, *ſcribebam, inclinabam, iudicabam.*

Quæ

ideo anceps quia liquida post mutam liquescat et euanescat ...

Quæ ab aſpiratis incipiuntur, pro repetendis aſpiratis ſubſtituunt tenues:

Repetuntur π, κ, τ, pro φ, χ, θ.

θείνω, ἔθεινον, τέθεκα, *ferio, iebam, ij.*
φαίνω, ἔφαινον, πέφαγκα, *oſtendo, debam, di.*
χαίρω, ἔχαιρον, κέχαρκα, *gaudeo, debam, iſus ſum.*

Penultima perfecti & futuri eadē: τύψω, *verberabo*; τέτυφα, *verberaui.* At diſyllaba quintę cōiugationis, ε penultimam futuri mutant [6] in α: 6

Penultima perfecti.

ε in α in diſyllabis quintæ.

στέλλω } μ. στελῶ ἔσταλκα, *mitto, mittā, miſi.*
σπείρω } σπερῶ π. ἔσπαρκα, *ſemino, abo, aui.*

Immutabiles λ & ρ, manent in præterito, vt in futuro:

λκα, ρκα.

ψάλλω, ψαλῶ, ἔψαλκα, *digitis pulſo, abo, aui.*
σπείρω, σπερῶ, ἔσπαρκα, *ſemino, &c.*

My μ ſeruatur quidem, [7] ſed aſcito η: νέμω, νεμῶ, νενέμηκα, pro ἐνέμκα, *paſco, paſcam, paui*: ſic δέμω, βρέμω, *ædifico, fremo,* & alia. 7

μηκα.

Ny ν vertitur in γ: φαίνω, *luceo*, φανῶ, πέφαγκα. ſemper enim ν ante γ, κ, χ, ξ, migrat in γ.

ν ante γ, κ, χ, ξ, migrat in γ.

[8] Diſyllaba in είνω, ίνω, ύνω, abiiciunt ν: 8

είνω, ινω, ύνω.

κτείνω, κτενῶ, [9] ἔκτακα, *interimo, interimā, interemi.* 9
κρίνω, κρινῶ, κέκρικα, *accuſo, accuſabo, accuſaui.*
* θύνω, θυνῶ, τέθυκα, *impetu feror, &c.*

** aptius exemplū eſt πλύνω. nā τέθυκα æquè à θύω formari poteſt atque à θύνω.*

[1] E τ Hîc & in perfecto medio, ασι mutatur Doricè in αντι, & Bœoticè in αν. [2] Nempe φα in prima, χα in ſecunda & quibuſdam quartæ, κα in reliquis. [3] Imò omnium præteritorum & aoriſtorum, ac paulò poſt futuri: vbicunque ſcilicet augmentum habet locum. [4] In exemplaribus tamen correctioribus nō inuenitur punctum ſubſcriptum in huius verbi perfecto, aut temporibus ab eo vel à futuro deductis; ſed tantum in imperfecto & temporibus a præſenti formatis. nam futurum eſt ᾳ̃, vt φαιῶ, à φαίνω, 157, 34. vnde aoriſtus primus ᾖκα per η monophthongum: & in reliquis modis depoſito augmento ſumit in principio α futuri, non αι præſentis; [illegible]

1 *Dor. αντι pro ασι.*
2
3
4 *Vltima perfecti φα, χα, κα.*

[5] De hac re tamen vide plura in Annotationibus in verba, circa principium. [6] Modò futurum non deſinat in ῶ: [illegible] enim ε non mutatur, ſed in perfecto [illegible] 5 6

[illegible] futuro [illegible] præteritum [illegible]

ante

antepenultima, propter η quod interſeritur: vt νέμω, μ. νεμῶ, π. νενέμηκα: ſic τεμνω, τεμῶ, τετέμηκα, & per ſynco-

τέτμηκα. 7 pen τέτμηκα, *ſeco, ſecabo, ſecui.* 7 Nunquam enim μ

Notio de finitis in είνω & ινω. 8 ponitur ante κ. 8 Finita in είνω & ίνω, pauca reperiuntur; atque illa ſunt diſyllaba, vel à diſyllabis compoſita. Inueniuntur tamen etiam quædam ſimplicia hyperdiſyllaba in είνω, vt φαείνω, *luceo*: ſed illa vltra imperfectum non coniugantur. Hoc etiam notatu dignum, Finitorum in νω quatuor tantùm eſſe ſpecies. omnia

είνω, ίνω. 9 enim deſinunt vel in είνω, vel ινω, vel αίνω, vel ύνω. 9 Poëticè ἔκλαγκα.

Plusquamperfect.

Plusqu. perfect. { ἐτετύφειν, ἐτετύφεις, ἐτετύφει, *verberarã, &c.* ἐτετύφειτον, ἐτετυφείτην, *atis, ant duo.* ἐτετύφειμεν, ἐτετύφειτε, ἐτετύφεισαν, *us, is, ant.*

Plusquamperfecti formatio.

A perfecto deducitur, conuerſo α in ειν. In fronte ſumitur ε, ſi perfectum incipitur à conſonante; τέτυφα, ἐτετύφειν, *verberaui, verberaueram.* alioqui idem principium; ἤνυκα, ἠνύκειν, *perfeci, perfeceram.*

Eſt Græcis tempus quoddam præteritum,

Ἀόριστος χρόνος, indefinitũ tempus. 1 quod appellatur 1 ἀόριστος, hoc eſt *indefinitum.* incerta eſt enim ſignificatio, paulóne antè res præterierit, an multo: ſuntque aoriſti duo.

Indefinitũ primum.

Formatio aoriſti primi.

Aor. 1. { ἔτυψα, ἔτυψας, ἔτυψε, *verberaui, ſti, it.* ἐτύψατον, ἐτυψάτην, *iſtis, erunt duo.* ἐτύψαμεν, ἐτύψατε, ἔτυψαν, *imus, iſtis, erũt.*

Vltima.

Vltimam primi aoriſti metimur è futuro, cuius ſeruatur Characteriſticon; ſed ω migrat in α: τύψω, ἔτυψα, *verberabo, verberaui.*

Augmentum.

Augmentum vtriuſque aoriſti idem cum imperfecto:

{ ἀνύω, ἤνυον, ἤνυσα, *perficio, perficiebam, perfeci.* τύπτω, ἔτυπτον, ἔτυψα, *verbero, abam, aui.*

Penultima. 2 Penultima eadem quæ in futuro, 2 ac ſemper naturâ aut poſitione longa:

{ παίω, παίσω, ἔπαισα, *ferio, feriam, ferij.* λέγω, λέξω, ἔλεξα, *dico, dicam, dixi.*

Quod

Quòd si futuri penultima corripitur, vt in quinta coniugatione,[3] producendæ erunt vocales, hoc pacto: Si α penultima futuri extra diphthongum sit in præsenti, migrabit in η: veniens autem ex αι, Atticè quidem vertetur in η, communiter verò manebit; sed longum in aoristo cùm breue sit in futuro:

Penultimæ mutatio in quinta coniugatione. 3

α α η ψάλλω, ψαλῶ, ἔψηλα, *fidibus cano, nam, ni.*
αι α η μιαίνω, μιανῶ, ἐμίηνα Atticè, *polluo, am, ui.*
αι α α μιαίνω, μιανῶ, ἐμίανα cōmuniter, *polluo, etc.*

Si penultima sit ε, aduocatur ι, vt fiat diphthongus ει:

ε ε ει σπείρω, σπερῶ, ἔσπειρα, *semino, abo, aui.*
ε ε ει στέλλω, στελῶ, ἔστειλα, *mitto, mittam, misi.*

At ι & υ breues in futuro, producuntur in hoc aoristo:

κρίνω, κρινῶ, ἔκρινα, *indico, abo, aui.*
ὀτρύνω, ὀτρυνῶ, ὤτρυνα, *hortor, abor, hortatus sum.*

[1] SVPPLE χρόνος, id est, *tempus*; quod Græcè masculinum est: atque ideo dicimus, *Aoristus primus* vel *secundus*, non *primum*, &c. referentes ad substantiuum Græcum χρόνος, non ad Latinum, *tempus*: contrà, dicimus *Indefinitum*, & *Futurum primum* vel *secundum*, non *primus*, &c. intelligimus enim substantiuum Latinum, *tempus*, non Græcum, χρόνος. [2] Hanc vniuersalem regulam Author retractat in Annotationibus in Circumflexa. [3] Huiusmodi vocalium mutatio, habet solummodo locum in Quinta coniugatione, non autem in tertia, quarta vel sexta; quamuis futuri penultima esset breuis: imò apud poëtas, si versus exigat vt eiusmodi penultima breuis, fiat longa, alia ratione producetur: nempe geminato σ; vt ἔφρασσα pro ἔφρασα, à φράζω, *dico*, futurum φράσω.

1 Ἀόριστος χρόνος.
2
3

[1] Aoristus 2.
ἔτυπον, ἔτυπες, ἔτυπε.
ἐτύπετον, ἐτυπέτην.
ἐτύπομεν, ἐτύπετε, ἔτυπον.

1 *Indefinitum secundum.*

Augmentum hîc vt in aoristo primo; ἔτυψα, ἔτυπον.

Augmentum.

Penultima præsentis quo pacto mutetur in aoristo secundo.

Penultima breuis, ~~ac ferme~~ vna ex ancipitibus, α, ι, υ: proinde vocales præsentis ita mutantur:

η, ω, αι, αυ, ε	in α	λήβω, ἔλαβον, *capio, cepi.*
		τρώγω, ἔτραγον, *comedo, comedi.*
		καίω, ἔκαον, *vro, vssi.*
		παύω, ἔπαον, *sedo, sedaui.*
		δέρω, ἔδαρον, *excorio, excoriaui.*
2 ου	in	ο ἀκούω: [2] ἤκοον, *audio, audiui.*
ευ		υ φεύγω, ἔφυγον, *fugio, fugi.*
3 ει		ι λείπω, [3] ἔλιπον, *linquo, liqui.*

In quinta ει in α, ε

Disyllaba quintæ coniugationis, pro ει capiunt α: σπείρω, ἔσπαρον, *semino, aui*: trisyllaba perdunt ι, ὀφείλω, ὤφελον, *debeo, debui.*

Figuratiua. πτ π. κτ κ. μν μ. *sic* λλ λ.

Figuratiua eadem quæ præsentis: λήβω, ἔλαβον: τύπτω, ἔτυπον. nam in πτω, κτω, μνω, prior litera est figuratiua.

In quarta — *præs. fut. aor.* — ζ, σσ: ξ, γ. — ζ, σσ: σ, δ.

In quarta verò cõiugatione futurum ξω formatiuam habet γ: ὀρύσσω, ὀρύξω, ὤρυγον, *fodio, fodiam, fodi.* Vbi autem futurum in σω, erit figuratiua δ: φράζω, φράσω, ἔφραδον, *dico, dicam, dixi.*

Significatio aoristi sec. & futuri sec.

1 [1] PLVRA De hoc aoristo vide in Annotationibus in verba, & in Inuestigatione thematis, in verbo τίκτω, *pario.* Cæterum significatione non differt ab aoristo primo, veluti neque futurum secundum à primo. quando autem alterutro sit vtendum, bonorum authorum lectio docebit. [2] ἤκοον, in vsu non est. nam in finitis in όω, εύω & ύω, aoristus secundus, futurum secundum, & præteritum medium, desiderantur. [3] Compositum ex κατὰ, κατέλιπον, & poëtice κάλλιπον, *reliqui*, vel *reliquerunt.*

Futurum Græci duplex habent.

Futurum primum.

Fut. 1. { τύψω, τύψεις, τύψει, *verberabo, abis, abit.* / τύψετον, τύψετον, *verberabitis, abunt duo.* / τύψομεν, τύψετε, τύψουσι, *abimus, abitis, abunt.* }

1 De hoc in singulis Coniugationibus [1] dictum est priùs, *pag. 156. 157. 158.*

Fu-

Fut. 2. τυπῶ, τυπεῖς, τυπεῖ:
τυπεῖτον, τυπεῖτον:
τυποῦμεν, τυπεῖτε, τυποῦσι.

Futurum secundum.

[2] Fit à secundo aoristo, ablato increméto, & ον vertendo in ῶ circumflexum; ἔτυπον, τυπῶ. [2] *Formatio futuri secundi.*

[1] QVVM Silicet dixit illius Characteristicam in prima coniugatione esse ψ: in secunda & quibusdam quartæ, ξ: in tertia, sexta, & quibusdam quartæ, σ: in quinta, λ, μ, ν, ρ. [1] [2] Ideo deficiente aoristo secundo, desideratur etiam futurum secundum. [2] Futurum autem secundum vocis actiuæ & mediæ, in rarissimo est vsu; nisi in quibusdam verbis, iisque anomalis. Grammatici tamen quædam adducunt; vt ἀκοῶ, & in voce media ἀκοῦμαι, ab aoristo secundo ἤκοον verbi ἀκούω, *audio:* sed hæc exoleuerunt. Cæterùm Iones qui syllabas circumflexas vbique ferè diuidunt, hoc futurum secũdum per omnes modos & participia vocis actiuæ & mediæ, atque futurum primum quintæ coniugationis, variant eodem modo quo præsens eiusdem modi, retracto accentu, & inserto ε, vtpote pro terminationibus ῶ, εῖς, εῖ, εῖτον, εῖτον, οῦμεν, &c. dicentes έω, έεις, έει: έετον, έετον; έομεν, έετε, έουσι. sic in reliquis modis.

Futurum secũdum vocis actiuæ & mediæ, inusitatum.

Ionismus.

IMPERATIVI.

Præsens & imperfectum.
τύπτε, τυπτέτω, *verbera, verberet:*
τύπτετον, τυπτέτων, *verberate, erẽt duo:*
τύπτετε, τυπτέτωσαν, *verberate, berent.*

à τύπτω.

Perfect. & plusquamperfectũ.
τέτυφε, τετυφέτω, *verberaueris, uerit:*
τετύφετον, τετυφέτων, *raueritis, int duo:*
τετύφετε, τετυφέτωσαν, *raueritis, uerint.*

à τέτυφα.

Aorist. 1.
τύψον, τυψάτω, *verberato tu, ato ille:*
τύψατον, τυψάτων, *verberatote, anto duo:*
τύψατε, τυψάτωσαν, *verberatote, anto.*

ab ἔτυψα.

Aorist. 2.
[1] τύπε, τυπέτω:
τύπετον, τυπέτων:
τύπετε, τυπέτωσαν.

[1] *ab ἔτυπον.*

Ab indicatiuo cæteri omnes pendent modi & participia, in quibus vox semper est eadem præsentis & imperfecti: sic perfecti & plusquamperfecti.

Modi reliqui ab indicatiuo formati.

Annotatiuncula.

Præteritum perfectũ vbiq; seruat augmentum; Aoristi verò extra indicatiuum minimè.
Primam personã imperatiuus non agnoscit.
Futurum quoque nec hîc reperitur, nec in
2 subiũctiuo, sed in illius vicem [2] subeũt aoristi.

Futurum subiũctiui per circumlocutionẽ.

1 [1] APVD Syracusanos τύπον. sic εἰπὸν pro εἰπὲ, *dicito.*
2 [2] In subiunctiuo tamen actiuo illud nonnunquam circumloquimur per participium perfectum actiuum & per præsens, subiunctiui, siue futurum indicatiui, verbi substantiui εἰμι, *sum*: videlicet ὦ, ἧς, ἧ, *sim*, *sis*, *sit*, &c. & ἔσομαι, ἔσῃ, ἔσαι, *ero*, *eris*, *erit*, &c. vt τετυφὼς ὦ, vel τετυφὼς ἔσομαι, *verberauero.* in voce passiua circumloquimur, vt apud Latinos, per participium perfectum passiuum & futurum ἔσομαι: vt τετυμμένος ἔσομαι, *verberatus ero vel fuero.*

OPTATIVI.

à τύπτω. Presens & imperfectum.
τύπτοιμι, τύπτοις, τύπτοι, *verberarẽ, es, et:*
τύπτοιτον, τυπτοίτην, *etis, ent, duo:*
τύπτοιμεν, τύπτοιτε, τύπτοιεν, *em⁹, etis, ent.*

à τέτυφα. Perfect. & plusquàm perfectũ.
τετύφοιμι, τετύφοις, τετύφοι, *ssem, ses, set:*
τετύφοιτον, τετυφοίτην, *etis, ent, duo:*
τετύφοιμεν, τετύφοιτε, τετύφοιεν, *us, is, nt.*

ab ἔτυψα. Aorist. 1.
τύψαιμι, τύψαις, τύψαι, *erauerim, is:*
τύψαιτον, τυψαίτην, *ritis, rint duo:*
τύψαιμεν, τύψαιτε, τύψαιεν, *imus, tis, nt.*

ab ἔτυπον. Aorist. 2.
τύποιμι, τύποις, τύποι:
τύποιτον, τυποίτην:
τύποιμεν, τύποιτε, τύποιεν.

à τύψω. Futurũ 1.
τύψοιμι, τύψοις, τύψοι, *verberẽ, res, ret:*
τύψοιτον, τυψοίτην, *retis, rent duo:*
τύψοιμεν, τύψοιτε, τύψοιεν, *em⁹, etis, ent.*

à τυπῶ. Futurũ 2.
τυποῖμι, τυποῖς, τυποῖ:
τυποῖτον, τυποίτην:
τυποῖμεν, τυποῖτε, τυποῖεν.

Annotatiuncula.

1 Omniũ Optatiuorũ [1] penultima est diphthógus: in actiuis primi aoristi, αι; in cæteris, οι.

194.4.

1 Secundum futurum [2] circumflectitur: alioqui vox eadem cum secundo aoristo.

Vsita

Vſitatiſſimus eſt & apud Atticos optatiui primus aoriſtus Æolicus: *Aoriſtus prim. Atticus & Æolicus.*

S. τύψεια, τύψειας, τύψειε: D. τυψείατον, τυψειάτην: P. τυψείαμεν, τυψείατε, τύψειαν: *verberauerim, is, &c.*

[1] INTELLIGE De penultima primæ perſonæ numeri ſingularis. [2] Hoc tamen per omnes perſonas verum eſſe non poteſt, propter duas generales regulas de Circumflexo: vna eſt hæc, Vltimâ longâ naturâ, penultima non circumflectitur: vt *τυποίτην, verberent duo.* Altera: Antepenultima nunquam circumflectitur: vt *τυποίμεθα,* non *τυποῖμεθα, verberemus,* in Optatiuo vocis mediæ: vbi quoque locum habet CLENARDI regula.

SVBIVNCTIVI.

Præſ.& imper. ἐὰν { τύπτω, τύπτῃς, τύπτῃ, τύπτητον, τύπτητον: τύπτωμεν, τύπτητε, [1] τύπτωσι. } *ſi verberē vel verberarem, es, &c.* — *à τύπτω.*

Perfect. & pluſq. perfectū. ἐὰν { τετύφω, τετύφῃς, τετύφῃ, τετύφητον, τετύφητον: τετύφωμεν, τετύφητε, τετύφωσι. } *ſi verberauerim vel ſſem:* — *à τέτυφα.*

Aor. 1. ἐὰν { τύψω, τύψῃς, τύψῃ, τύψητον, τύψητον: τύψωμεν, τύψητε, τύψωσι. } *ſi verberauero, is, it, &c.* — *ab ἔτυψα.*

Aor. 2. ἐὰν { τύπω, τύπῃς, τύπῃ: τύπητον, τύπητον: τύπωμεν, τύπητε, τύπωσι. } — *ab ἔτυπον.*

Inflexioni Subiunctiuorum adhibent coniunctionem ἐὰν: vt ἐὰν τύπτω, *ſi verberem.* *Annotatiuncula.*

In ſecunda & tertia ſingulari eſt ῃ diphthongus impropria: in duali & plurali, vocalis tantùm η.

[1] OMNIA Tempora ſubiunctiuorum in tertia plurali pro ωσι habent ωντι Doricè, vt in indicatiuo οντι pro ουσι, οῦντι pro οῦσι, & αντι pro ασι.

[1] INFINITIVI.

Præſens & imperfectum, τύπτειν, *verberare.* — *à τύπτω.*

Perfectū & pluſquāperf. τετυφέναι, *verberauiſſe.* — *à τέτυφα.*

Aoriſtus primus, τύψαι, *verberauiſſe.* — *ab ἔτυψα.*

ab ἔτυπον. Aoriſtus ſecundus, τυπεῖν.
à τύψω. Futurum primum, τυψεῖν, *verberaturum eſſe.*
Futurum ſecundum, τυπεῖν.
à τυπῶ. Secundum futurum idem cum ſecundo aoriſto.

[1] Infinitiuis Quibuſcunque in ν vel ναι deſinentibus, Attici, Dores & Iones ante ν & ναι, ſyllabam με inſerūt, ex diphthongo (ſi fortè aliqua ipſum με præcedat) ſubiūctiuam ι vel υ ſubtrahēdo. tum verò Iones ex ναι auferunt, αι: Attici & Dores contrà, αι, ſi fortè non adſit, ad ν adiiciunt: vt ex θεῖναι, *poſuiſſe*, Iones faciunt θέμεν, ſicut τυπτέμεν & ἀρόμεν ex τύπτειν & ἀροῦν: Attici verò & Dores, vt θέμεναι. ſic etiam τυπτέμεναι, ἀρόμεναι.

De Dialectorum varietate in infinitorum terminationibus ν & ναι, figura.

Communiter
ειν — Doricè εν: Æol. & Dor. ην: Ion. έειν pro εἶν.
εναι, ειναι } ε
ηναι — η
αναι, αν } α
υναι — υ
ουν, οναι, ουναι } ο
— Ionicè μεν: Atticè & Dor. μεναι. Poëticè μμεναι.

Annotatio de infinitiuis Ionicis Doricis & Atticis.

[*Inter hæc verba*, auferunt αι, & Poëtæ, *ſuperior editio ſic habebat*, Attici autem id nequaquam faciunt, quinimo αι à ν addunt: vt ex τύπτειν, ἀροῦν, θεῖναι, id eſt, verberare, arare, poſuiſſe) Iones faciunt τυπτέμεν, ἀρόμεν, θέμεν: Attici verò & Dores, τυπτέμεναι, ἀρόμεναι, θέμεναι. *Vtraque præceptio ſatis intricata eſt & obſcura. Rem igitur de infinitiuis Ionicis & Doricis ſic accipe clarius. E communis linguæ infinitiuis in ν, Iones, vt faciant ſuos, ante finalem literam ν, inſerunt ſyllabam με, & e diphthongo (ſi qua præcedat) tollunt poſtpoſitiuam vocalem ι vel υ: vt ex* τύπτειν *faciunt* τυπτέμεν, *ex* ἀροῦν ἀρόμεν. *Tum Dorij & (vt quidam tradunt) veteres Attici ex Ionicis formati ſunt, paragoge ſyllabæ* αι: *ex* τυπτέμεν, τυπτέμεναι: *ex* ἀρόμεν, ἀρόμεναι. *Contra ſi infinitiuus communis idiomatis exeat in* ναι, *Dorij ſuum inde faciūt ſupradicta epentheſi & ecbole, vt* θεῖναι θέμεναι, δοῦναι δόμεναι (*ſæpe ſine ecbole vel ſyſtole, nuda tantum epentheſi,* δεδῆναι δεδήμεναι) *Iones ſuum è Dorico, apocope finalis* αι, *vt* θέμεναι θέμεν, δόμεναι δόμεν, δεδήμεναι δεδῆμεν. *Sunt qui in ſuperiori etiam genere Ionicos infinitiuos forment è Doricis, eadem apocope: eamque ob cauſam accentus ſedem nō mutari tradunt. Quam rationē*

ſequen

sequentes, initium formationis sumendum erit à Dorico idiomate, hunc in modum: Dorij, vt ex communis linguæ infinitiuis faciãt suos, si exeant in ναι, ante terminationem inserunt syllabam μεː ac si præcedat diphthongus, (ει vel ου) posteriorem eius vocalem tollunt. si desinant in ν, præter supradictam epenthesin & ecbolen, in fine ad ν asciscunt αι. Iones verò suos vtrobique faciunt ex Doricis, apocope finalis αι, accentus sede non mutata.] Poëtæ autem interdum metri gratia μ gemināt, vt vocalem præcedentem positu longam faciant. Cæterùm quum ναι est aoristi primi vocis act. (quod tantùm accidit verbis Quintæ coniugat. in νω) has idiomatum differentias non recipit. Præterea Dores ex infinitiuis in ειν ι auferentes, per εν efferunt: Æoles verò, & nonnunquam ipsi Dores, ειν mutant in ην. Iones, qui syllabas circumflexas dissoluũt pro εῖν aoristi secundi & futuri secundi, dicunt έειν. Hoc quoque monendum, Grecos Gerundia & Supina ignorare. ea tamē circumloquuntur per articulum neutrum & infinitiuum, aduocata etiam sæpenumero aliqua præpositione: vt πρὸς τὸ τύπτειν, *causa verberand., ad verberandum,* & *verberatum:* ἐν τῷ τύπτειν, *verberando.*

Notio de Gerũdiis & Supinis.

PARTICIPII.

Presens & imperfectum.	ὁ τύπτων, τοῦ τύπτοντος. ἡ τύπτουσα, τῆς τυπτούσης. τὸ τύπτον, τοῦ τύπτοντος.	ἀ τύπτω.
Perfectũ & plusqu. perfectũ.	ὁ [1] τετυφὼς, τοῦ τετυφότος. ἡ τετυφυῖα, τῆς τετυφυίας. τὸ τετυφὸς, τοῦ τετυφότος.	[1] ἀ τέτυφα.
Aorist. 1.	ὁ τύψας, τοῦ τύψαντος. ἡ τύψασα, τῆς τυψάσης. τὸ τύψαν, τοῦ τύψαντος.	ab ἔτυψα.
Aorist. 2.	ὁ τυπὼν, τοῦ τυπόντος. ἡ τυποῦσα, τῆς τυπούσης. τὸ τυπὸν, τοῦ τυπόντος.	ab ἔτυπον.
Futurũ 1.	ὁ τύψων, τοῦ τύψοντος. ἡ τύψουσα, τῆς τυψούσης. τὸ τύψον, τοῦ τύψοντος.	ἀ τύψω.

ἀ τυπῶ.

Futurũ 2. { ὁ τυπῶν, τοῦ τυποῦντος. / ἡ τυποῦσα, τῆς τυπούσης. / τὸ τυποῦν, τοῦ τυποῦντος. }

Annotatiuncula.

2 [2] Omne tempus habet suum participium: τύπτων, *verberans, qui verberat aut verberabat:* τετυφὼς, *qui verberauit aut verberauerat.* Sic aoristi, τύψας ac τυπὼν, *qui verberauit aut verberauerat:* & futura, τύψων ac τυπῶν, *verberaturus.*

Aoristus secundus acuitur, τυπὼν, τυπόντος: Secundum futurum circumflectitur, τυπῶν, τυποῦντος.

Participia masculina & neutra, pertinent ad quintam nominum declinationem: fœminina verò, ad secundam.

Æolismus.

1 [1] ÆOLICE τετύφων. Cætera participia, cuiuscunque sint vocis, recipiunt varietatem dialectorum, vt nomina secundæ, tertiæ, vel quintæ declinationis; per quam videlicet & ipsa participia declinata fuerint.

2 [2] Idque tam in voce actiua, quàm passiua aut media.

Participia Græca, quomodo Latinè reddãtur.
Perfectũ & aoristi vocis act.
Per præsens:
Per nomen:
Per circũlocut.

LATINI verò, cùm participiorum penuria laborent, Græcorum participia nunquam non obuia variis modis reddere coguntur, vt præteritum atque aoristos vocis actiuæ (quæ Latini desiderant) aut per præsens, neglecto scilicet tempore; (quamuis id fiat minùs propriè) τετυφὼς, τύψας, τυπῶν, *feriens, verberans*: aut per nomen, præsertim verbale, *verberator, percussor*: (hoc fit rariùs: tamen in nonnullis non omnino malè cedit; τεκὼν, *genitor, parens*: est autem aoristi secundi à τίκτω, *pario*) aut periphrasi vtuntur, sumentes Relatiuum *qui, quæ, quod*, per omnes casus, & verbum præteritum per omnes personas, vt locus exigit; ὁ τετυφὼς, *qui verberaui, verberauisti, verberauit*: τοῦ τετυφότος, *mei qui verberaui, tui qui verberasti, eius qui verberauit*, & sic in reliquis casibus: aut mutant participium actiuum in passiuum, illud atque casum quem regit, per ablatiuum consequentiæ efferentes; vt, τύψας λίθον, εὗρον τὸ πῦρ, *percusso lapide inueni ignem*: aut per gerundium, *percutiendo lapidem*, &c. aut per particulas *Quum, quando, postquam, posteaquam*, & similes, & per subiunctiuum; *quum vel postquam percussissem lapidem.* Sic præsens

Per ablat. particip. perfecti pass. absolutè positum:
Per gerũdium:
Per particulas & subiunct.

τύπτων, *verberans*, vel *cùm verberarem* : ὤν, *existens*, vel *cùm essem, esses, esset*. Cùm verò idem verbum Græcum potest Latinè reddi per actiuum siue neutrum, atque etiam per deponens, vel commune, (vt κλέπτω, *compilo* vel *furor* : λαλέω, *garrio* vel *loquor* : καταφιλέω, *basio* vel *osculor*, in reddendis horum participiis præteritis, vtuntur participio præterito, ducto à verbo deponenti aut communi ; κλέψας, *furatus* : λαλήσας, *locutus* : καταφιλήσας, *osculatus*. Porrò participium præsens passiuæ vocis (quo Latini destituuntur) circumloquuntur quoque : vt τυπτόμενος, *qui cæditur vel cædebatur* : aut mutato tempore, *percussus*, *cæsus*: aut per participium neutropassiuum, *vapulans*. Participia verò media, quum actiuam habent significationem, actiuè ; quum passiuam, passiuè interpretantur, vel circuitione vtuntur, vt dictum est de præteritis actiuis & de præsentibus passiuis. Cæterùm multa sunt apud Græcos verba deponentia sub voce passiua & media, quorum quædam per actiua verba redduntur, vt δέχομαι, *capio* : quædam per neutra ; vt μάχομαι, *pugno* : & quædam per deponentia; vt ἕπομαι, *sequor*. nouissimorum horum participia cum Latinis congruunt. ducunt enim Latini à verbis deponentibus participia cuiusuis temporis : *sequens*, præsentis ; *secutus*, præteriti ; *secuturus* & *sequendus*, futuri: priorum verò præterita, reddenda sunt vt præterita participiorum vocis actiuæ.

Per particip. ductũ à verbo depon. vel comm.

Præs. pass. per circũlocut. per partic. præterit.

Particip. vocis med. quomodo interpretanda.

Deponẽtia Græcorum, variè à Latini redduntur.

VERBI PASSIVI.

Indicatiui præs. { τύπτομαι, [1] τύπτῃ, τύπτεται, *verberor, ris vel re:* 1.
τυπτόμεθον, τύπτεσθον, τύπτεσθον, *ur, ni, ur duo:*
[2] τυπτόμεθα, τύπτεσθε, τύπτονται, *mur, ini, antur.* 2

Paradeigma pass. Barytoni.

Præsens.

[3] Prima pluralis non desinit in μεν ; & ideo integer habetur dualis; in quo secunda & tertia similes, quòd tertia pluralis exeat in ται. 3

Annotatio.

Imperfect. { [4] ἐτυπτόμην, ἐτύπτου, ἐτύπτετο, *verberabar:* 4
ἐτυπτόμεθον, ἐτύπτεσθον, ἐτυπτέσθην, *mur &c.*
ἐτυπτόμεθα, ἐτύπτεσθε, ἐτύπτοντο, *[illegible]*

Imperfectum.

[5] Cuiuscunque generis sint verba, tamen idem habent augmentum. 5

Annotatio de augmento.

1 [1] In Voce passiua & media Barytonorũ, quoties prima persona desinit in μαι aut μην, secunda propriè desinit in σαι aut σο, veluti tertia in ται vel το, vt secunda & tertia sint similes; nisi quòd hæc habeat τ, illa σ, & formantur a prima, mutando μαι in σαι & ται: μην verò in σο & το: sed vocales præcedentes μαι aut μην interdum mutantur, nempe ο monophthongum in ε, ω in η, ου in ει, reliquæ manent inuariatæ; vt ex terminationibus ομαι, ωμαι, ουμαι, fiunt εσαι εται, ησαι ηται, εισαι ειται: ex ομην fiunt εσο ετο: ex οιμην, αμην, αιμην, fiunt οισο οιτο, ασο ατο, αισο αιτο. Verùm huiusmodi secundæ personæ exoleuerunt, nisi in paucis verbis (vt aliàs dicetur) & in perfecto & plusquamperfecto indicatiui passiui, vbi etiam formandi ratio est paulò diuersa, vt suo loco explicatur. Porrò Iones à secundis inusitatis suas formant eiecto σ, dicentes εαι, ηαι, εαι: εο, αο, οιο, αιο. atque hæ duæ postremæ οιο & αιο (quæ in solis Optatiuis inueniuntur) communiter receptæ sunt: aliæ verò priores, à solis Ionibus & poëtis celebrantur. Attici autem & Communes his nõ vtuntur, nisi priùs facta contractione, εαι in η vel ει, εο in ου, & Doricè in ευ; αο in ω, & Syracusanè in α: in ηαι verò & εαι (cùm crasis non possit fieri ex vocalibus aut diphthongis quarum prior sit longa) η & ει corripientes, in ε priùs commutant, ac deinde contrahunt, ηαι quidem in ῃ, εαι verò in ῃ vel ει. Cæterùm Communes non vtuntur contractionibus factis in ει ab εαι vel εαι, nisi in tribus βούλει, οἴει, ὄψει, id est, *vis, putas, videbis*: de quibus vide in Annotationibus in verba. Horum verò omnium quæ diximus exempla tibi sume ex omnibus temporibus passiuis aut mediis Barytonorum, in μαι aut μην desinentibus.

A primis personis μαι & μην secundarum & tertiarum singularium deductio.

Prima		Tertia		Secunda cõtracta Ionica in multis exoleta
ο, ω, ου	μαι	ε, η, ει	ται	σαι αι in ῃ vel ει.
ό, ά, οί, αί	μην	ε, α, οι, αι	το	σο ο in ου. / in ω vel α. / sine crasi. / sine crasi.

Ionismus & Dorismus: μεσθα pro μεθα.

2 [2] Ionicè & Doricè τυπτόμεσθα. Idem obseruant, quoties prima pluralis desinit in μεθα, dicentes μεσθα: nempe in tota voce passiua & media, præterquàm in aoristis passiuis, & in perfecto ac plusquamperfecto vocis mediæ: ibi enim prima pluralis desinit in μεν, veluti in tota voce actiua. Perfectum quoque Optatiui & Sub-

iun

iunctiui passiui quum fit per circumlocutionem, habet primam pluralem in μεθα. Æolicè huiusmodi persona in μεθα, desinit in μεθε vel μεθεν; vt λεγόμεθεν pro λεγόμεθα, *dicimur*: φερόμεθεν pro φερόμεθα, *ferimur*: Vt cōtrà iidem Æoles pro ὄπισθεν dicunt ὄπισθα, id est, *retro, ponè*: & ἄτερθα pro ἄτερθεν: *sine, seorsum*. [3] De hac re vide plura 3
169,34. 170,10. [4] Fit ab actiuo ἐτυπτον, mutando ον in 4
ομην. [5] Id est, siue actiua, siue passiua, siue media: atque 5
vel Barytona, vel Circumflexa, vel in ω.

Æolismus, μεθεν pro μεθα: θα pro θεν.

Imperfecti formatio.

Perfectum.

Perf. { τέτυμμαι, τέτυψαι, τέτυπται, *verberatus sum*: / τετύμμεθον, τέτυφθον, τέτυφθον, *ati sum⁹*, &c. / τετύμμεθα, τέτυφθε, τετυμμένοι εἰσί, *ati sum⁹*.

Perfecti passiui formatio.

Fit ab actiuo, extrema litera aut syllaba cōuersa in μαι. Secunda persona in σαι, actu aut potestate, nempe ψαι aut ξαι. Tertia in ται.

In prima coniugatione:

In prima coniugatione mutatur α actiui in μαι, [1] & φ aspirata in β mediam: τέτυφα, τέτυβμαι: sed ob euphoniam dicitur τέτυμμαι, μ pro β. 1

φα in { μμαι, ψαι, πται: μμεθον, φθον, φθον: μμεθα, φθε.

In secunda ac tertia persona est π tenuis, τέτυψαι, τέτυπται. nam ψ valet πσ.

Secunda & tertia dualis, & secūda pluralis, fiunt à tertia singulari, mutatis tenuibus ante αι in proprias aspiratas, idque in omni coniugatione; τέτυπται, τέτυφθον, τέτυφθε.

Tertia plural.

Tertiam pluralem circumloquimur per participium prӕteriti temporis, & verbū substantiuum, quoties tertia singularis non desinit in ται purum; τέτυπται, [2] τετυμμένοι εἰσί. 2

In secunda γα in γμαι, ξαι, κται: γμεθον, χθον, χθον: γμεθα, χθε.

Secunda coniug. { λέλεγμαι, λέλεξαι, λέλεκται, *dictus sum, es*: / λελέγμεθον, λέλεχθον, λέλεχθον, *dicti sumus*: / λελέγμεθα, λέλεχθε, λελεγμένοι εἰσί.

Eadem hìc ratio literarum γ, κ, χ, & duplicis ξ, qualis in prima coniugatione mutarum β, π, φ, & duplicis ψ: vt à λέγω, *dico*, præteritū actiuum λέλεχα, *dixi*; passiuum λέλεγμαι, *dictus sum*, mutando α in μαι, aspiratam χ in mediam γ.

In secunda & tertia persona est tenuis κ, λέλεξαι, λέλεκται. nam ξ est κσ.

In tertia, κα *in* σμαι, σαι, σται: σμεθον, σθον, σθον: σμεθα, σθε.

Reliquarũ coniugationum κα migrat in μαι.

Tertia cõiug. { πέπεισμαι, πέπεισαι, πέπεισται, *persuasus sum:* πεπείσμεθον, πέπεισθον, πέπεισθον: πεπείσμεθα, πέπεισθε, πεπεισμένοι εἰσί.

Ante μαι collocandum σ, πείθω, πέπεικα, πέπεισμαι, *persuadeo, persuasi, persuasus sum.*

Annotatio.

Secunda persona πέπεισαι, per vnum σ, tantùm, etiam si in prima fuerit σ, πέπεισμαι.

In quarta nunc vt in secunda, nunc vt in tertia.

Quarta coniug. { ὤρυγμαι, ὤρυξαι, ὤρυκται, *fossus sum:* ὠρύγμεθον, ὤρυχθον, ὤρυχθον: ὠρύγμεθα, ὤρυχθε, ὠρυγμένοι εἰσί.

3 { [3] πέφρασμαι, πέφρασαι, πέφρασται, *dictus sum:* πεφράσμεθον, πέφρασθον, πέφρασθον: πεφράσμεθα, πέφρασθε, πεφρασμένοι εἰσί.

Annotatio.

Quorum actiuum præteritum in χα, ea sequuntur cõiugationem secundam; χ in γ, α in μαι: ὤρυχα, ὤρυγμαι, *fodi, fossus sum.* Si autẽ actiuum in κα, formatio est vt in tertia, [4] assumpto σ: φράζω, πέφρακα, πέφρασμαι, *dico, dixi, dictus sum.*

In quinta, λκα *in* λμαι, λσαι, λται: λμεθον, λθον, λθον: λμεθα, λθε.

ρκα *in* ρμαι, ρσαι, ρται: ρμεθον, ρθον, ρθον: ρμεθα, ρθε.

Quinta coniugatio etiam in passiuo præterito seruat immutabiles λ & ρ, vt in actiuo: ψάλλω, ἔψαλκα, ἔψαλμαι, *digitis pulso, aui, atus, sum, vel pulsatum mihi est:* σπείρω, ἔσπαρκα, ἔσπαρμαι, *semino, seminaui, seminatus sum.*

ψάλλω, *cano.* { ἔψαλμαι, ἔψαλσαι, ἔψαλται: ἐψάλμεθον, ἔψαλθον, ἔψαλθον: ἐψάλμεθα, ἔψαλθε, ἐψαλμένοι εἰσί.

σπείρω, *semino.* { ἔσπαρμαι, ἔσπαρσαι, ἔσπαρται: ἐσπάρμεθον, ἔσπαρθον, ἔσπαρθον: ἐσπάρμεθα, ἔσπαρθε, ἐσπαρμένοι εἰσί.

In μω *&* μνω *finita,* ηκα *in* ημαι, ησαι, ηται:

Finita in μω, aut μνω, actiuum habent in ηκα, passiuum in ημαι: νέμω, νενέμηκα, νενέμημαι, *pasco, paui, pastus sum:* τέμνω, τετέμηκα, τετέμημαι, *cædo seu seco, cæcidi, cæsus sum.* nã interponitur η.

νέμω, pasco. { νενέμημαι, νενέμησαι, νενέμηται: νενεμήμεθον, νενέμησθον, νενέμησθον: νενεμήμεθα, νενέμησθε, νενέμηνται.

ηκα in { ήμεθον, ησθον, ον: ήμεθα, ησθε, ηνται.

Sic τετέμημαι, τετέμησαι, τετέμηται, &c.

Secunda & tertia dualis, ac secunda pluralis, interserunt σ, quoties tertia singularis exit in ται purum; νενέμηται, νενέμησθον, νενέμησθε.

Annotatiuncula.

Tertia singulari finita in ται purum, citra circumlocutionem fit tertia pluralis, interponendo ν ante ται, νενέμηται, νενέμηνται. 187.29.

Finita in αίνω, & polysyllaba in ύνω:

Verba in νω actiuum faciũt in γκα, passiuum autem primæ personæ in μμαι: φαίνω, πέφαγκα, πέφαμμαι, *ostendo, ostendi, ostensus sum, vel manifestatus sum.* nam in cæteris manet ν.

γκα in { μμαι, νσαι, νται: μμεθον, νθον, νθον: μμεθα, νθε.

φαίνω, ostendo. { πέφαμμαι, πέφανσαι, [5] πέφανται: πεφάμμεθον, πέφανθον, πέφανθον: πεφάμμεθα, πέφανθε, πεφαμμένοι εἰσί. 5

Disyllaba in ίνω, είνω, & ύνω, [6] abiiciunt ν, vt in actiuo, nec tamen assumunt σ ante μαι: 6

Finita in ίνω, είνω, & disyllaba in ύνω.

κείνω, iudico. { κέκειμαι, κέκεισαι, κέκειται: κεκείμεθον, κέκεισθον, κέκεισθον: κεκείμεθα, κέκεισθε, κέκεινται.

κα in { μαι, σαι, ται: μεθον, σθον, σθον: μεθα, σθε, νται.

κτείνω, interficio. { ἔκταμαι, ἔκτασαι, ἔκταται: ἐκτάμεθον, ἔκτασθον, ἔκτασθον: ἐκτάμεθα, ἔκτασθε, ἔκτανται.

* θύνω, impetu feror. { τέθυμαι, τέθυσαι, τέθυται: τεθύμεθον, τέθυσθον, τέθυσθον: τεθύμεθα, τέθυσθε, τέθυνται.

** Aptius exemplum est πλύνω: nam τέθυμαι potest æquè formari à θύω, atque à θύνω.*

[7] Sexta cõiugatio nunc accipit σ; ἀκούω, ἤκουκα, ἤκουσμαι, *audio, audiui, auditus sum:* nunc non accipit; τοξάζω, τετόξακα, τετόξασμαι, *iaculis peto, iaculis petij, iaculis petitus sum.* 7

In sexta.

ἀκούω, audio. { ἤκουσμαι, ἤκουσαι, ἤκουσται, ἠκούσμεθον, ἤκουσθον, ἤκουσθον: ἠκούσμεθα, ἤκουσθε, ἠκουσμένοι εἰσί.

τοξάζω,

τοξάζω, *sagitto.* { τετόξασμαι, τετόξασαι, τετόξασται: τετοξάσμεθον, τετόξασθον, τετόξασθον: τετοξάσμεθα, τετόξασθε, τετόξασνται.

Plusquamperfectum.

Plusqu. perfect. { ἐτετύμμην, ἐτέτυψο, ἐτέτυπτο, *verberatus* ἐτετύμμεθον, ἐτέτυφθον, ἐτετύφθην: *(eram:* ἐτετύμμεθα, ἐτέτυφθε, τετυμμένοι ἦσαν. ἢ ἐτετύφατο

Plusquamperfecti formatio.

Annotatio.

Perfecti prima persona vertit μαι in μην, τέτυμμαι, ἐτετύμμην: secũda & tertia αι in ο, τέτυψαι, ἐτέτυψο: τέτυπται, ἐτέτυπτο. Tertia pluralis exit in ντο, si singularis desinat in το purum; ἐκέκειτο, *accusatus erat*, ἐκέκειντο, *accusati erant:* alioqui circumloquimur per verbum substantiuum; ἐτέτυπτο, τετυμμένοι ἦσαν.

Ionicè

à { πται, φαται. κται, χαται. σται { δαται, ζαται, θαται. } ηται, εαται. ωται, οαται. ειται { εαται, ιαται, } λται, λαται. ρται, ραται. }

1 [1] QVARE Fiant huiusmodi consonantium muta-
2 tiones, diximus 4, 30. [2] Ionicè verò τετύφαται absque periphrasi. Iones enim & hanc, & plusquamperfecti tertiam pluralem, a tertia sing. formant, ante ται vel το, α breue inserentes, & tenues π vel κ præcedentes α, mutantes in aspiratas φ, χ, & σ in Characteristicam aoristi secundi: præterea vocalem longam aut diphthongum, quæ ipsum α præcesserit, corripiunt, vocalem longam in propriam breuem vertendo, ex diphthongo vero alteram vocalem subtrahendo. Cæterùm in Quinta coniugatione non inuenitur hæc Ionica persona, nisi verbum desinat in λω, aut ρω; vbi λ & ρ manent ante α, & ρ aspiratur, vt quibusdam placet: vt ἐσπάραται, *seminati sunt.* Herodotus in plusquamperfecto pro ἐστάλατο, dixit ἐσταλάδατο, per pleonasmum syllabæ δα. Neque etiam inuenitur in verbis Sextæ, quæ ante ται habent σ. Poëtæ autem codẽ modo formant tertiam plur. à tertia sing. in reliquis temporibus Indicatiui & Optatiui: sed in Optatiuo antepenultimam, vt hîc, non corripiunt. nam ex τύπτοιτο, id est, *verberetur*, faciunt τυπτοίατο, id est, *verberentur.* In perfecto etiam & plusquamperfecto eam non corripiunt, si versus id exigat: neque etiam in aliis temporibus.

Poëticè

ab { εται, εαται. ηται, ηαται. ωται, ωαται. οιτο, οιατο. αιτο, αιατο. }

Dorismus.

3 [3] Doricè πέφρασμαι, pro σ posita aoristi secũdi Characteristica: quod fit & in aliis eiusdem

Atticismus.

4 generis. [4] Attici interdum huiusmodi σ excludunt: vt a κονίζω, *in puluere exerceo*, est nõ tantùm κεκόνισμαι, sed etiam κεκόνιμαι, vnde particip. κεκονιμένος. nisi hæc à κονίω formare malis.

πέφανται.

5 [5] Inuenitur etiam πέφανται in tertia plu

plurali præsentis, id est, *occisi sunt*, à πέφαμαι, *interfectus sum*; secundæ coniugationis verborum in μι, à themate φάω, πέφημι, id est, *occido*, per ε facta reduplicatione Ionicè. [*πέφανται Hesychius, Etymologus & Eustathius accipiunt rectius pro tertia plurali perfect. passiui, à themate φάω, retenta Characteristica, vt κέκρανται à κραίνω per syncopen: (exponunt enim πεφονευμένοι εἰσὶ*, occisi sunt) *vt in illo hemistichio*, πλεῖους σόοι ἢ πέφανται, plures salui sunt quàm occisi. *atque inde est non solum infinit.* πεφάσθαι occisum esse, *verum etiam composita* ἀρηΐφατος à Marte (*vel in bello*) occisus, πρόσφατος recens occisus. *Sed reperitur etiam fut. paulo post* πεφήσεαι, occidêris, *ab eodem* φάω, *α in η verso: Il. ν*, σὺ δὲ σὺ τοῖσι πεφήσεαι, intérque hos tu perimêris. *at* πεφασμένος ταῦρος, interemptus taurus, *apud Lycophronem, à them.* φάζω, *deriuato à* φάω, *teste Eustathio. Alucinatus est etiam in* κεκράανται, *ver.* 21. *dum tertiæ pluralis esse scribit, forsan quia Odyss.* δ *legerat*, χρυσῷ δ' ἐπὶ χείλεα κεκράανται, labra elaborata erãt aurô: *sed meminisse debuerat Atticam esse structuram, de qua & CLENARDVS in ratione Syntaxeos.*] [6] Idem accidere putatur quibusdam in αίνω: at κεκράανται, pleonasmo τοῦ α, detracto augmento, pro ἐκέκραντο, est tertia singularis, non pluralis; à verbo κραίνω, *perficio*, vt ἐπέφαντο à φαίνω. vnde Eustath. etiam singulariter exponit ἀπηρτισμένο, τετέλειστο. itemque Hesych. [7] Sunt qui existiment hæc tantùm verba, μύω *claudo*, ἑλκύω *traho*, κναίω *seco, pungo*, κελεύω *iubeo*, ἀκούω *audio*, recipere σ cum verbis circumflexis in έω, άω & όω, quæ non mutant penultimam breuem in longam: de quibus copiose sumus dicturi in Annotationibus in verba Circumflexa. [*σ recipiunt & alia verba, vt* σείω quatio, κλείω claudo. *sic* κρούω pulso: *vnde apud Lucianum*, μῶν παρακέκρουσμαί σε; num circumueni te? *& tamen est inde verbale* κροῦμα, *id est*, sonus pulsu excitatus, *sine σ.*] Porrò κλείω, *laudo, celebro*, facit κέκλειμαι & κέκλεισμαι.

ANNOTATIO.

In primis editionibus.

6 κεκράανται.

7 *Quæ verba sextæ accipiant σ, & quæ non.*

ANNOTATIO.

Aorist. 1. { ἐτύφθην, ἐτύφθης, ἐτύφθη, *verberatus fui*: ἐτύφθητον, ἐτυφθήτην: ἐτύφθημεν, ἐτύφθητε, [1] ἐτύφθησαν. }

Aoristus prim.

1

Formatur à tertia perfecti, mutatis tenuibus ante ται in proprias aspiratas; τέτυπται, ἐτύφθην, *verberatus est, verberatus fui*: λέλεκται, ἐλέχθην, *dictus est, dictus fui*: πέπεισται, ἐπείσθην, *persuasus est, persuasus fui*, &c.

Formatio aoristi primi.

Aoristus sec.

Aorist. 2. { ἐτύπην, ἐτύπης, ἐτύπη: ἐτύπητον, ἐτυπήτην: ἐτύπημεν, ἐτύπητε, [1] ἐτύπησαν.

Formatio aoristi secundi.

Mutat ον actiui in ην, ἔτυπον, *verberaui*, ἐτύπην, *verberatus fui, vel vapulaui.*

Annotatio.

Caret vterq; aoristus prima duali. nam inflexioné habet actiuorũ; siquidem plurale in μεν.

Futurum primum.

Futurũ 1. { τυφθήσομαι, τυφθήσῃ, τυφθήσεται: τυφθησόμεθον, τυφθήσεσθον, τυφθήσεσθον: τυφθησόμεθα, τυφθήσεσθε, τυφθήσονται.

Formatio futuri primi.

A primo aoristo ἐτύφθην, τυφθήσομαι, *verberatus fui, verberabor.*

Futurum secundum.

Futurũ 2. { τυπήσομαι, τυπήσῃ, τυπήσεται: τυπησόμεθον, τυπήσεσθον, τυπήσεσθον: τυπησόμεθα, τυπήσεσθε, τυπήσονται.

Formatio futuri secundi.

A secundo aoristo ἐτύπην, τυπήσομαι, *verberatus fui, verberabor.*

Paulò pòst futurum.

Est Græcis tempus in verbis passiuis, quod vocatur μετ' ὀλίγον μέλλων, hoc est, paulò pòst futurum, [a] quoties actio iam mox adfutura significatur.

[a] Id est, quum quid impendêre videtur.

Paulò pòst futurum. { τετύψομαι, τετύψῃ, τετύψεται: τετυψόμεθον, τετύψεσθον, τετύψεσθον: τετυψόμεθα, τετύψεσθε, τετύψονται.

Paulò post futuri formatio.

Fit à secunda perfecti, interposito ομ; τέτυψαι, *verberatus es*, τετύψομαι, *mox verberabor, & penè iam verberatus sum:* seruatque augmentum in omni modo.

Bœotismus.

[1] BOEOTICE Et Æolicè ἔτυφθεν, nam Bœoti tertiam pluralem vtriusque aoristi passiui formant à prima singulari, mutando ην in εν. At μιάνθην αἵματι μηροί, *polluta sunt sanguine femora*, Iliad. 8. non mutat ν: vel est syncope, pro μιανθήσαν, reiecto augmento à μιαίνω, *polluo, contamino.*

Imperatiuus.

Imperat. præs. & imperf. { [1] τύπτου, τυπτέσθω, *verberare, beretur:* τύπτεσθον, τυπτέσθων, *ramini, entur duo:* τύπτεσθε, [2] τυπτέσθωσαν, *ramini, rentur.*

Futu

Perfectum & plusqu. perfectum.
τέτυψο, τετύφθω, *verberatus esto, &c.*
τέτυφθον, τετύφθων:
τέτυφθε, τετύφθωσαν.

Secunda persona fit à secunda plusquamperfecti; ἐτέτυψο, τέτυψο, *verberatus eras, verberare:* ἐλέλεξο, λέλεξο, *dictus eras, dicere:* ἐπέπεισο, πέπεισο, *persuasus eras, persuadere:* ὤρυξο, ὤρυξο, *fossus eras, fodere.*

Formatio perfecti.

Tertia verò [3] à tertia eiusdem temporis, migrante το in θω; & reliquis item tenuibus in aspiratas; ἐτέτυπτο, τετύφθω, *verberatus erat, verberetur:* ἐλέλεκτο, λελέχθω, *dictus erat, dicatur:* ἐπέπειστο, πεπείσθω, *persuasus erat, persuadeatur.* Quòd si το sit purum, assumitur σ; ἐκέκελτο, κεκέλσθω, *accusatus erat, accusetur.*

3
πτο φθω.
κτο χθω.
στο σθω.
λτο λθω.
ρτο ρθω.
ντο νθω.
το σθω.

Aorist. 1.
τύφθητι, τυφθήτω, *verberator tu, tor ille:*
τύφθητον, τυφθήτων, *raminor, ntor duo:*
τύφθητε, τυφθήτωσαν, *eraminor, antor.*

ab ἐτύφθην.

Aorist. 2.
τύπηθι, τυπήτω:
τύπητον, τυπήτων:
τύπητε, τυπήτωσαν.

ab ἐτύπην.

Aoristi desinunt in θι: sed prior hîc in τι propter alterum θ præcedens, τύφθητι, non τύφθηθι. sic tertia singularis vtriusque, & reliqui numeri per τ, non θ; τυπήτω, τύπητον, &c.

Annotatio. *θητι, non θηθι.*

[1] Fit à τύπτομαι, mutando ομαι in ου: vel à secunda imperfecti ἐτύπτου, cui similis est hæc secunda imperatiui, reiecto augmento: ideoque dialectorum varietatem eodem modo recipit, nempe Ionicè τύπτεο, quasi à τύπτεσο, abiecto σ: vnde facta est communis & Attica τύπτου per crasin εο in ου, & Dorica τύπτευ. Idem iudicium de reliquis temporib. imperatiuorum in ου finitis.

1 *Formatio præsentis imperatiui. eiusq; in dialectis varietas.*

[2] Atticè τυπτέσθων. nam Attici in hoc præsenti, itemque aoristo imperatiui medij, tertiam pluralem eandem cum tertia duali faciunt, syllaba σα per syncopen detracta. [3] V[illegible] secunda duali eiusdem temporis indicatiui, migrante ον in ω, vt diximus 165,44.

2 *Atticismus.*

3

n

Optatiuus pass. à τύπτομαι.

Optatiui præs. & imperf. { τυπτοίμην, τύπτοιο, τύπτοιτο, verberarer: τυπτοίμεθον, τύπτοισθον, τυπτοίσθην: τυπτοίμεθα, τύπτοισθε, τύπτοιντο.

Annotatio. 1 [1] Omnium Optatiuorum penultima est diphthongus.

à τέτυμμαι. Perfectū & plusq. perfectū { τετυμμένος, εἴην, εἴης, εἴη, verberatus (sim: τετυμμένω εἴητον, εἰήτην: τετυμμένοι εἴημεν, εἴητε, εἴησαν.

Annotatio. In verbis Barytonis semper opus est periphrasi per participiū & verbum substātiuum.

ab ἐτύφθην. Aorist. 1. { τυφθείην, τυφθείης, τυφθείη, verberat(us) (vel fuerim: τυφθείητον, τυφθειήτην: τυφθείημεν, τυφθείητε, τυφθείησαν.

ab ἐτύπην. Aorist. 2. { τυπείην, τυπείης, τυπείη: τυπείητον, τυπειήτην: τυπείημεν, τυπείητε, τυπείησαν.

à τυφθήσομαι Futurū 1, { τυφθησοίμην, τυφθήσοιο, τυφθήσοιτο, verber(er): τυφθησοίμεθον, τυφθήσοισθον, τυφθησοίσθην: τυφθησοίμεθα, τυφθήσοισθε, τυφθήσοιντο.

à τυπήσομαι Futur. 2. { τυπησοίμην, τυπήσοιο, τυπήσοιτο: τυπησοίμεθον, τυπήσοισθον, τυπησοίσθην: τυπησοίμεθα, τυπήσοισθε, τυπήσοιντο.

à τετύψομαι. Paulo post futurum. { τετυψοίμην, τετύψοιο, τετύψοιτο, mox verber(er): τετυψοίμεθον, τετύψοισθον, τετυψοίσθην: τετυψοίμεθα, τετύψοισθε, τετύψοιντο.

1 [1] INTELLIGE In prima persona numeri singularis, vt iam diximus in voce actiua. *181.5.*

Subiunctiuus passiuus. à τύπτομαι. Subiūctiui præs. & ἐὰν imperfect. { τύπτωμαι, τύπτῃ, τύπτηται, si verberer (vel: τυπτώμεθον, τύπτησθον, τύπτησθον: (rarer: τυπτώμεθα, τύπτησθε, τύπτωνται.

à τέτυμμαι. Perfectū & plusquā ἐὰν perfectum. { τετυμμένος ὦ, ᾖς, ᾖ, si verberatus sim: τετυμμένω ἦτον, ἦτον: (vel essem: τετυμμένοι ὦμεν, ἦτε, ὦσι.

Annotatio. 1 [1] Et hic & in Optatiuo circumloquimur hoc perfectum, vt tertiam pluralem indicatiui *perfecti passiui.*

Ao:

Aoristus 1. ἐὰν { τυφθῶ, τυφθῇς, τυφθῇ, *si verberat⁹ sim vel fuerim vel fuero:* τυφθῆτον, τυφθῆτον: τυφθῶμεν, τυφθῆτε, τυφθῶσι. }   *ab ἐτύφθην.*

Aoristus 2. ἐὰν { τυπῶ, τυπῇς, τυπῇ: τυπῆτον, τυπῆτον: τυπῶμεν, τυπῆτε, τυπῶσι. }   *ab ἐτύπην.*

[1] In Hoc tamen differunt, quòd tertia pluralis perfecti indicatiui fit citra circumlocutionem, quoties tertia singularis desinit in ται purum, ut 9, 8. quod accidit quibusdam verbis Quintæ & Sextæ: at perfectũ in Optatiuo aut subiunctiuo non fit citra circumlocutionem, nisi in verbis in μι, & quibusdam Circumflexis, ductis a verbis Sextæ in εω, αω, οω & υω. vt suo dicetur loco. 1

Infinitiuus pass.

Infinitiui præs. & imperf. τύπτεσθαι, *verberari.*

Perfectum & plusquamperfectum, τετύφθαι, accentu in penultima, *verberatum esse vel fuisse.*   *à τύπτομαι.* *à τέτυφθον, secunda duali.*

Aoristus primus, τυφθῆναι, *verberatum esse.*   *ab ἐτύφθην.*

Aoristus secundus, τυπῆναι.   *ab ἐτύπην.*

Futurum primum, τυφθήσεσθαι, *verberatũ iri.*   *à τυφθήσομαι.*

Futurum secundum, τυπήσεσθαι.   *à τυπήσομαι.*

Paulo post fut. τετύψεσθαι, *mox verberatum iri.*   *à τετύψομαι:*

Infinitiui in σθαι, fiunt [1] à secunda plurali indicatiui, verso ε in αι, τύπτεσθε, τύπτεσθαι. 1   *Formatio infinitiuorum in σθαι.*

[1] Vel A prima singulari, mutando ομαι in εσθαι. at perfectum infinitiui (quod tamen non tantum desinit in σθαι sed etiam in φθαι, χθαι, λθαι, νθαι & ρθαι) commodiùs formatur à secunda duali, verso ον in αι: vel, vt Author ait, in finitis in σθαι, à secunda plurali, verso ς in αι. 1

Participij præs. & imperf. { ὁ τυπτόμενος, τοῦ τυπτομένου, [1] qui; ἡ τυπτομένη, τῆς τυπτομένης, quæ; τὸ τυπτόμενον, τοῦ τυπτομένου, quod } verberatur. 1   *Participia pass. à τύπτομαι.*

Perfect. & plusquam perfectũ. { ὁ τετυμμένος, τοῦ τετυμμένου, verberatus: ἡ τετυμμένη, τῆς τετυμμένης, verberata: τὸ τετυμμένον, τοῦ τετυμμένου, verberatũ. }   *à τέτυμμαι.*

Aorist. 1. { ὁ τυφθείς, τοῦ τυφθέντος, verberatus: ἡ τυφθεῖσα, τῆς τυφθείσης, verberata: τὸ τυφθέν, τοῦ τυφθέντος, verberatum. }   *ab ἐτύφθην.*

Aor. 2. { ὁ τυπεὶς, τοῦ τυπέντος: ἡ τυπεῖσα, τῆς τυπείσης: τὸ τυπὲν, τοῦ τυπέντος.

Fut. 1. { ὁ τυφθησόμενος, τοῦ τυφθησομένου, verberādus: ἡ τυφθησομένη, τῆς τυφθησομένης, verberāda: τὸ τυφθησόμενον, τοῦ τυφθησομένου, verberādū.

Fut. 2. { ὁ τυπησόμενος, τοῦ τυπησομένου: ἡ τυπησομένη, τῆς τυπησομένης: τὸ τυπησόμενον, τοῦ τυπησομένου.

Paulo-post futurum { ὁ τετυψόμενος, τοῦ τετυψομένου, mox, -ndus: ἡ τετυψομένη, τῆς τετυψομένης, -nda: τὸ τετυψόμενον, τοῦ τετυψομένου, -ndum.

Accentus perfecti in penultima: reliquorum in μενος in antepenultima: at aoristi acuuntur. Cæterùm μενος & μενον ad tertiam pertinent declinationem, εἰς & εν ad quintam: omnia autem fœminina ad secundam.

[1] QVOMODO Latinè reddi debeant participia verborum passiuorum ac deponentium, diximus 158, 10.

VERBVM MEDIVM.

Mediū verbum siue Commune,[1] quod nunc actiuè capitur, nūc passiuè; βιάζομαι τὸν φίλον, violo amicum: βιάζομαι ὑπὸ τοῦ φίλου, violor ab amico: sic ἄγομαι, duco, ducor: κομίζομαι porto, portor.

Ab actiuis autem non tantùm passiua deducuntur, sed etiam media; quorum & inflexio & significatio partim actiua, partim passiua.

161. 57. Præsens & præteritum imperfectū, non tantùm inflectendi ratione, verùm & voce penitus eadem sunt cum verbo passiuo. Perfectum & plusquamperfectum, sortita sunt terminationem actiuam: aoristi ac futura, passiuam.

Indicatiui perfectum. { τέτυπα, τέτυπας, τέτυπε, verberaui, vel τετύπατον, τετύπατον: (verberatus sum) τετύπαμεν, τετύπατε, τετύπασι.

Medium præteritũ formatur ab actiuo, collocata figuratiua litera pręsentis pro figuratiua præteriti actiui; τέτυφα, τέτυπα, à τύπτω. Nam desinentiũ in πτω, κω, μνω, formatiua litera est prior cõsonans; τίκτω, τέτεχα, τέτοκα, pario, peperi, peperi: τέμνω, τέτμηκα, τέτομα, incido, incidi, incidi, vt dictum est suprà *pag. 158, 27. 178, 15.* — *Formatio perfecti medij. Annotatio.*

DORES genitiuos in ου per ευ suo more efferũt, quod etiam faciunt Æoles, pro ἐμοῦ vel μοῦ, σοῦ vel τεοῦ, dicentes, ἐμεῦ μεῦ, σεῦ τεῦ, εὖ. Nominatiui plurales in ες desinunt Doricè & Æolicè, more nominum quintæ declinationis: atque η initiale mutatur in α, quod Æolicè notatur spiritu tenui, & positione producitur, geminato μ sequente: eodem modo υ & leuigatur & producitur: vt pro ἡμεῖς, ὑμεῖς, σφεῖς, Dores dicunt ἁμές, ὑμές, σφές, geminato μ, ἄμμες, ὔμμες: & Æoles, ἄμμες, ὔμμες, σφές. quod verò hic diximus de η & υ, habet eodem modo locum in reliquis casibus pluralis numeri. nam Dores dicunt, ἁμές, ἁμῶν vel ἁμέων, ἁμῖν, ἁμῶς: Æoles verò ἄμμες, ἀμμέων vel ἀμμέων, ἄμμιν vel ἄμμι reiecto ν, ἄμμας: sic in secunda persona Æolicè ὔμμες, ὑμμέων vel ὑμμέων, ὔμμιν vel ὔμμι, ὔμμας. Porro in nominatiuo & accusatiuo dualis numeri, & Dores & Æoles dicunt ἄμμε, ὔμμε & σφὲ, à nominatiuis plur. Æolicis ἄμμες, ὔμμες, σφές, reiecto ς: poëtæ vero vtuntur interdum his dualibus pro accusatiuis plur. atque σφε pro ἑ accusatiuo sing. id est, se, vel ipsum. Præterea Dores in sing. secundæ personæ, τ pro σ ponunt, pro σὺ, σοῦ siue σεῦ, σοὶ, σὲ, dicẽtes τὺ, τοῦ siue τεῦ, τοὶ, τὲ atque τυ vt in nominatiuo: & in accusatiuo quidem est è numero dictionum encliticarum, in nominatiuo verò nõ item. Addunt etiam Dores nominatiuo sing. primæ & secundæ personæ per paragogen syllabam νη, ἐγώνη, τύνη: & ἐγὼν pro ἐγώ: Æolicè ἐγῶν: addunt etiam particulam expletiuam γα, vt Attici γε, ἐγώνγα, τύγα: Bœoticè ἱώγα & ἱώνγα, pro ἐγώνγα. Dicunt quoque Dores ἐμὶν pro ἐμοὶ: & μὶν siue νιν, pro ἑ, ducentes à nominatiuo inusitato † ἵ pro ὅς, cuius accusatiuus est ἵν: vnde præpositis μ & ν fiunt μιν & νιν in maximo vsu apud poëtas: atque non solùm sunt numeri singularis, sed etiam pluralis, & omnis generis: tamen habent alium accusatiuum plur. nempe ψὲ pro σφᾶς. Poëtæ quoque dicunt ἄμμι pro ἡμῖν & pro ἡμῖν & ὑμῖν correpto ι, dicunt ἧμιν & ὗμιν, vltimam acuentes: Atticè verò retrahitur accentus, ἧμιν. Vsurpant quoque poëtæ casus duales incontractos, à quibus

Dorismi & Æolismi.

ἐμεῦ, σεῦ, τεῦ, εὖ.

ἁμές, ὑμές, σφές.

ἄμμες, ὔμμες:

ἄμμες, ὔμμες.

ἁμῶν, ἁμέων.

ἁμῖν, ἁμῶς.

ἀμμῶν, ἀμμέων.

ἄμμιν, ἄμμι.

ὔμμας.

ἄμμε, ὔμμε.

σφέ. σφὲ pro ἑ.

τὺ, τοῦ τεῦ, τοὶ, τὲ τύ.

ἐγώνη, ἐγὼν, ἐγῶν, τύνη.

ἱώγα, ἱώνγα.

τύνη, τύγα.

ἐμὶν. μὶν, νιν.

ἵ pro ὅς.

νῶϊ, νῶϊν. σφῶϊ, σφῶϊν.

facti sunt communes: vt poëticè νῶϊ, νῶϊν: σφῶϊ, σφῶϊν: & communiter νὼ, νῷν: σφὼ, σφῷν: vbi notandum νὼ & σφὼ neque circumflecti, neq; habere ἰῶτα subscriptum. Porró σφὲ & σφὶν communiter, fiunt per syncopen à poëticis σφεὲ (quod & σφωὲ & σφὼ) σφωὶν, acuta vltima.

σφεὲ, σφωΐν. σφὶν, σφὶ, φὶν, pro σφίσι.

Pro datiuo plur. σφίσι, poëtæ vsurpant dualem σφιν, & per apocopen σφὶ, & per aphæresim φὶν. Hoc quoque notandum, primitiuum tertiæ personæ ὅς, quocunque modo varietur, siue per casus, siue per dialectos, sæpenumero habere significationẽ relatiui αὐτὸς, id est ipse, & possessiuum ab eo deductum σφέτερος sumi pro ὑμέτερος: atque datiuum οἷ vsurpari pro genitiuo οὗ.

De aliis pronominibus. ἐμοῖο, &c.

Attici & Iones genitiuos in ου per οιο, & Dores per ω efferunt, non aliter quàm in nominibus tertiæ declinationis: vt ἐμοῖο, pro ἐμοῦ, *mei*: σοῖο pro σοῦ, *tui*: οἷο pro οὗ, & ἑοῖο pro ἑοῦ, *sui*. Dores autem & poëtæ in possessiuo σὸς (vt diximus de primitiuo σὺ) mutant σ in τ, & interserunt ε: quod etiam faciunt in ὅς, dicentes τεὸς, τεὰ, τεόν: τεῶ, τεᾶς, τεῶ, &c. pro σὸς, σὴ, σόν: sic ἑὸς, ἑὴ, ἑόν, pro ὃς, ἣ, ὅν. Æoles articulum cum pronomine miscent, ὁ σὸς, ὄσος, *tuus*: ἡ σὴ, ἤση, *tua*: τὸ σὸν, τόσον, *tuum*, cum spiritu tenui, & retracto tono. vide 140, 25. & 33. [*Pro* τόσον *perperam in superioribus editionibus erat* ὄσον. *nam* τόσον *scribendum esse, non ipsa tantum compositio (ex* τὸ *&* σόν) *sed hoc Corinthi testimonium docet:* βαρυτονοῦσι δὲ οὐ μόνον τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄρθρα, ὅσων ὀνομάτων τάξιν ἐπέχει· ὁ σὸς, ὄσος ἡ σὴ, ἤση· τὸ σὸν, τόσον. *Vbi etiam nota, de accentuum solum retractione mentionem factam, de spiritus mutatione nihil dictum: solent tamen Æolij aspirationes detrahere. vide supra 118. v. 28. & 38.*] Ducunt quoque Dores alia possessiua à nominatiuis pluralibus propriis; nempe ἀμὸς, ἀμὴ & ἀμὰ, ἀμόν: ὑμὸς, ὑμὴ & ὑμὰ, ὑμόν: σφὸς, σφὴ & σφὰ, σφὸν, à nominatiuis plur. Doricis ἄμες, ὕμες, σφὲς: his vtuntur pro ἡμέτερος, ὑμέτερος & σφέτερος. Dicunt etiam ἡμὸς pro ἀμὸς vel ἡμέτερος, ab ἡμεῖς. Ab ἐκεῖνος, poëtę & Æoles auferunt ε, κεῖνος, κείνη, κεῖνο: Dores verò, vertentes κ in τ, & ει in η diphthongum impropriam, dicunt τῆνος, τήνα, τῆνο: tamen quidam per η monophthongum malunt scribere, τῆνος, &c. Ab ἐκεῖνος fit apud Aristotelem ἐκεινινος, sicut Cicero Epistolarum ad fam. lib. 3. ex Lentulo formauit *Lentulitatem*, & ex Appio *Appietatem*. sic ab ἡμέτερος fit ἡμετερειον, apud Anacreontem. In demonstratiuo οὗτος, & relatiuo αὐτὸς, & ab eo compositis, Iones ante diphthongos & vocales vltimæ syllabæ longas (præterquam in duali & nomina

ANNOTATIO.

τεὸς, τεὰ, τεόν. ἑὸς, ἑὴ, ἑόν.

ὄσος, ἤση, τόσον.

ἀμὸς, ἡ, όν. ὑμὸς, ἡ, όν. σφὸς, σφὴ, σφόν. ἡμὸς, ἡ, όν.

κεῖνος, κείνη, κεῖνο: τῆνος, τήνα, τῆνο: τῆνος.

ἐκεινινος.

ἡμετερειον.

Iones ...

natiuo plurali) præponunt ε, dicentes έη & έης pro η, ης: έου & έους pro ου, ους: έῳ & έων pro ῳ, ων: έας pro ας: έῃς, έαις, (& addito ι, έοισι, έῃσι, vbi quoque αι in η, 121, 12. & 38.) pro οις, αις: hoc modo; οὗτος, gen. τουτέου: dat. τουτέῳ: gen. plur. τουτέων, dat. τουτέοισιν, acc. τουτέους. sic fœm. αὐτέη, ταυτέης, ταυτέῃ, ταυτέην: in plur. τουτέων, dat. ταυτέῃσι, acc. ταυτέας. Idem iudicium de αὐτὸς, genitiuus αὐτέου, dat. αὐτέῳ: gen. plur. αὐτέων, dat. αὐτέοισιν, acc. αὐτέους. fœm. αὐτέη, αὐτέης, αὐτέῃ, αὐτέην: gen. plur. αὐτέων, αὐτέῃσι, αὐτέας. sic & eius composita ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ, & crasi Attica ἐμαυτοῦ, σαυτοῦ, αὑτοῦ; Ionicè absque crasi, & verso αυ in ωϋ, ἐμεωϋτέου, σεωϋτέου; ἑωϋτέου, dat. ἐμεωϋτέῳ, σεωϋτέῳ, ἑωϋτέῳ. in plur. tertiæ personæ gen. ἑωϋτέων, dat. ἑωϋτέοισι. Idem fermè sentiendum de relatiuo αὐτὸς dum componitur cum articulo præpositiuo, qui efficit vt significet *idem, eadem, idem*: ὁ αὐτὸς Ionicè ὡϋτός: in genitiuo & datiuo pro masc. & neutr. τοῦ αὐτοῦ, & contractè ταυτοῦ, & Ionicè τωϋτέου, *eiusdem*: τῷ αὐτῷ & ταυτῷ, Ion. τωϋτέῳ, *eidem*. neutrum in nominatiuo & accus. τὸ αὐτὸ, ταυτὸν, assumpto ν: Ion. τωϋτὸ, *idem*. in plur. τὰ αὐτὰ, ταυτὰ, *eadem*. [3] Declinatur etiam in singulari diuisim, præcipuè apud Homerum, ἕο αὐτοῦ, *sui ipsius*: ἑοῖ αὐτῷ, *sibi ipsi*: ἓ αὐτὸν, *se ipsum*. 3

ARTICVLVS DVPLEX.

Articuli.

Præpositiuus.

7.697. PRæpositiuus, ὁ, ἡ, τὸ, quem antea declinauimus: [1] Subiunctiuus, ὃς, ἣ, ὃ, valens relatiuum, *qui, quæ, quod.* 1

Pag.114. v.11.

Subiunctiuus.

Masc. S. ὃς, οὗ, ᾧ, ὅν: D. ὧν, οἷν: P. οἳ, ὧν, οἷς, οὕς.
Fœm. S. ἣ, ἧς, ᾗ, ἥν: D. ἃ, αἷν: P. αἳ, ὧν, αἷς, ἅς.
Neut. S. ὃ, οὗ, ᾧ, ὅ: D. ὧ, οἷν: P. ἃ, ὧν, οἷς, ἅ.

Datiuus ᾧ aspiratur: aduerbiũ autem vocandi ὦ, lenem habet spiritum, nec ι subscriptum.

ᾧ. ὦ.

Præpositiui articuli pro interrogatiuis sumuntur, [2] τῷ pro τίνι, *cui?* & pro infinitis, εἴτῳ pro εἴτινι, *si cui.* [3] Capiuntur & pro demonstratiuis Pronominibus, τὸν pro τοῦτον, *hunc*: τὴν pro ταύτην, *hanc*. id quod crebrum est adiectis coniunctionibus δὲ & γε, ὅδε, ἥδε, τόδε: ὅγε, ἥγε, τόγε, pro οὗτος, αὕτη, τοῦτο. [4] Itidem in reliquis 2 3 4

Articuli præpositiui sumpti pro interrogatiuis, infinitis, & pronominibus demõstratiuis.

casibus, τῷδε, τῷδε, τῆδε, pro τούτου, τούτῳ, τούτῳ.

Atticismus.

Attici pro ὅδε & τόδε dicunt ὁδί & τοδί.

Artic. subiunctiui compositi cum τις & περ.

Subiunctiui articuli componuntur cum no-
5 mine infinito, τις, τινός: Masc. ὅστις, [5] ὅτινος, ὅτινι, ὅντινα: Fœm. ἥτις, ἧστινος: Neut. ὅ,τι, ὅτινος. scribitur autem ὅ,τι per distinctiunculam, vt dif-

Notio de ὅ, τι & ὅτι.

6 ferat à coniunctione ὅτι, *quòd*. Additur & [6] περ, ὅσπερ, ἥπερ, ὅπερ, *qui, quæ, quod*.

Officiũ articuli præpositiui.

Præpositiui articuli officium est rem certam significare, ἀπόδος μοι τὸ βιβλίον, *redde mihi librũ*, nempe istum certum, de quo inter nos cõstat.

Atticismus.

quamquã Attici ornatus gratia nunc addant articulum, nunc rursus auferant. Habent præ-

Aliud eiusdem officium.

terea locum in diuisionibus, adiuncta Coniun-
7 ctione μὲν & δέ: vt [7] ὁ μὲν, ὁ δὲ, *hic quidem, ille autem*: τὸν μὲν, τὸν δὲ, *hunc quidem, illum verò*.

Articulorum subiunctiuorum formatio.
ὃ pro ὅς.
τοὶ, ταὶ, pro οἱ, αἱ.
Varietas dialectorum in articulis.

1 [1] ARTICVLI Subiunctiui fiunt à præpositiuis, abiecto τ: vbi verò in præpositiuis deest τ, additur accentus in subiunctiuis: atque masculino ὁ subnectitur ς, ὅς Apud poëtas tamen interdũ inuenitur sine ς ὃ pro ὅς. Præterea præpositiui plurales οἱ, αἱ, inueniuntur Dor. & poëticè cum τ & accentu, τοὶ, ταί. Cæterùm artic. & præpositiui & subiunctiui recipiunt varietatem dialectorum, non aliter quàm secunda nominum declinatio, per quam inflectitur articulus fœmininus: & tertia, per quam masculinus & neuter variantur: vt Dor.

[illegible]
ἁ, τᾶς, τᾶ, τάν.
τᾶν & τάων.
τῇς, τῇσι, τῇσιν.
τοῖσι, τοῖσιν.
τοῖο, τῶ, τώς.

ἁ μοῦσα, τᾶς μούσας, τᾶ μούσᾳ, τὰν μοῦσαν, 121, 9. τᾶν & Æolicè τάων pro τῶν, genitiuo plurali fœminino, 121, 37. & 122, [illegible] τῇς, τῇσι, siue τῇσιν, pro ταῖς, Ionicè, 121, 13. & 38. sic τοῖσι siue τοῖσιν pro τοῖς. In genitiuo singulari masculino & neutro τοῖο Ionicè, & τῶ Doricè pro τοῦ, & τώς pro τούς, 13, 34. tamen non rarò inuenies apud poëtas articulum iuxta dialectum communem, licet casus illius alia dialecto efferatur, vt τοῖς λογίοισιν, & ταῖς οἰκίαισιν, apud

Articuli subiũctiui pro pronominibus demõstratiuis.
τῇ, τῇδε & τῷδ. aduerbiascunt.
Articuli præ-

2 Aristophanem. Idem indicato de reliquis. [2] Sic τοῦ & ὅ
3 poëtice τέο atque τεῦ, pro τίνος, *cuius?* [3] Idem nonnunquam faciunt articuli postpositiui, vt ὅς pro οὗτος. Articulus autem fœmininus datiui singularis tam præpositiuus quam subiunctiuus, aduerbiascit, τῇ, ᾗ, *eà, quà*: & τῇδε, *huc, hic, hac*. idem facit τῷδ apud poëtas. Ponuntur etiam interdum apud poëtas articuli præpositiui

pro

pro subiunctiuis: vt ὁ pro ὅς, &c. [ὁ pro qui, non est articulus præpositiuus pro subiunctiuo positus, vt Antesignanus indicauit: præpositiuus enim ab hoc & significatione & scriptura differt, sed est articulus [illegible], ἀπολύσει τοῦ σ, inquit Eustathius: amputato videlicet σ finali pro ὅς, metro sic postulante: vt Iliad. α. Ἠπείλησεν μῦθον, ὃ δὴ τετελεσμένος ἐστί. Sic etiam in compositione ὅ [illegible] pro ὅς [illegible], qui: vt Il. η. ὅ[illegible] σέο πολλὸν ἀμείνων: & ὅτις pro ὅστις, qui: vt Od. μ, ὅτις σφέας εἰσαφίκηται, qui ad ipsas peruenerit. atque adeo istud ὁ in talibus compositionibus apud poëtas interdum manet inuariatum: sic enim apud Homerum inuenies ὅτινα pro ὅντινα, quem: & ὅτινας pro οὕστινας, quos: necnon ὅτινα pro ἅτινα, quæ, Il. χ, ἰδέω ὅτιν' ἔργα τέτυκται, visam res quæ sunt perpetratæ. Rursum ὁ ponitur pro altero relatiuo ὅς, id est αὐτὸς, ipse: vel (vt Eustathius mauult) pro demonstratiuo οὗτος hic: vt Il. α. ὁ γὰρ βασιλῆϊ χολωθεὶς, is enim (vel, hic enim) regi iratus, & neutro genere, Il. ψ, Πάτροκλον κλαίωμεν. ὁ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων, Patroclum deploremus: is enim (vel, hic enim) honos est defunctorum: hunc enim mortuis vltimum tribuimus honorem: vt Eustath. quoque exponit τοῦτο γάρ. In hac significatione masculinum ὁ non male pro ὅδε positum dixeris, vel etiam pro simplici ὁ, assumpta τῇ σφοδρᾷ [illegible], siue τῇ ὀξείᾳ τάσει, quam Eustathius hic ei tribuit [illegible]: & consimiliter neutrum ὁ pro τόδε siue τό. Denique ὁ per Æolicam apocopen vsurpatur etiam pro coniunctione ὅτι, quod: vt Il. π, ὃ ῥα πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κείρε Κρονίων, id est, ὅτι δὴ, inquit Eustathius: agnouit quod Iupiter prælij consilia valde attondeat.] [4] Datiuus pluralis 4 τοῖσδε recipit appositionem syllabæ σι, τοῖσδεσι, vel poetice τοίσδεσσι, sequente vocali τοίσδεσιν & τοίσδεσσιν. [5] At- 5 tici pro οὗτινος & ᾧτινι dicunt ὅτου, ὅτῳ: & Iones facta solutione, ὅτεο, ὅτεῳ, in genitiuo plurali ὅτεων, in datiuo ὁτέοισι: Dores verò ὅτου pro ὅτου: & Æoles ac poëtæ ὅττεο, pro ὅτεο. [ὅτεῳ & ὅτεων apud Eustathium quoque leguntur proparoxytonos, licet epenthesin in his factam agnoscat: vt Atticus hic esse videatur accentus, sicut in τινῶν, ἐφίω & similibus, at in Genitiuo compositio [illegible] enclisis.] Atque in ὅτου, ὅτῳ, ὅτεο, &c. ὁ initiale non variatur: at in οὗτινος, ᾧτινι &c. vtraque pars compositionis declinatur, ἧς, ὧν, ᾧ, &c. ac [illegible] &c. sed accentus manet tantùm in prima parte compositionis. nam τινὸς, [illegible], est dictio encliticа, vt dicetur in Accentuum tractatu. [6] In ὅντινα, ἥντινα, οἵτινες & ὧντινων, consonans 6 ν manet ante τ contra regulam Grammaticorum, [illegible]

positiui pro subiunctiuis.

ANNOTATIO de ὁ & ὅς.

ὁ in compositione inuariatum.

ὁ pro ὅς relatiuo vel οὗτος.

ὁ pro coniunct. ὅτι.

τοῖσδεσι vel τοίσδεσσι.

ὅτου, ὅτῳ, Att. ὅτεο, ὅτεῳ, Ion. ὅτου, Doric.

ANNOTATIO.

Notio de ν ante τ.

quas debet mutari in α: verùm retinetur ν, quia re verà sunt duæ dictiones. περ enim est coniunctio expletiua & enclitica: quapropter accentu destituitur. quo fit vt pro vnica dictione habeantur.

De ὁ μὲν & ὁ δὲ ac similibus notio.

7 [7] ὁ μὲν cum similibus, refertur ad propinquius: ὁ δὲ, ad remotius. interdum tamen cōtrariò modo se habēt; idq; nō solùm apud poëtas, sed & apud oratores; sicut apud Latinos *hic* & *ille*.

De partibus indeclinabilibus.

TRES reliquas orationis partes, Aduerbium, Coniunctionem, & Præpositionem, breuiter perstringemus: nam authorum lectione præstat eas discere, quàm præceptionibus Grammaticis.

Aduerbia.

1 ADVERBIORVM significationes sunt variæ. Temporis, νῦν, *nunc*: τότε, *tunc*. [1] Loci, ἐνταῦθα, *hîc*: ἐκεῖθεν, *illinc*: δεῦρο, *huc*. Qualitatis, εὖ, *bene*: κακῶς, *malè*. Quantitatis, ἅπαξ, *semel*: δὶς, *bis*: & cætera omnia, quemadmodum apud Latinos.

Formatio & varia terminatio aduerbiorū qualitatis.

Qualitatis aduerbia plurima fiunt à genitiuo plurali, τῶν σοφῶν, *sapientum*, σοφῶς, *sapienter*: καλῶν, *pulchrorum*, καλῶς, *pulchrè*.
2 [2] Alia in δὸν exeunt, κυνηδὸν, *caninè*: βοτρυδὸν, *racematim*. Quædam in στὶ, ἑλληνιστὶ, *Græcè*: ῥωμαϊστὶ, *Romanè*.

Interiectiones.

Cum aduerbiis numerantur quas vocamus Interiectiones, ἰοὺ, *hei*: οἴμοι, *hei mihi*: βαβαὶ, *papæ*.

Localia.

θι, σι, χοῦ, χῆ, in loco.

θεν, θε, σθεν, σθε, è loco.

δε, σε, ζε, ad locum.

δην ην.

ι α η ει.

Notio.

1 [1] LOCALIA Finita in σι, θι, χοῦ & χῆ, significant in loco; vt οὐρανόθι, *in cælo*: Ἀθήνησι, *Athenis*: πάντοθι, πανταχοῦ & πανταχῆ, *vbique*, *vbiuis*. Finita in θεν siue θε, significant de loco; vt οὐρανόθεν, οὐρανόθε, *è cælo*. Sunt etiam in † σθεν siue σθε: vt πρόσθεν siue πρόσθε, *à priore siue anteriore parte*: deriuatum à πρὸ, *pro*, *ante*. In δε, σε, ζε, ad locum: vt οὐρανόνδε & οὐρανόσε, *in cælum*: Ἀθήναζε, *Athenas*.
2 [2] Alia in δην, συλλήβδην, *comprehensim*. Alia in ην: ἀντιβίην, *contrà*, *ex opposito*. Alia in ι, πανοικί, *cum tota domo*, *nullo relicto*: πανστρατιὶ & πανστρατιᾷ (Ionicè πανστρατιῇ) *cum toto exercitu*: nam multa formam datiui singularis secundæ declinationis habēt. Alia in ει, ἀθεεὶ, *sine deo*, *sine deorum numine*: ἀσπονδεὶ, *sine fœdere aut libatione*: αὐτοβοεὶ, *cum ipso*

ipso clamore, primo impetu. Praeterea adiectiua neutra tam singularis quàm pluralis numeri, saepe pro aduerbiis sumũtur; vt ὀξὺ pro ὀξέως, *acutè*: τὸ πρῶτον (vbi etiam praeponitur articulus) pro πρώτως, *primùm*. sic τὰ πολλὰ pro πολλάκις, *saepe*: ἄλλα pro ἄλλως, *aliter*. Quaedam etiam exeunt in ἄκις, quae quantitatis dicuntur; vt τετράκις, πεντάκις, ἑξάκις, ἑπτάκις, ὀκτάκις, *quater, quinquies, sexies, septies, octies*. sic ὀλιγάκις, *paucies, raró*: πολλάκις, *multoties, saepe*. Poëtae hîc per Aeolicam apocopen τοῦ ς, dicunt πολλάκι. Nonnulla quoque poëticè in δις, ἀμοιβαδὶς, *vicissim, alternatim*.

Adiectiua neutra pro aduerbiis sumpta.

ἄκις ἀκι.

Coniunctiones.

Coniũctiones sunt, Copulatiuae, μὲν, *quidẽ*: δέ, *vero*: τὲ, *que*: καὶ, *&*. Disiunctiuae, ἢ, *vel*: ἤτοι, *siue*. Continuatiuae, εἰ, *si*: εἴπερ, *siquidem*. Subcontinuatiuae, ἐπεὶ, *postquam*. ἐπειδήπερ, *simulatque*. Causales, ἵνα, *vt*: ὅπως, *quò*: γὰρ, *enim*: ὅτι, *quòd*: διότι, *propterea quòd*. Dubitatiuae, ἆρα, *an*: μῶν, *num*: μὴ, *numquid*. & quaecunque praeterea de significationibus Coniunctionum dici solent.

Praepositiones.

Praepositiones monosyllabae sunt sex, [1] ἐν, εἰς vel ἐς, ἐκ vel ἐξ, πρὸ, [2] πρὸς, σὺν, pro quo Attici ξὺν in compositis.

1 *Monosyllabae.*

2

Disyllabae.

Disyllabae duodecim, ἀνὰ, κατὰ, διὰ, μετὰ, παρὰ, ἀντὶ, ἐπὶ, [3] ἀμφὶ, περὶ, ἀπὸ, ὑπὸ, ὑπέρ.

Consonantem praecedit ἐκ, [4] vocalem ἐξ: ἐκ γῆς, *è terra*: ἐξ αὐτοῦ, *ex ipso*.

3 4 *ἐκ & ἐξ quomodo differant.*

PRAEPOSITIONVM Varia significata quaere in earum Syntaxi. [1] Poëtae pro ἐν dicunt ἐνὶ, & mutato accentu ἔνι: sed tum vel postponitur suo casui, vel sumitur pro composito ἔνεστι, *licet*. sic μέτα, pro μέτεστιν, *est copia vel participatio*: πάρα, pro πάρεστιν, *adest, licet*: ἔπι, pro ἔπεστιν, *inest, adest, potestas & arbitrium est*: πέρι, pro περίεστι, *superest*: sed sumitur πέρι etiam aduerbialiter, pro *vltrà, supra modum*: ἄπο pro ἄπεστιν, *abest, deest*: & aduerbialiter *procul*: ὕπο pro ὕπεστι, *subest*. [2] Pro πρὸς Dores ποτὶ dicunt: ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα pro πρὸς τὴν Ἀμαρυλλίδα, *ad Amaryllidem*. sic in compositione πόταγε pro πρόσαγε, *admoue*: ποτάγχωμεν, *appropinquamus*, pro προσάγχωμεν à προσάγχω: πότεχε, *adhibe*, pro πρόσεχε: ποτόσδω, *oleo*, pro προσόζω, 4, 11. ποτειδῶ, *aspicio*, pro προσείδω. ποτιμάττω, pro προσμάττω, *admisceo, attingo*: ποτιψαύω, *at-*

1 *ἔνι, μέτα, πάρα, ἔπι, πέρι, ἄπο, ὕπο.*

2 *ποτὶ pro πρὸς Doricè.*

cio, pro προσοράω: vbi τ mutatum fuit in θ, quòd ο in simplici ὁράω notetur spiritu aspero, 172, 10.

3 ἀμπὶ pro ἀμφὶ Æolicè. — [3] Æolicè ἀμπὶ: hinc ἀμπίχω, induo: ἀμπέχομαι, & ἀμπίχομαι, induor, pro ἀμφέχω, ἀμφίχομαι, ex ἀμφὶ, & ἔχω, & ἴχομαι, habeo.

4 ἐξ ante consonantem. — [4] Tamen in fine versus ponitur ἐξ etiam sequente consona in principio sequentis versus, vt apud Theocritum Idyllio 27,

——————— ἀμφοτέρων ἐξ
Τοίχων ἄνδρες ἔβαινον, ——— *vtrisque ex parietibus viri gradiebantur.* forsan quia coniungenda est cum verbo, vt sit pro ἐξέβαινον.

Hactenus de partibus orationis ea conscripsimus, quæ Græcas literas auspicantibus, omnino putamus necessaria, & citra quorum cognitioné frustra legendis authoribus operam impendant. Nunc quæ præterea dicenda sunt de Nomine & Verbo, carptim & breuiter annotabimus.

ANNOTATIONES IN NOMINA ADIECTIVA.

1 TERTIÆ declinationis masculinum in ος puri aut ρος, fœmininũ est [1] α: non puri, η: neutrum semper ον: ὁ ἅγιος, ἡ ἁγία, τὸ ἅγιον, *sanctus, a, um*: ὁ ἀνθηρὸς, ἡ ἀνθηρὰ, τὸ ἀνθηρὸν, *floridus, a, um*: ὁ καλὸς, ἡ καλὴ, τὸ καλὸν, *bonus, a, um.*

Exceptio. — Excipe ὁ ὄγδοος, ἡ ὀγδόη per η, *octauus, a.*

2 *Atticismus.* ος, ον. — Attici ος communiter accipiunt, [2] maximè in compositis & deriuatis, ὁ καὶ ἡ φιλόσοφος, *sapientiæ studiosus, a*: πάμφιλος, *omnib. amicus, a*: τὸ φιλόσοφον, πάμφιλον: ὁ καὶ ἡ κόσμιος, τὸ κόσμιον, *moderatus, a, um.*

ως, ων. — Quartæ declinationis cõmune ως, neutrum ων: ὁ καὶ ἡ ἄγηρως, τὸ ἄγηρων, *fertilis, fertile.*

3 ην, εν. — Quintæ commune ην, τὸ εν: ὁ καὶ [3] ἡ τέρην, τὸ τέρεν, *tener, a, um.*

ων, ον. — Commune ων, neutrum ον: ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων, τὸ εὔδαιμον, [illegible]. Sic comparatiua, ὁ καὶ ἡ μείζων, τὸ μεῖζον, *maior, maius.*

Masculinum ας, fœmininum αινα, neutrum αν: ὁ μέλας, niger: τάλας, miser: ἡ μέλαινα, τάλαινα: τὸ μέλαν, τάλαν. Sed ὁ πᾶς, ἡ πᾶσα, τὸ πᾶν, omnis, omne: sic composita, ἅπας, omnis: σύμπας, vniuersus. — *ας, αινα, αν. Exceptio.*

Mascul. εις, ἡ εσσα, τὸ εν: ὁ χαρίεις, ἡ χαρίεσσα, τὸ χαρίεν, gratiosus, a, um. — *εις, εσσα, εν.*

Commune ης, τὸ ες: ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, τὸ ἀληθὲς, verus. — *ης, ες.*

Cōmune ις, τὸ ι, cōpositū: ὁ καὶ ἡ εὔχαρις, gratiosus: φιλόπατρις, studiosus patriæ: τὸ εὔχαρι, φιλόπατρι. — *ις, ι.*

Mascul. ύς, ἡ εῖα, τὸ ύ: ὁ γλυκὺς, ἡ γλυκεῖα, τὸ γλυκὺ, dulcis. — *ύς, εῖα, ύ.*

Commune υς, τὸ υ: ὁ καὶ ἡ ἄδακρυς, τὸ ἄδακρυ, non lacrymans. sic ὁ καὶ ἡ φιλόγλυκυς, amans dulcia. — *υς, υ.*

Commune ους, τὸ ουν, ὁ καὶ ἡ πολύπους, τὸ πολύπουν, multipes. — *ους, ουν.*

[4] Pauca trium generum sub vna voce, ὁ ἡ τὸ ἅρπαξ, rapax: μάκαρ, beatus, a, um. — 4 *Adiectiua triū generum.*

Fœmininū habent & substantiua, ὁ λέων, leo: δράκων, draco: [5] θεράπων, famulus: ἡ λέαινα, leæna: 5
δράκαινα, dracæna: θεράπαινα, famula. ὁ βασιλεὺς,
rex; ἄναξ, rex: [6] ἡ βασίλισσα, regina; ἄνασσα, regina. 6
ὁ ψάλτης, cantor; [7] ἡ ψάλτρια, psaltria: [8] ὁ παρακοίτης, maritus; ἡ παράκοιτις, vxor: ὁ δεσπότης, dominus; ἡ δεσπότις & δέσποινα, domina. 7.8

Substātiua fœmininum habentia.

[1] IONICE Tamen vbique η: ἡ ἀγλαή, ἡ ἀνθηρή, veluti 1
ἡ καλὴ: & Dorice vbique α: ἁ καλὰ, ἁ ὀγδόα, veluti ἡ ὀγδόη,
ἡ ἀνθηρά. Vide 118, 26. & 40. atque 121, 3. [2] Dixit maximè 2
in compositis & deriuatis: nam simplicia & primitiua, rarò admodum in prosa oratione communis generis inueniuntur: apud poëtas verò non raro: neque solum adiectiua in ος, sed & quædam participia tertiæ vel quintæ declinationis: atque etiam nomina adiectiua quintæ, quæ communiter sunt tantum masculina. φιλόσοφος autem componitur ex φίλος, amicus, & σοφὸς, sapiens: πάμφιλος verò ex πᾶν, omne, & φίλος. Porro κόσμιος deriuatur ab [illegible]ομος, ornatus, mundus. [3] Dicitur etiam 3
ἡ τέρεινα, & Ionicè τερείνη. hinc apud [illegible] τερείνω ὄψιν, tenerum oculum. [4] Vel potius [illegible] non 4
enim inuenitur ἡ [illegible], sed [illegible].

Ionismus. Dorismus. Notio de adiectiuis communibus.

Hesio

Nullũ adiectiuum trium generum sub vna voce.

Hesiodus quidem dixit ἅρπαξ in fœminino, Δὼς ἀγαθὴ, ἅρπαξ δὲ κακὴ, *datio bona, rapina autẽ mala*: sed ibi ἅρπαξ pro ἁρπαγή. neque etiam legitur ἡ aut τὸ μάκαρ: sed ἡ
5 μάκαιρα, *beata*: τὸ εὔδαιμον, *beatum*. [5] Legitur ὁ θέραψ, απος, pro θεράπων, & ἡ θεραπαινὶς, ίδος, pro θεράπαινα. Fœmininum etiam in αινα facit Λάκων, ἡ Λάκαινα, *Lacon, Lacana*. & apud poëtas γείτων, γείταινα, *vicinus, vicina*: γνάθων, γνάθαινα, *parasitus, parasita*: θέων, θέαινα, *deus, dea*: ἰχθυοπώλης, ἰχθυοπώλαινα, *ichthyopola, qui aut quæ vendit pisces*: λύκος, λύκαινα, *lupus, lupa*: μάγειρος, μαγείραινα, *coquus, coqua*: μύρος, μύραινα, *murus, murena*: nomen piscis: σκορπίος, σκόρπαινα, (quæ & σκορπὶς) *scorpius piscis mas, scorpio fœmina*: τέκτων, τέκταινα, *fabricator, fabrica-*
6 *trix*. [6] Vel ἡ βασίλιννα, atque βασίλεια, accentu in antepenultima: at ἡ βασιλεία acuta penultima, est *regnum*.

Fœminina in αινα.

Fœmin. in σσα.

faciunt quoque fœmininum in σσα, πένης, ἡ πένησσα, *pauper*: πρόφρων, ἡ πρόφρασσα, *promptus, beneuolus, a*: φάψ, φάσσα, *palumbus mas & fœmina*: & pleraque gentilia, vt ὁ Θρᾷξ, ἡ Θρᾷσσα & Atticè Θρᾷττα, *Thrax, Thrassa vel Thressa*: (pro quibus Ionicè & poëticè dicitur Θρήϊξ, Θρήϊσσα) Κρὴς, Κρῆσσα, *Cretensis*: Λίβυς, Λίβυσσα, *Libys, Libyssa, qui vel quæ est ex Libya*: Φοῖνιξ, Φοίνισσα, *Phœnix, Phœnissa*: at ὁ Κὰρ, ἡ Καρίνη & Κάειρα, *qui aut quæ est è*
7 *Caria*. & ὁ Σκύθης, ἡ Σκυθὶς, *Scytha*. [7] Sic ἡ ποιήτρια, *poëtria*, ab ὁ ποιητὴς, οῦ, *poëta*. Sunt & finita in τρις, vt ὁ αὐλη-
8 τὴς, ἡ αὐλητρὶς, ίδος, *tibicen, tibicina*. [8] Sic ὁ ἐργάτης, *operarius*, ἡ ἐργάτις, ιδος. *operaria, operatrix*: ὁ προστάτης, *præses, præfectus*; ἡ προστάτις, ιδος, *mulier quæ rei alicui præsidet, tutatrix*: ὁ προφήτης, ου, *Propheta*, ἡ προφῆτις, ιδος, *prophetissa*. at hæc poëtica sunt: ὁ δότης, ου, ἡ δότειρα, *dator, datrix*: dicitur pro eodem ὁ δοτὴρ & δωτὴρ, ῆρος, & δώτωρ, ἡ δώτειρα.

NVMERALIA CARDINALIA.

Singularia. 1 S. Masc. [1] εἷς, ἑνὸς, ἑνὶ, ἕνα, *vnus, vnius, vni, vnum*. Fœm. μία, μιᾶς, μιᾷ, μίαν. Neut. ἓν, ἑνὸς, ἑνὶ, ἕν.

Dualia. 2 Dual. δύο, *duo*: & δύω Atticè: [2] δυοῖν, & δυεῖν pro fœminino.

Pluralia. P. cõmunia, τρεῖς, τριῶν, τρισὶ, τρεῖς, *tres, triũ, tribus*. Neutra, τρία, τριῶν, τρισὶ, τρία, *tria, trium, tribus*.

3 Sic οἱ αἱ [3] τέσσαρες, τὰ τέσσαρα, *quatuor*: τῶν τεσσάρων, τοῖς ταῖς τοῖς τέσσαρσι, τοὺς τὰς τέσσαρας, τὰ τέσσαρα.

Indeclinabilia.

A quatuor vsque ad centũ sunt [4] indeclinabilia; πέντε, *quinque:* [5] ἕξ, ἑπτὰ, ὀκτὼ, ἐννέα, δέκα, *decẽ:* 4 5
ἕνδεκα, [6] δώδεκα, δεκατρεῖς, δεκατέσσαρες, δεκαπέντε, 6
δεκαὲξ, δεκαεπτὰ, δεκαοκτὼ, δεκαεννέα, [7] εἴκοσι, viginti: 7
εἰκοσιεῖς, εἰκοσιδύο, &c. τριάκοντα, τεσσαράκοντα, πεντήκοντα, ἑξήκοντα, ἑβδομήκοντα, [8] ὀγδοήκοντα, ἐννενήκοντα, 8
ἑκατὸν, *centum.* hinc iam declinantur, οἱ διακόσιοι, αἱ διακόσιαι, τὰ διακόσια, *ducenti, tæ, ta:* τριακόσιοι, τεσσαρακόσιοι, πεντακόσιοι, ἑξακόσιοι, ἑπτακόσιοι, ὀκτακόσιοι, ἐννεακόσιοι, χίλιοι, *mille:* δισχίλιοι, τρισχίλιοι, τετρακισχίλιοι, πεντακισχίλιοι, ἑξακισχίλιοι, ἑπτακισχίλιοι, ὀκτακισχίλιοι, ἐννεακισχίλιοι, μύριοι, *decies mille:* δισμύριοι, τρισμύριοι: & ita in reliquis.

Declinabilia.

Ordinalia.

Ordinalia, πρῶτος, *primus:* δεύτερος, τρίτος, τέταρτος, πέμπτος, ἕκτος, ἕβδομος, ὄγδοος, ἔνατος, δέκατος, *decimus:* ἑνδέκατος, δυοκαιδέκατος, τρισκαιδέκατος, &c. εἰκοστὸς, *vicesimus:* εἰκοστὸς πρῶτος, εἰκοστὸς δεύτερος, &c. τριακοστὸς, τεσσαρακοστὸς, πεντηκοστὸς, ἑξηκοστὸς, ἑβδομηκοστὸς, ὀγδοηκοστὸς, ἐννενηκοστὸς, ἑκατοστὸς, *centesimus:* διακοσιοστὸς, τριακοσιοστὸς, &c. χιλιοστὸς, *millesimus:* δισχιλιοστὸς, μυριοστὸς, *decies millesimus:* δισμυριοστὸς: & sic deinceps.

[1] ΟΥΔΕΙ῝Σ Et μηδεὶς ex εἷς cōposita (143,12. & 25.) declinatur etiam in plurali, οὐδένες, μηδένες, *nulli:* οὐδένας, μηδένας, *nullos.* [*οὐδεὶς & μηδεὶς si ex εἷς deducãtur, rectius circumflectuntur, vt apud Ælium Dionysium & in Varini Cornucopia aliquoties scriptum inuenies οὐδεῖς. si vero ex δεὶς, acuuntur. Vtriusque & deriuationis & scripturæ meminit Eustathius. Veterum (inquit) nonnulli compositum esse dixerunt non ex tribus, μὴ, δὲ, & εἱς, sed è duobus, μὴ & δεὶς, nomine inusitato: ideoque non circumflecti, velut ab εἷς deriuatum sed acui: ita vt sit δεὶς δενὸς cum suis compositis, sicut κτεὶς κτενός. Hæc Eust. in istud hemistichium Iliad. θ,* νῦν δ' οὐδ' ἑνὸς ἄξιοί εἰμεν Ἕκτορος, nunc vero ne vnum quidem Hectorem dignè adæquare possumus. *[illegible]em deductionem confirmant fœminina οὐδεμία & μηδεμία, quæ à δεὶς formari non possunt: tum accentus, qui in tota compositorum flexione & qualitatem & sedem habet eandem quam in simplicibus εἷς μία ἕν. vt enim* 1

οὐδένες.
μηδένες.

ANNOTATIO.

De deductione οὐδεὶς & μηδεὶς.

enim εἷς ἑνὸς ἑνὶ ἕνα, *sic* οὐδεὶς οὐδενὸς οὐδενὶ οὐδένα. *rursum vt* μία μιᾶς μιᾷ μίαν, *sic* οὐδεμία οὐδεμιᾶς οὐδεμιᾷ οὐδεμίαν. *itidemque genere neutro. & in altero comp.* μηδεὶς *Latinè quoque Nullus, dicitur pro Ne vnus quidem, vel diminutiuè Ne vnulus quidem: (inde enim contractum est Vllus, vt Bellus ex Benulus, ab obsoleto Benus; Villum ex Vinulum) & Nemo pro Ne vnus quidem homo. Synonymũ* οὔτις, *compositũ ex* οὐ *&* τὶς, haud quisquam, *accentum remittit in syllabam præcedentem, vt encliticum: eodemque modo in*

δυοῖν, δυεῖν. 2 *reliquorũ casuum & generũ flexione.*] [2] Δυοῖν est omnis generis: δυεῖν verò plerunque fœmininum, & Atticum.

δύο, δυσί. at δύω vt omnium generum, sic etiam omnium est casuum; in prosa quoque. Sed reperitur etiam genitiuus pluralis δυῶν, & datiuus δυσί. Ac notandum hoc nomen re vera duale, iungi substantiuis & articulis ac verbis non solum dualibus, sed etiam pluralibus.

τέσσερες. τέτορες. πίσυρες. πίσσυρες. δυοκαίδεκα. τριηκόντων.

3 [3] Ionicè τέσσερες: Doricè τοὶ ταὶ τέτορες, τετόρων, τετόρεσι, (150,26.) τέτορας: τὰ τέτορα. poëticè οἱ αἱ πίσυρες, τὰ πίσυρα, τῶν πισύρων, τοῖς ταῖς τοῖς πισύρεσι, τοὺς τὰς πίσυρας,

4 τὰ πίσυρα: Æolicè οἱ αἱ πίσσυρες, &c. [4] Inuenitur tamen δυοκαίδεκαν pro δώδεκα vel δυοκαίδεκα; & τριηκόντων pro τριάκοντα, quod Ionicè dicitur τριήκοντα verso α in η: sic τεσσερήκοντα pro τεσσαράκοντα: & ὀγδώκοντα pro ὀγδοήκοντα.

ἐξ & ἐκ. 5 [5] ἐξ in compositione præpositum consonanti, fit ἐκ,

Annotatio. 6 ἑκκαίδεκα, *sedecim.* [6] Vel δυοκαίδεκα, inserta cõiunctione copulatiua καὶ, & præposito minori numero: sic τρισκαίδεκα, τεσσαρεσκαίδεκα, πεντεκαίδεκα, &c. vt vna dictio composita: vel etiam vt tres dictiones, δύο καὶ δέκα,

7. 8 τρεῖς καὶ δέκα. [7] Doricè εἴκατι. [8] Ionicè ὀγδώκοντα.

Numeratiua in πλοῦς, πλάσιος & ας.

Deriuantur & alia numeratiua ab his numeralibus, finita in πλοῦς, πλάσιος, & ας: vt διπλοῦς, τριπλοῦς, τετραπλοῦς, πενταπλοῦς, ἑξαπλοῦς, ἑπταπλοῦς, ὀκταπλοῦς, ἐννεαπλοῦς, δεκαπλοῦς, &c. id est, *duplus, triplus,* &c. διπλάσιος, τριπλάσιος, τετραπλάσιος, πενταπλάσιος, ἑξαπλάσιος, ἑπταπλάσιος, ὀκταπλάσιος, ἐννεαπλάσιος, δεκαπλάσιος, &c. id est, *duplex, triplex,* &c. Finita in ας fœminina sunt, ἡ μονὰς, δυὰς, τριὰς, τετρὰς, πεντὰς, ἑξὰς, ἑπτὰς, ὀγδοὰς, ἐννεὰς, δεκὰς, εἰκοσάς, χιλιάς, μυριάς, *vnitas, duitas, trinitas, quaternitas, quinarius, senarius, septenarius, octonarius, nouenarius, denarius, centenarius, millenarius, decies millenarius.* Et illa quæ dierum spatium significant,

Dialia in ταῖος.

τριταῖος, τεταρταῖος, πεμπταῖος, ἑκταῖος, ἑβδομαῖος, ὀγδοαῖος, ἐνναταῖος, δεκαταῖος, ἑνδεκαταῖος. *tertianus, quartanus, quintanus,* &c. id est, *erumpens aut aliquid agens die tertio, quarto, quinto, sexto,* &c.

GRADVS COMPARATIONIS.

Comparatiuus in τερος: Superlatiuus in τατος. Quę verò terminationes adiectiuorũ admittãt comparationẽ, & qua ratione aut litera tollatur aut vocalis permutetur, planũ est ex sequentibus exẽplis, quę in singulis terminationib⁹ collocauimus loco præceptionũ. — τερος, τατος.

ος { ἔνδοξος, ἐνδοξότερος, ἐνδοξότατος, *gloriosus.* — ος { ότερος. ώτερος.
πρᾶος, πρᾳότερος, πρᾳότατος, *mitis.*
σοφὸς, σοφώτερος, σοφώτατος, *sapiens.* }

ων σώφρων,[1] σωφρονέστερος, σωφρονέστατος, *modestus.* 1 — ων ονέστερος.
ας μέλας,[2] μελάντερος, μελάντατος, *niger.* 2 — ας άντερος.
εις χαρίεις, χαριέστερος, χαριέστατος, *gratiosus.* — εις έστερος.
ης εὐσεβὴς, εὐσεβέστερος, εὐσεβέστατος, *pius.* — ης έστερος.
ους ἁπλοῦς, ἁπλούστερος, ἁπλούστατος, *simplex.* — ους ούστερος.
υς εὐρὺς, εὐρύτερος, εὐρύτατος, *latus.* — υς ύτερος.

Ex ος,[3] præcedẽte vocali longa vel natura vel positione, fit ότερος & ότατος per ο μικρὸν: vt ἔνδοξος, πρᾶος: alioqui si præit breuis, per ώτερος & ώτατος, vt σοφός. At κενὸς, κενότερος, κενότατος,[4] *vacuus:* στενὸς, στενότερος, στενότατος, *angustus.* 3 — *Annotatio.* 4

Irregulariter comparãtur ἀγαθὸς, *bonus:* comparatiuus, ἀμείνων, ἀρείων,[5] βελτίων, κρείττων, λωΐων, *melior:* superlatiuus ἄριστος, βέλτιστος, κράτιστος, λῷστος, & quandoque ἀγαθώτατος, *optimus.* 5 — *Comparationes irregulares.*

259.10. Κακὸς, *malus:* comparatiuus,[6] κακίων, χείρων,[7] χερείων, *peior:* superlatiuus, κάκιστος, χείριστος, *pessimus.* 6. 7
καλὸς,[8] καλλίων, κάλλιστος, *pulcher.* 8
αἰσχρὸς, αἰσχίων, αἴσχιστος, *turpis.*
ἐχθρὸς, ἐχθίων, ἔχθιστος, *inimicus.*
ῥᾴδιος, ῥᾴων, ῥᾷστος, *facilis.*
λάλος,[9] λαλίστερος, λαλίστατος, *loquax.* 9
φίλος,[10] φίλτερος,[11] φίλτατος, per syncopen pro φιλώτερος, φιλώτατος, *amicus.* 10 11
μέγας,[12] μείζων, μέγιστος, *magnus.* 12

13 πολὺς, [13] πλείων, πλεῖστος, *multus.*

υς { ύτερος, ύτατος: ίων, ιστος.

14 Hæc, [14] βαθὺς, *profundus*: βραδὺς, *tardus*: γλυκὺς, *dulcis*: ἡδὺς, *ſuauis*: παχὺς, *craſſus*: ταχὺς, *celer*: ὠκὺς, *velox*, habent ύτερος & ύτατος, vt δρὺς: vel ίων & ιστος, βαθίων, βάθιστος. cæterùm ταχὺς facit etiam

15 [15] θάσσων.

μικρὸς, μικρότερος, μικρότατος, *paruus*: vel cõparatiuus,

16 [16] ἐλάττων, ἥττων, μείων: ſuperlatiu⁹, ἐλάχιστος.

Comparatio in ſubſtantiuis.

17 Comparatio etiam ex [17] ſubſtantiuo, κέρδος, *lucrum*; κερδίων, *lucroſior*; κέρδιστος, *lucroſiſſimus.*

In verbis.

18 Sed & in verbis locum habet, [18] βάλλω, *mitto*, βέλτερος ſeu βελτίων, βέλτιστος, *melior, optimus*: φέρω, *fero*, φέρτερος, *præſtantior*, φέρτατος, φέρτιστος, & φέριστος, *præſtantiſſimus.*

In aduerbiis.

In aduerbiis; ἄνω, *ſuprà*, ἀνώτερος, ἀνώτατος, *ſuperior, ſupremus*: κάτω, *infrà*, κατώτερος, κατώτατος, *inferior, infimus*; μάλα, *valde*, μᾶλλον, μάλιστα, *magis, maximè*: πόῤῥω, *longè*, ποῤῥώτερος, ποῤῥώτατος, *remotior,*

19 *remotiſſimus*: [19] πέρα, *vltrà*, περαιτέρω, περαίτατον, *vlterius, vltimùm*: ἐγγὺς, *propè*, ἐγγύτερος, ἐγγύτατος, vel ἐγγίων, ἔγγιστος, *propior, proximus*: ἔξω, *extrà*, ἐξώτε-

20 ρος, ἐξώτατος, *exterior, extimus* [20].

In participiis.

In participio; ἐῤῥωμένος, *validus*, ἐῤῥωμενέστερος, ἐῤῥωμενέστατος, *validior, validiſſimus.*

In præpoſitionibus.

In præpoſitionibus; ὑπὲρ, *ſupra*, ὑπέρτερος, ὑπέρτατος, *ſuperior, ſupremus*: πρὸ, *ante*, πρότερος, *prior*, πρότατος, & eliſo τ factaque craſi, πρόατος, πρῶτος, *primus.*

ANNOTATIO.

1 [1] TAMEN ὁ καὶ ἡ πέπων, ονος, *maturus, mollis*, facit

2 πεπαίτερος, *maturior, mollior.* [2] Sic à τάλας, *miſer*, (141,38. & 251,2.) fit ταλάντερος, ταλάντατος, *miſerior, miſerrimus.*

3 his duobus ſimilia non inueniuntur. [3] Tamen ex κακόξεινος, id eſt, *qui malè aut neminem hoſpitio excipit*, Homerus dixit κακοξεινώτερος. nam ſimplex eſt, ξένος,

κακοξεινώτερος.

4 *hoſpes*: pro quo poëtæ ξεῖνος. [4] κενὸς & στενὸς in comparatiuo ac ſuperlatiuo retinere ο neſcio quam rectè tradat CLENARDVS: apud Athenęum enim lib. 3. legimus, κενώτερον λεβηρίδος, *inaniorem ſerpentis exuuio*: & apud

κενώτερον.

Poly

Polyænum lib.2, cap.31. εἴσοδον στενωτάτην, *ingressum, angustissimum*, per ω, in tribus exemplaribus manuscriptis. [5] Ἀρείων & λωΐων poëtica sunt. sic λῷστος & ἀγαθώτατος. à 5 communi ὁ ἡ λωΐων, neutrum τὸ λώϊον, & crasi Attica λῷον, 118, 18. & 152, 1. Pro βελτίων poëtæ dicunt βέλτερος: quod CLENARDVS format à verbo βάλλω. Pro κρείττων Attico, commune est κρείσσων. Doricè κρέσσων & κάρρων. [6] Poëticè κακώτερος. [7] χερείων poëticum est. 6.7 datiuus χερείονι; verso ο in η, & syncope literarum ον, χέρηϊ. sic in accusatiuo χέρηα pro χερείονα: & in nominatiuo plurali χέρηες pro χερείονες. [8] καλλίων & κάλλιστος 8 videntur formari à substantiuo τὸ κάλλος, εος, *pulchritudo*. [9] λαλίστερος & λαλίστατος, Attica sunt. Attici enim 9 non rarò à positiuis in ος formant comparatiua in ίστερος, & superlatiua in ίστατος: vnde sunt illa, ὀλίγος, *paucus*, ὀλιγίστατος atque ὀλίγιστος, *paucissimus*: λάγνος, *libidinosus*, λαγνίστερος, λαγνίστατος, *libidinosissimus*: ὀψοφάγος, *obsonator*, ὀψοφαγίστατος, *obsoniis deditiss.* Atque horum formam sequuntur ὁ ἡ ἀλαζὼν, όνος, *ostentator*, ἀλαζονίστατος, *maximus ostent.* ὁ ἅρπαξ, αγος, rapax, ἁρπαγίστατος, *rapaciss.* ὁ βλὰξ, βλακὸς, *mollis*, βλακίστατος, *molliss.* ὁ κλέπτης, ου, *fur*, item *callidus, taciturnus*, κλεπτίστατος, *furaciss. calidiss. & maximè taciturnus*: ὁ πλήκτης, ου, *percussor*, πληκτίστατος, *proniss. ad verberandum*: ὁ πότης, ου, *potor, vinolus*, ποτίστατος, *potor maximus*: ὁ ἡ ψευδὴς, έος, *mendax*, ψευδίστατος, *mendacissimus*. Iones autem pro Atticis ίστερος & ίστατος dicunt έστερος & έστατος: quibus tamen Attici quoque interdum vtuntur: vnde illa, αἰδοῖος, αἰδοιέστερος, *venerabilis, lior*: ἄκρατος, ἀκρατέστερος, ἀκρατέστατος, & Ionicè ἀκρητέστατος, *merus, purus, rior, rissimus*: ἄμορφος, ἀμορφέστερος, ἀμορφέστατος, *deformis, ior, issimus*: ἀναγκαῖος, ἀναγκαιέστατος, *necessarius, maximè necessarius*: ἀνιηρὸς, ἀνιηρέστερος, *molestus, molestior*: ἄπονος, ἀπονέστερος, *libere curens, facilis, ior*: ἀρχαῖος, ἀρχαιέστερος, *antiquus, ior*: ἀσμενος, ἀσμενέστερος, ἀσμενέστατος, *lubēs, lubētior, issimus*: hinc ἀσμενέστατα, *lubētissimè*: ἄφθονος, ἀφθονέστερος, ἀφθονέστατος, *abundās, tior, tissimus*: ἀφνειὸς, ἀφνειέστερος, ἀφνειέστατος, *locuples, etior, etissimus*: γενναῖος, γενναιέστατος, *generosus, sissimus*: δίκαιος, δικαιέστερος, *iustus, iustior*: ἐπιτήδειος, ἐπιτηδειέστατος, *commodus, dissimus*: ὄψιος, ὀψιέστερος, atque ὀψίτερος, *serus, serò veniens*: σπάνιος, σπανιέστερος, *rarus, rarior*: σπουδαῖος, σπουδαιέστερος, σπουδαιέστατος, *studiosus, issimus*: πτωχὸς, πτωχέστερος & πτωχίστερος, *pauper, rior*: [illegible] *tilis, lior*: [illegible] *amœnus* [illegible] ὡραῖος, ὡραιέστατος, *pulcher, errimus*. [10] [illegible]

βέλτερος.
κρέσσων.
κάρρων.
κακώτερος.
χέρηϊ. χέρηα,
χέρηες.
Atticismus: ος, ιστερος, ίστατος.
ὀλίγιστος.
Ionismus: ος, έστερος, έστατος.
ἀσμενέστατα.
ὀψίτερος.
[illegible]

Atticismus: ος, αίτερος, αίτατος.

& φιλαίτατος. Nam Attici à positiuis in ος, sæpe formant compariua in αίτερος, & superlatiua in αίτατος: vnde illa, ἥσυχος, ἡσυχαίτερος, *quietus, ior*: ἴδιος, ἰδιαίτερος, ἰδιαίτατος, *peculiaris, magis pecul. maximè peculiaris*: ἴσος, ἰσαίτερος, ἰσαίτατος, *æqualis, ior, issimus*: μέσος, μεσαίτερος, μεσαίτατος, *medius, magis medius, maximè medius*: μοιχὸς, μοιχαίτατος,

μοιχοίτατος.

& μοιχοίτατος, *adulter, maximus adulter siue mœchus*: Sed acutè notat Sylburg. Superlatiua ista nominis μοιχὸς nusquam reperiri: ac μοιχότατος saltem cacophonyæ nomine suspectum esse: μυχὸς, *secessus*: μυχαίτατος, &

μυχοίτατος.
μύχατος.

μυχοίτατος, atque μύχατος, *penitiss.* πλησίος, πλησιαίτερος, & Ionicè πλησιέστερος, *propinquus, ior*: πρώϊος, πρωϊαίτερος, πρωϊαίτατος, *maturè veniens, maturior: rimus*: ὄψιος, ὀψιαί-

φίλιστος.

11 τερος, ὀψιαίτατος, *serus, ior, iss.* [11] Poëticè φίλιστος. [12] Et

μάσσων.

12 poëticè μάσσων: quo vsus est & Xenophon. [13] Poëticè

πλέων, τὸ πλέον,

13 πλέων: neutrum πλέον, *plus*; & Atticè πλεῖν, Ionicè πλεῦν,

πλεῖν, πλεῦν.

14 πλεῦνος. [14] His adde βραχὺς, *breuis*, βραχύτερος, βραχύτα-

15 τος, vel βραχίων, βράχιστος, *ior, issimus*. [15] Sic βαθὺς, βάσσων:

σσων ab ύς.

βραδὺς, βράσσων, βραδίων, βράδιστος, & βραδύτερος, βραδύτατος: γλυκὺς, γλύσσων, γλυκίων, γλύκιστος, & γλυκύτερος, γλυκύτατος: παχὺς, πάσσων, παχίων, πάχιστος, & παχύτερος, παχύ-

ἐλάσσων.

16 τατος. [16] Ἐλάττων & ἥττων Attica sunt, cōmuniter ἐλάσσων & ἥσσων: atque vt βάσσων formatur à βαθὺς, & reliqua in σσων, de quibus numero præcedente, ab υς, sic ἐλάσσων ab ἐλαχὺς, *paruus, vilis*: quod etiam vt præcedentia format

ἐλάχιστα.

ex se ἐλαχύτερος, & ἐλαχίων, ἐλάχιστος: vnde ἐλάχιστα, *minimè*: hinc etiam aliud comparatiuum ἐλαχιστότερος, *infimior*.

Comparatiua & superlatiua à comparatiuis & superlatiuis.

nam apud poëtas non rarò comparatiua & superlatiua nunc à cōparatiuis, nunc à superlatiuis ducuntur: ἆσσον, *propiùs*, ἀσσοτέρω *proximiùs*, ἀσσοτάτω, *proximè*: est autem ἆσσον, comparatiuum pro ἔσσον, verso ε in α longum, à positiuo ἐγγὺς, *prope*. nam vt à βαθὺς est βαθύτερος βαθίων βάσσων, sic ab ἐγγὺς, ἐγγύτερος ἐγγίων ἔσσων, neutrum ἔσσον, vnde ἆσσον. ἔσχατος, *extremus*, superlatiuum sine positiuo: hinc ἐσχατώτατος, *omnium extremus*. κακὸς, *malus*, χερείων, *peior*: hinc χερειότερος, *multò peior*: superlatiuum χείριστος, *pessimus*: vnde χειρότερος, *multò peior*. κυδρὸς, *clarus, gloriosus*, κύδιστος, *clarissimus*: hinc κυδιστατος, *omnium clarissimus*. ἀγαθὸς, *bonus*: λωΐων, *melior*: hinc λωΐτερον, *multò melius*. πρὸ, πρότερος, *ante, anterior*, προτεραίτερος, *multò anterior, multò prior*. ῥᾴδιος, *facilis*, ῥᾴων, *facilior*: hinc ῥᾳότερον, & Ionicè ῥηΐτερον, *facilius*, & ῥηΐτερος, *facilior*. dicunt Iones etiam ῥηΐδιος, & poëtæ ῥήϊος, pro ῥᾴδιος, dissoluta diphthongo, & verso α in η: hinc ῥηϊδίως pro ῥᾳδίως, *facile*: & ῥήϊστος pro ῥᾷστος, *facillimus*: vnde ῥήϊστα pro ῥᾷστα,

facillè

ANNOTATIO de Comparatiuis in σσων.

facillimè. [*Præpostere syncopata comparatiua præponũtur. nam quæ in σσων desinunt, formantur è puris in ιων, eliso ι, & præcedentibus consonantibus in σσ versis: vt γλυκίων γλύσσων*, dulcior, *à γλυκὺς*, dulcis. *Eodemq́ modo è positiuo μέγας* magnus, *factũ prius μεγίων, inde μέσσων, exinde μέζων (quod Iones vsurpant. Dorij μέσδων dicũt, cuius exemplum habes apud Plutarchum Lycurgo, p. 95.) Atticè inserto ι, μείζων. Videtur itidem ex πολὺς factũ prius πολίων & πόλιστος, exinde metathesi & trope πλείων & πλεῖστος. Insuper cõparatiua cætera quæ cõmemorãtur p. 255, v. 27. κακίων, καλλίων, αἰσχίων, ἐχθίων, κυδίων, μηκίων, sunt ab obsoletis positiuis in υς, quod satis arguunt cùm verba in ύνω, tum substantiua in ος, quæ inde promanarunt. vt enim à positiuo ταχὺς, præter comparatiuum ταχίων, est verbum ταχύνω, sic κακύνω, καλλύνω, αἰσχύνω, μηκύνω, ab exoletis adiectiuis κακὺς καλὺς, αἰσχὺς, μηκὺς, pro quib. inualuerunt κακὸς, καλὸς, αἰσχρὸς, μακρὸς, ad quæ supradicta comparatiua solent referri. rursum vt à ταχὺς est etiam substantiuũ τάχος sic à prædictis obsoletis sunt κάκος, κάλλος, αἶσχος, ἔχθος, κῦδος μῆκος. Denique vt & de ῥᾴων aliquid dicam, videtur ex ῥάδιος primũ extitisse ῥαδίων, inde Ionica ecthlipsi τοῦ δ, ῥαίων, cum superlatiuo ῥᾷστος: exinde synæresi Attica ῥᾴων & ῥᾷστος sicut λῴων & λῷστος, ex λωίων & λώϊστος, nisi fortè malis deducere à ῥᾶος, quod apud Etymologũ extat. Potest & præcedentibus duobus, ἀρείων & κρείττων, genuina restitui origo. ab ἄρης Mars, est ἀρίων, Attica epenthesi τοῦ ε (vt paulo ante in μείζων) ἀρείων, q.d. Martialior, fortior, præstantior: & superl. ἄριστος, Martialissimus, fortissimus, præstantissimus. Sic à κρατὺς validus, pollens, est κρατίων validior, κράτιστος validissimus. ex κρατίων autem κράσσων: vnde primum metathesi κάρσων (ex quo per Atticam tropen, 118, 7. κάῤῥων, Doriis vsitatissimum, vt in trimetro isto apud Plutarchum Lycurgo, ἄμμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ καῤῥονες*, nos vero erimus multo pollentiores seu fortiores) *deinde Ionica antithesi κρέσσων (quo Democritus vtitur apud Stobæum) vnde Attica epenthesi κρείσσων. & trope κρείττων.*] [17] Sic ὁ βασιλεὺς, *rex*, βασιλεύτερος pro 17

> ῥᾴων Ionica ecthlipsi τοῦ δ ῥαίων synæresi Attica ῥᾴων à ῥάδιος.

> ἀρείων ab ἄρης Attic. epenth. τοῦ ε.

βασιλικώτερος, id est, *qui maiori est regno præditus*; βασιλεύτατος, *inter reges primus, regno dignissimus*. θεὸς, deus, θεώτερος, *diuinior*. τὸ μῆκος, εος, *longitudo*, μήκιστος, *longissimus*; vnde μήκιστα, *longissimè*. Sunt qui malint referre ad ὁ μακὺς, έος, *prolixus*: alij ad μακρὸς, ὃ, *longus*. τὸ πῖον, πίονος, *pingue*, πιότατος, *pinguissimus*. τὸ ὕψος, *altitudo*, ὑψίτερος, *altior*, ὕψιστος *altissimus*: vel ab aduerbio ὕψι, *altè*. [18] Sunt qui malint θέλτερος & θέλτατος ducere à 18

βέλομαι, *volo, cupio*, vt ab *opto, optimus*. ſic à δέω, ſiue poetico δεύω, *indigeo*, δεύτερος, *inferior, poſterior, ſecundus*;
19 δεύτατος, *infimus, poſtremus, ultimus*. [19] πέρα ante conſonantes, & πέραν ante vocales. Porrò περαιτέρω & περαιτάτω aduerbia à nominibus περαίτερος & περαίτατος facta eſſe, haud inconuenienter dicere poterimus. Nam ſæpenumero aduerbia ducuntur à nominibus comparatiuis & ſuperlatiuis: ac modò quidē ſimilia ſunt neutro vel ſingulari vel plurali: modò formantur à genitiuo plurali in ων abiecto ν, vel in ς mutato: vt πρῶτον, πρῶτα, vel cū articulis τὸ πρῶτον, τὰ πρῶτα, & πρώτως, *primum*, à πρῶτος, *primus*. ſic ἀληθέστερον, ἀληθέστερα, ἀληθεστέρως, *veriùs*, ab ὁ ἡ ἀληθὴς, ἀληθέστερος, *verus, verior*: atq; ſine ς, ἐγγυτέρω, *propiùs*, ἐγγυτάτω, *proximè*, ab ἐγγὺς, ἐγγύτερος, ἐγγύτατος, *propè, propior, proximus*: ἐνδοτέρω, *interiùs*, ἐνδοτάτω, *intimè*, ab ἔνδον, ἐνδότερος, ἐνδότατος, *intus, interior, intimus ſeu penitiſſimus*: ἑκαστέρω, *longiùs, ulteriùs*, ἑκαστάτω, *longiſſimè*, ab ἑκὰς, ſeu ἑκὰ, *de longè, procul à*: ἐξωτάτω, *extimè*, ab ἔξω, ἐξώτερος, ἐξώτατος, *extra, exterior, extimus*: κατωτέρω, *inferiùs*, κατωτάτω, *infimè*, à κάτω, κατώτερος, κατώτατος, *infrà, inferior, infimus*: μακροτέρω & μακρότερον, *longiùs, ulteriùs*, à μακρὸς, *longus*, μακρότερος, *longior*, quod & μακρῶν & μάσσων, *longior*: ſed μάσσων ſignificat etiam *maior*, ac tum refertur ad μέγας. παροιτέρω & παροίτερον, *priùs, ulteriùs*, à πάρος, παροίτερος, παροίτατος, *antea, prior, primus*. ποῤῥωτέρω & ποῤῥώτερον, *longiùs*, ποῤῥωτάτω & ποῤῥώτατα, *longiſſimè*, à πόῤῥω, ποῤῥώτερος, ποῤῥώτατος, *longè, longior, longiſſimè ſitus*. προσωτέρω, *ulteriùs*, (vnde τὰ προσωτέρω, *ulteriora*) προσωτάτω & προσώτατα, *longiſſimè*, à πρόσω, προσώτερος, προσώτατος, *ultrà, ulterior, ultimus ſeu longiſſimè remotus*. ſic περαιτέρω & περαίτατα, à nominib. περαίτερος & περαίτατος, *ulterior & ultimus*: hæc verò fiunt à poſitiuo πέραος, id eſt, *qui eſt ultrà, ulterior*. Attici enim à quibuſdam poſitiuis in αιος formant comparatiua in αίτερος, & ſuperlatiua in αίτατος, pro αιότερος & αιότατος, ſyncopato videlicet ο: vnde ſunt illa, γεραιὸς, γεραίτερος, γεραίτατος, *ſenex ſeu antiquus, ior, iſſimus*: παλαιὸς, *vetus, ſenex*, παλαίτερος, *antiquior* (hinc παλαίτερον, *iampridem, antea*) παλαίτατος, *antiquiſſimus*, παλαίτατοι, *qui ſunt ætate*
20 *prouectiſſima*: σχολαῖος, σχολαίτερος, *tardus, tardior*. [20] His, atque illis quæ præcedenti ſcholio enumerata ſunt, adde ἄφαρ, *ſtatim, continuò*, ἀφάρτερος, *celerior*: ὀπίσω, *retrò, ponè*, ὀπίστερος, *poſterior, qui magis eſt à tergo*, ὀπίστατος, *poſtremus, ultimus*.

Aduerbia ducta à nominib. cōparatiuis & ſuperlatiuis.

[illegible] αιος, αίτερος, [illegible]

Verbalia proficiſcuntur à [1] perſonis per- 1 a 62.36.
fecti paſſiui, ablato augmento.
[2] A prima perſona fiunt finita in μα & μος; 2
[3] πέπραγμαι, *egi, rem geſſi* : τὸ πρᾶγμα, *factum, ne-* 3
gotium, res. [4] ἔψαλμαι, *cantatus ſum* : ὁ ψαλμὸς, 4
cantus, pſalmus.

Formatio verbalium in μα μος.

A ſecunda, ις; [5] λέλεξαι, *dictus es* : ἡ λέξις, *dictio* : 5
& ια, ſed ferè cũ [6] α, ὦ, δυς; [7] κέκρισαι, *iudicatus es* : 6.7
ἀκρισία, *indiſcretio, nullus delectus.* [8] τέταξαι, *ordina-* 8
tus es : εὐταξία, *bonus ordo.* [3] πέπραξαι, *egiſti, rem* 3
geſſiſti : δυσπραξία, *infelicitas in rebus gerendis.*

ις. ια.

[9] A tertia, της, τος, τηρ, τήριον, τρον: [10] πεποίηται, 9
factus eſt : ὁ ποιητὴς, *factor, poëta.* [11] ἤκουσται, *auditus* 10
eſt : ὁ ἀκουστὸς, *auditus, vel audibilis.* [12] κεχάρακται, 11
ſignatus eſt : ὁ χαρακτὴρ, *ſignum.* [13] πέποται, *potus eſt* : 12
τὸ ποτήριον, *poculum.* [14] δεδίδακται, *doctus eſt* : τὸ 13
διδακτρον, *pretium docendi.* 14

της. τος. τηρ. τήριον. τρον.

Ab hac perſona formãtur & illa in τέον, quæ
tanquã Gerundia ſunt; [15] γέγραπται, *ſcriptum eſt* : 15
γραπτέον, *ſcribendum eſt.* Quòd ſi tribus generi-
bus varientur, veluti Gerundiua fuerint, ὁ γρα-
πτέος, ἡ γραπτέα, τὸ γραπτέον, *ſcribendus, da, dum.*

τέον.

Annotatio.

[1] HAE Perſonæ (vt antea dictum eſt) deſinunt, pri- 1
ma quidem in μαι, ſecunda verò in σαι, ψαι, ξαι & tertiæ
in ται. Litera verò quæ in verbis has terminationes
præcedit, in verbalibus non rarò mutatur in aliam, vel
omnino deperditur: vt φαίνω, appareo, πέφασμαι, φάσμα,
viſio, non φάμμα : idem accidit pleriſque aliis factis à
verbis in αινω, vel à polyſyllabis in ύω : ξηραίνω, *ſicco*,
ἐξήρανσαι, vnde ἡ ξήρανσις & ξηρασία, *ſiccitas*, pro ξηρανσία:
ſic à θερμαίνω, *calefacio*, θέρμανσις & θερμασία, *calor* : ἰσχναί-
νω, *attenuo* : ἴσχνανσις & ἰσχνασία, *attenuatio* : ὑγραίνω, *hume-
cto*, ὕγρανσις & ὑγρασία, *humectatio, humiditas.* φλεγμαίνω,
inflammor, æſtuo, φλέγμανσις & φλεγμασία, *inflammatio.*
[2] Atque finita in μων; μνάομαι, *reminiſcor* [illegible] μέμνημαι, *me-* 2
mini; vnde ὁ ἡ μνήμων, ονος, *memor.* hinc etiam ducitur
μνήμη, *memoria.* ſic γνώμη, *ſententia* : ab ἔγνωσμαι, 219, 44.
[illegible] [3] A themate πράγω, vel πράσσω, π. ξω, *ago*. i. 4
rem gero. [4] Vide 188.25. [5] Vide [illegible] [6] α in compo- 6

Annotatio.

αίνω. ασμα. ασμα pro αμμα. αίνω. ασσις, ασια pro ανσία.

μων.

Quid significent in compositione α, εὖ & δυς.

sitione varia significat: tamē ferè semper priuandi vim
habet, vt hoc loco. εὖ in cōpositis significat facilè, pro-
cliuè, pronum, bonū, scitè, appositè: eius contrarium est
δυς, quod significat in compositione difficultatem, im-
7 possibilitatem, malum & perniciosum. [7] Vide 189,20.

τέταξαι. *τωρ.*

8.9 [8] A themate τάττω, μ. ξω, *ordino, dispono.* [9] Atque πέπα-
μαι, *possideo*: κέκτηται; vnde ὁ κτήτωρ, ορος, *possessor.* & πε-
φλογίζω, *exuro*, πεφλόγισται, φλογίστρα, *fossa in qua mactabā-
tur sues, eorumq́ setæ flammis absumebantur*: vocabatur
etiā εὗστρα; quod & ipsum verbale est, ab εὗσται, verbi εὕω
idem quod φλογίζω. Hinc quoque formantur quædam
poëtica in τύς: κιθαρίζω, *cithara ludo*, κεκιθάρισται, ἡ κιθα-
ριστὺς, ύος, *ars cithara ludendi*: vnde & ὁ κιθαριστής, οῦ, *ci-
tharista, citharœdus*: à quo rursus, ἡ κιθαριστρὶς, ίδος, *citha-
ristria.* nam à verbalibus non rarò ducuntur alia nomi-
na: vt à πρᾶγμα, ὁ πραγματεὺς έως, *negotiator*: πραγματικὸς,
ad res gerendas pertinens: πραγμάτιον, *negotiolum*: πραγμα-
τώδης, εος, *difficilis, intricatus.* à σώζω, *seruo*, σέσωσται: hinc
abiecto σ, ὁ σωτὴρ, ῆρος, *seruator*: vnde ἡ σώτειρα, *seruatrix*:
& ὁ σωτήριος, *salutaris*: vnde rursus ἡ σωτηρία, ας, *salus*,
& σωτηριώδης, *saluber*, atq; σωτηριακὸν, *pretium quod pro*
10 *funeris elatione datur.* [10] Vide 204,16. [11] Vide 189,34.

κεχάρακται. *πέποται.*

11 [12] A χαράττω, μ. ξω, *sculpo, signo, imprimo.* [13] πέποται
12 non est in vsu, ac regulariter dicendum est πέπωται per
13 ω μέγα, à πίνω, *bibo*, futur. πώσω, præteritum πέπωκα, tan-
quam à πόω, μ. ώσω, vt dicetur in Inuestigatione the-
matis, in verbo πίνω: tamen ποτήριον scribitur per ο μι-
κρόν. nam, vt superiùs diximus, litera quæ præcedit
terminationes μαι, σαι, ται, interdum mutatur in aliam
in verbalibus, præcipuè verò à verbis in έω, άω, όω di-
syllabis: sed in huiusmodi (vt postea dicetur) si penul-
tima verbalis sit lōga, ducetur tanquā à verbo circum-
flexo: si sit breuis, tanquam à verbo in μι. Vide Inuesti-

Annotatio. *γεγραπται.*

14 gationem thematis in verbo ἔχω. [14] Vide Inuestiga-
15 tionem thematis in verbo διδάσκω. [15] A γράφω, *scribo.*

Appendix. Verbalia in ος & η ducta à preterito med. βόλος & βολη à βάλλω.

Deducuntur præterea infinita penè verbalia à per-
fecto medio, ablato quoque augmento, & verso α in ος
aut in η: vt à λέγω, *dico*, perfectum medium λέλογα, vnde
ὁ λόγος, *sermo*: sic ab ἐπιστέλλω, *mitto*, perfectum medium
ἐπέστολα, vnde ἡ ἐπιστολὴ, *epistola.* Porrò quę fiunt à βάλλω,
iacio, & compositis, penultimam per ο efferunt; ὁ βόλος
& ἡ βολὴ, *iactus.*

εια ab εύω.

Fiunt quoque plurima verbalia à verbis in εύω, mi-
grante εύω in εια: βασιλεύω, *regno*, ἡ βασιλεία, *regnum*:
δουλεύω, *seruio*, δουλεία, *seruitus.*

Appen

Appendix de quatuor reſiduis nominum deriuatorum formis: nempe Patronymicorum, Poſſeſſiuorum, Diminutiuorum & Demonſtratiuorum.

Cvm è ſeptem nominum deriuatorum formis, tres tantùm Clenardvs attigerit; nempe nomina comparatiua, ſuperlatiua, & verbalia, videtur hic locus exigere, vt de aliis quoque aliquid dicamus: ac primùm quidẽ de Patronymicis, deinde verò de Poſſeſſiuis, Diminutiuis ac Denominatiuis. Patronymicũ igitur nomẽ eſt, quod deducitur à patris nomine, & filium ſignificat; vt à Κρόνος, Κρονίδης, *Saturnus, Saturnides* vel *Saturnius*, id eſt, Saturni filius. Interdum etiam, ſed raró ab aui nomine formatur, præcipuè ſi à Ioue originem traxerit; vt Αἰακὸς, Αἰακίδης, *Æacus*, *Æacides*, id eſt, Æaci nepos. Aliquando etiam, ſed rariùs, à matris nomine; vt ἡ Λητὼ, τῆς Λητόος, ὁ Λητοΐδης, *Latona*, *Latonides*, nempe Apollo Latonæ filius. Ducuntur verò patronymica maſculina à tribus declinationibus: à prima quidem, verſo ας vel ης in άδης; Αἰνείας, Αἰνειάδης, *Æneas*, *Æneades*: Ιππότης, Ιπποτάδης, *Hippotes*, *Hippotades*. à tertia verò, verſo ος in ίδης: Πρίαμος, Πριαμίδης, *Priamus*, *Priamides*: vel etiam in άδης, quum ſcilicet terminationem ος præcedit ι, Ἥλιος, Ἡλιάδης, *Sol*, *Solis filius*. à quinta autem, mutando ος genitiui in ίδης; ὁ Πηλεὺς, τοῦ Πηλέος, ὁ Πηλεΐδης, & craſi Πηλείδης. quum enim terminationem ίδης, præcedit ε vel ο, vocales ει & οι coaleſcunt in diphthongos ει, οι. Cæterùm in Πηλεὺς, & reliquis in εὺς, genitiuus Ionicus eſt ῆος, à quo itidem formatur patronymicum, τοῦ Πηλῆος, ὁ Πηληΐδης, & epentheſi τοῦ α poëtis in patronymicis familiari, ὁ Πηληϊάδης, τοῦ Πηληϊάδου, & Ionicè Πηληϊάδεω, apud Homerum primo verſu Iliados. Vtuntur etiam interdum poëtæ in patronymicis ſyncope, epentheſi contraria: vt ὁ Ἠετίων, τοῦ Ἠετίωνος, ὁ Ἠετιωνίδης, & ſyncope, Ἠετίδης, *Eetides*, *Eetionis filius*. Iones autem patronymica in ίδης, formant in ίων: Κρονίδης, Κρονίων: Πηλείδης, Πηλείων. ſic ab Ιαπετὸς, Ιαπετίδης: Ionicè ὁ Ιαπετίων, τοῦ Ιαπετίωνος, ſyſtole Ιαπετίονος: à quo genitiuo aliud rurſus patronymicum formatur, ὁ Ιαπετιονίδης, *Iapeti filius*, nempe Prometheus, apud Heſiodũ. Patronymica fœminina formantur eodem modo à primitiuis: ſed quum maſculina definunt in άδης aut ίδης, fœminina reiecto δη, definũt in ας, aut ις: vt ὁ Ἥλιος, ὁ Ἡλιάδης, ἡ Ἡλιάς: ὁ Κάδμος, *Cadmus*, ὁ Καδμίδης, ἡ Καδμίς:

Patronymicum quid, & vnde ducatur:
A patre:
Ab auo:
A matre:
Patronymicorũ maſculinorum formatio.
Annotatio.
Ab εὺς, ῆος, fit ηΐδης & ηϊάδης.
Epẽtheſis τοῦ α.
Syncope.
Ioniſmus: ίων pro ίδης.
Ιαπετιονίδης.
Patronymicorũ fœmininorum formatio.
ας: ις.

ίνη : ώνη. & poëticè inserto ν, (vt sæpe aliàs fit) ἡ Καδμηίς. Pauca etiam fœminina inueniuntur finita in ίνη : vt ὁ Ἄδραστος, ἡ Ἀδραστίνη, *Adrastus, Adrasti filia*: at præcedente altero ο, desinunt in ώνη : ὁ Ἠετίων, ἡ Ἠετιώνη, *Eetion, Eetione, Eetionis filia.* *Ικαριώνη.* Porrò ab ὁ Ἴκαριος fit Ἰκαριώνη, *Penelope Icarij filia.* Et hactenus de patronymicis.

Possessiuorum terminationes : κὸς, ειος, ινος, ιος ; ώδης, εὶς. POSSESSIVA Verò quæ tam à propriis quàm appellatiuis deriuantur, desinunt in κὸς, ειος, ινος, ιος: ἀνθρωπικὸς, ἀνθρώπειος, ἀνθρώπινος, *humanus*, ab ἄνθρωπος, *homo* : ἡ θάλασσα, *mare*, ὁ θαλάσσιος, *marinus*. His addunt in ώδης & εὶς exeuntia ; quæ interdum materiam, interdum similitudinem, interdum plenitudinem significant : vt ὁ λίθος, *lapis*, ὁ καὶ ἡ λιθώδης, εος, *lapidosus* : ἡ χάρις, *gratia*, ὁ χαρίεις, εντος, *gratiosus* : ἡ ἄμαθος, *arena*, ὁ καὶ ἡ ἀμαθώδης, εος, & ὁ ἀμαθόεις, εντος, *arenosus*. Et hæc de possessiuis.

Diminutiua: masc. ων, αξ, ᾶς, σκος, λος, ῦς. Fœm. ων, ις, σκη. Neutra ιον. Notio. †DIMINVTIVA Etiam & à propriis & ab appellatiuis ducuntur : ac masculina quidem sex formas habent, ων, αξ, ᾶς, σκος, λος, ῦς : fœminina tres, ων, ις, σκη: neutra verò vnicam, ιον. Exempla masculinorũ, Βακχυλίδης, Βάκχων, *Bacchylides, Bacchulus* : μωρὸς, μωρίων, *stultus, morio*: (hîc notandum, duas syllabas excedentia, habere semper ι ante ων) Ῥόδιος, Ῥόδιαξ, *Rhodius, Rhodiolus*: Ζηνόδωρος, Ζηνᾶς, *Zenodorus, Zenodorulus* : ἄνθρωπος, ἀνθρωπίσκος, *homo, homunculus*: ναύτης, ναυτίλος, *nauta, nautulus* : Διονύσιος, Διονῦς, *Bacchus, Bacchulus* : siue *Dionysius, Dionysiunculus*. Exempla fœmininorum ; Ὑψιπύλη, Ὑψίων, *Hypsipyla. Hypsipylula* : κρήνη, *fons*, ἡ κρηνὶς, ίδος, *fonticulus* : vnde Κρηνίδες & Κρηνιάδες, *deæ fontium* : ὁ καὶ ἡ παῖς, *puer vel puella*: ἡ παιδίσκη, *puellula*. Neutrorum, τὸ εἶδος, εἰδύλλιον, *forma, formula* : vel *cantio, canticula* : siue *Oda, Odula*. Hinc Pindarus suas Odas, Εἴδη appellauit, & *Pindari Εἴδη: Theocriti Εἰδύλλια.* Theocritus suas Eclogas Εἰδύλλια, quasi Odulas vel paruas poëmatis formas. Et diminutiua quidẽ sic habẽt.

Denominatiuorum deductio. DENOMINATIVORVM Autem, quæ ab aliis nominibus proficiscuntur, variæ sunt species : ac possumus ferè ab vnoquoque adiectiuorum genitiuo deducere masculina in ων: fœminina in της, ία, σύνη ; & neutra in ιον : vt à φίλος, *amicus*, ὁ Φίλων, *Philo* : ἡ φιλότης, φιλία, φιλοσύνη, *amicitia* : τὸ φίλιον, *amicum*. ab ὁ σώφρων, τοῦ σώφρονος, id est *temperans*, fit σωφροσύνη, *temperantia*, non autem σωφρονοσύνη. nam in huiusmodi syncopatur ν. Formantur quoque fœminina in ία à datiuis pluralibus participiorum vel nominum quintæ declinationis finitis in σι : vt ab εἰμὶ, *sum*, participium ὤν, ὄντος,

Mascul. in ων. Fœminina in της, ία, σύνη. Neutra in ιον.

existens, datiuus pluralis οὖσι, vnde οὐσία, *essentia*: sic ab ὁ γέρων, οντος, *senex*, datiuus pluralis γέρουσι, vnde ἡ γερουσία, *senatus*, *senum conuentus*. Fiunt præterea ab adiectiuis in ος alia adiectiua in εσιος & ιμος: vt ab ἄπειρος fit ἀπερέσιος, *infinitus*: (pro quo Homerus dixit ἀπερείσιος, longam corripiens & breuem producens) à φαιδρὸς fit φαίδριμος, & abiecto ρ φαίδιμος, *clarus, purus, fulgidus*. Fiunt quoque ab adiectiuis primæ declinationis contractorum substantiua in εια; vt ab ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, *verus, a*, fit ἡ ἀλήθεια, *veritas*. Et rursus à substantiuis fiunt adiectiua in αῖος, αλεος, & ιος: vt ab ὁ δρόμος. *cursus*, ὁ καὶ ἡ δρομαῖος, *celer, velox, cursu valēs*: à τὸ ἄλγος, *dolor, tristitia*, fit ἀργαλέος pro ἀλγαλέος, λ in ρ Atticè mutato, *molestus, tristificus*: ab ἡ ἐπιοῦσα, ης, *proximè sequens dies*, fit ὁ καὶ ἡ ἐπιούσιος, *crastinus, quotidianus*: sic ab ὁ αἰὼν, αἰῶνος, *æuum, æternitas*, fit ὁ καὶ ἡ αἰώνιος, *æternus, perpetuus*. atque nō pauca primæ in της, quæ velut adiectiua sunt; vt à δῆμος, *populus*, ὁ δημότης, ου, *plebeius, popularis*: ab οἶκος, *domus*, ὁ οἰκέτης, ου, *domesticus*.

Notio. εσιος, ιμος. ἀπερείσιος. φαίδιμος. εια. αιος. αλεος. ιος. αργαλέος. της.

IN DECLINATIONES SIMPLICES.

Annotationes in primam declinationē simplicium.

PRimæ declinationis nomina in ας quędam [1] recepto more genitiuū faciunt in α; Θωμᾶς Θωμᾶ, *Thomas*: sic Ἀννίβας, *Annibal*: Πυθαγόρας, *Pythagoras*: Ἀρχύτας, *Archytas*: πατραλοίας, *parricida*: & item alia consimiliter.

2 Vocatiuus α, à nominatiuo ης.

[2] Vocatiuus nominū in της, exit in α breue: τοξότης: *sagittarius*: ἱππηλάτης, *equitator*: προφήτης, *propheta*: ὦ τοξότα, ἱππηλάτα, προφῆτα. sic gentilia, Σκύθης, ὦ Σκύθα, *Scytha*: & poëtica in πης, κυνώπης, *impudens*, ὦ κυνῶπα: & composita ex verbis μετρῶ, *metior*: πωλῶ, *vendo*: τρίβω, *tero*: γεωμέτρης, *geometra*: βιβλιοπώλης, *bibliopola*: παιδοτρίβης, *pædotriba*: ὦ γεωμέτρα, &c.

In secundam.

Secundæ declinationis nomina Ἀθηνᾶ, *Pallas*: Ναυσικᾶ, *Nausicaa*: & μνᾶ, *mina*, seruant α in genitiuo & datiuo, Ἀθηνᾶς, Ἀθηνᾷ, &c. fiunt enim per crasim à desinentibus in α purum, Ἀθηνάα, Ναυσικάα, μνάα.

ut etiam finita in δα, θα, ρα, et α, purū 92.10.

In tertiam. Tertiæ declinationis neutra in ον, abiiciunt ν more Attico, ἄλλο, *aliud*: τηλικοῦτο, *tantum, tam grande natu*: τοιοῦτο, *tale*: τοσοῦτο, *tantum*. ſic pronomina τοῦτο, *hoc*: ἐκεῖνο, *illud*: αὐτὸ, *ipſum*. interdum tamen habent ν, τοιοῦτον, τοσοῦτον.

In quartam. Quartæ declinationis nomina deducta ex ος tertiæ, mutant α penultimam [3] longam in ε; ναὸς, νεὼς, *templum*: λαὸς, λεὼς, *populus*.

4 [4] Quinque etiã accuſatiuum faciunt ſine ν, Ἄθως, Ἄθω, *Athos ſiue Athon, mons Græciæ*: ἕως, ἕω, *aurora*: Κέως, Κέω, *Ceos ſiue Cea inſula*: Κῶς, Κῶ, *Cos inſula*: λαγὼς, λαγὼ, *lepus*. Vnum quoque in ως neutrum eſt, τὸ χρέως, τοῦ χρέω, *debitum*.

In quatuor declinationes ſimplices. 5 [5] Datiuus ſingularis declinationum ſimplicium, ſemper eſt diphthongus impropria, ᾳ, ῃ, vel ῳ.

In quintam. 6 [6] Quintæ declinationis nomina, ὁ πατὴρ, *pater*, τοῦ πατέρος & πατρὸς, τὸν πατέρα tantùm: ἡ μήτηρ, *mater*, τῆς μητέρος & μητρὸς: τὴν μητέρα tantùm: ad differẽtiam nominum ἡ πάτρα, *patria*: ἡ μήτρα, *matrix*.

Compoſita quędam polyſyllaba in ων, faciũt 7 vocatiuum per ον [7] accentu retracto in antepenultimam; ὁ Ἀπόλλων, ὦ Ἄπολλον, *Apollo*.

Monoſyllaba circumflexa in ῆς, genitiuum formant ablato ς; ὁ Δρῆς, τοῦ Δρῆ, *Dres*: ὁ Τρῆς, τοῦ 8 Τρῆ, *Tres*: ſic Ποδῆς, [8] Ποδῆ, *Podes, ſolea*.

Idem faciunt diminutiua circumflexa in ῦς: ὁ Καμῦς, τοῦ Καμῦ, τῷ Καμῦ, τὸν Καμῦν, *Camylus*: ὁ Διονῦς, *Bacchulus*: ὁ Κλαυσῦς, *Clauſylus*.

Nomen ὁ Ἰησοῦς, τοῦ Ἰησοῦ, τῷ Ἰησοῦ, τὸν Ἰησοῦν, *Ieſus*.

Quæ nomina Doricam declinationem receperint. 1 [1] HAEC Sunt Dorica; ſed eorum declinatio eſt in communi vſu. Porrò huiuſmodi nomina, magna ex parte ſunt propria, eaque innumera. nam huic regulæ ſubiiciuntur primùm propria monoſyllaba, Γρᾶς, *Gras*: Θᾶς, *Thas*: ſic πᾶς, πᾶ, *pater*: diminutiuum ex πάππας: & polyſyllaba, quæ ante ας habent aliquã cõſonantem.

Θωμᾶς,ᾶ,*Thomas* : Κηφᾶς,ᾶ,*Cephas* : Κοσμᾶς,ᾶ,*Cosmas*: Λουκᾶς,ᾶ,*Lucas*:Μηνᾶς,ᾶ,*Menas* : Χρυσολωρᾶς,ᾶ,*Chrysoloras* : πάππας,α, *pater*. Ἄβας,α, gentile nomen. [*Apud Lascarim quoque sic inuenies* , ὁ Ἄβας , τοῦ Ἄβα , ἐθνικόν· ὁ Ἄβας δὲ,τοῦ Ἄβαντος, κύριον. *At Herodianus apud Stephanum in* Ἄβαι, Ἄβας,*inquit,quum gentem significat , perittosyllabως flectitur semper:at quum est proprium,& isosyllabως & perittosyllabως. atque ita ipse Stephanus Abas* (τὰς Ἄβας) *opidum Phocicum nomen traxisse scribit* ἀπὸ ἥρωος Ἄβα,*ab Aba heroë : & paulo infra,Eubœam dictam esse* Ἀβαντίδα , ἀπὸ Ἄβαντος τοῦ Ἀργείου, *ab Abante Argiuo, Neptuni & Arethusæ filio. Homerus quoque, Strabo , & alij,quum de ista gente loquuntur ,* Ἄβαντας *dicunt imparisyllabè,non* Ἄβας.] Præterea tam propria quàm appellatiua finita in ας purum,modò deriuentur aut à verbis circũflexis, aut à nominibus fœmininis ; vt πατραλοίας, *parricida*, ab ἀλοιάω , *percutio* : Παυσανίας,*Pausanias* , ab ἡ ἀνία,*tristitia*. Dorica quoque sunt ὁ Ἀλεύας,τοῦ Ἀλεύα, *Aleuas* : ὁ λάας,τοῦ λάα & λᾶς,*lapis*. ² Huiusmodi vocatiuus à poëtis pro nominatiuo vsurpatur:cui & præponitur nominatiui articulus ὁ. Latinique ex his vocatiuis suos nominatiuos fecerunt,*Scytha , propheta, geometra, bibliopola, pædotriba*,&c. Hæc quoque vocatiuum per α faciunt ; ὁ λάγνης , *lasciuus* : ὁ Πυραίχμης , *Pyræchmes* : ὦ λάγνα,Πυραίχμα Contrà sequentia in της,per η,non per α faciunt ; ὁ Αἰήτης, *Æeta*:Αἰναρέτης, *Ænareta*:Καλλιπέτης, *Callipeta*:Φιλοθερσίτης,*Philothersites*:ὦ Αἰήτη,Αἰναρέτη,&c. ³ Non abs re dicit *longam*. Si enim penultima tertiæ α sit breuis,non mutatur in quarta ; vt ex Οἰνόμαος,*Oenomaus*,non dicitur Οἰνόμεως,sed Οἰνόμαως. Illud quoque notandum , CLENARDI regulam habere tantummodo locum in nominibus finitis in αος.nam ex κάλος non dicimus κάλως , sed κάλως , *funis,rudens*. ⁴ Hoc fit imitatione Atticorum antiquorum , qui ν in omnibus huius declinationis accusatiuis reiiciebant. Inuenitur tamen & τὸν λαγών. ⁵ Hinc excipiuntur ea quæ ablato ς formant genitiuum ; de quibus in fine huius capitis verba facit CLENARDVS. Præterea Æoles datiuis in ῳ non subscribunt iota. Dores verò sæpe huiusmodi iota subscriptum negligunt , 119.142. In quinta quoque declinatione non subscribitur ι. Quare vel legendum *parisyllabicarum*,vbi habetur *simplicium*:vel supplendũ, Si desinat in vnam harum trium vocum: quasi diceret. Datiuus singularis declinationum simplicium,communiter nunquam est α,η,ω,per nudas vocales;sed semper

est

ANNOTATIO de Ἄβας.

2 *Vocatiuus pro nominatiuo. Annotatio.*

Vocatiuus α , à nominatiuo ης.

3 *Notio. Annotatio.*

4 *Atticismus.*

5 *Exceptio.*

Æolismus. Dorismus.

140.7.

6 est diphthongus impropria, α, η, vel ω. [6] Vide 14c, 1; & 42. In horum etiam duali & plurali, syncope locum non habet; οἱ πατέρες, non πάτρες. Idem omnino iudicium de γαστὴρ, τ γαστέρος, γαστρος, τὴν γαστέρα tantum. in duali & plurali. [7] Non retrahunt tamen ἡ Λακεδαίμων, *Lacedamon*: ὁ Παλαίμων, *Palamon deus maris*; quamuis habeant vocatiuum per ον, ὦ Λακεδαῖμον, Παλαῖμον neque etiam composita à φρὴν, id est, *mens*: vt ὁ δαΐφρων, ὦ δαΐφρον, *prudens*, *bellicosus*: neque etiam Æoles vnquam retrahunt, quamuis omnium finitorum in ων vocatiuos per ον efferant. [8] Ποδῆς ex Ποδέης esse contractum tradit Gaza, forsan vt Ερμῆς. apud Priscianũ vero paroxytonως extat Πόδης, & parisyllabè flexum & imparisyllabè. Quum enim dixisset, apud Græcos pariter & Latinos multa inueniri quæ ancipitem habeant declinationem, subiungit, Vnde Virgilius duplicem accusatiuum Grecum protulit in quinto Æneidos, Daretа & Daren, illos sequutus qui Πόδητα & Πόδην μύκητα & μύκην protulerunt. Hæc Prisc. lib.6. cap. 1. Sed forsan dicitur & Ποδῆς vt Θαλῆς, & Πόδης vt Θαλης: de quo vide infra quæ notauimus in compositis ab ἔτος pag.27

Exceptio. 7

Æolismus.

ANNOTATIO. 8

IN CONTRACTIONES.

Annotationes in nomina contracta.

έα in ῆ vel ᾶ.

PRimæ declinationis contractorum accusatiuus εα, & per crasim η. sed quorum nominatiuus desinit in ης purum, etiam contrahuntur in α; εὐφυὴς, εὐφυέα εὐφυῆ vel εὐφυᾶ, *ingeniosus*: ὑγιὴς, ὑγιέα ὑγιῆ vel ὑγιᾶ, *sanus*.

Nomina ὁλοπαθῆ, quæ per omnes casus cõtrahuntur, finita in ος.

Contrahuntur etiam nomina in ος in omnibus casibus:

Sing. ὁ νόος νοῦς, *mens*, τοῦ νόου νοῦ, τῷ νόῳ, τὸν νόον νοῦν, ὦ νόε νοῦ:

D. τὼ νόω νώ, accentu acuto, τοῖν νόοιν νοῖν:

P. οἱ καὶ ὦ νόοι νοῖ, τῶν νόων νῶν, τοῖς νόοις νοῖς, τοὺς νόους νοῦς.

Sic ὁ ῥόος, *fluxus*: πλόος, *nauigatio*: & adiectiua ἁπλόος, *simplex*: διπλόος, *duplex*: quorum fœminina & neutra similiter vbique contrahuntur.

1 Fœm. ἡ ἁπλόη ἁπλῆ, τῆς ἁπλόης ἁπλῆς, [1] τῇ ἁπλόῃ ἁπλῇ, τὴν ἁπλόην ἁπλῆν: & ita deinceps.

Neut. τὸ ἁπλόον ἁπλοῦν, τοῦ ἁπλόου ἁπλοῦ, &c. vt in masculino: τὰ ἁπλόα ἁπλᾶ.

Neutra verò in εον, sic inflectuntur per crasim: — *εον.*

S. τὸ καὶ ὦ ὀστέον ὀστοῦν, os ossis, τοῦ ὀστέου ὀστοῦ, τῷ ὀστέῳ ὀστῷ: D. τὼ ὀστέω ὀστώ, acuto accẽtu: τοῖν ὀστέοιν ὀστοῖν: P. τὰ ὀστέα ὀστᾶ: Gen. & datiuus vt in masculino.

Sic χρυσοῦς, *aureus*: ἀργυροῦς, *argenteus*: χαλκοῦς, *aereus*; à finitis in εος, χρύσεος, ἀργύρεος, χάλκεος, pro χρύσους, ἀργύρους, χάλκους. irregulariter enim accentus locum suum nõ seruat. Fœm. χρυσῆ, ἀργυρᾶ, χαλκῆ: Neut. χρυσοῦν, ἀργυροῦν, χαλκοῦν. — *εος.*

Neutra in υ, τὸ ἄστυ, ἄστεος, *vrbs*: τὸ πῶϋ, πώεος, *grex*, licet flectantur per εος, [2] nusquam tamen contrahuntur. — *Nomina ὀλιγοπαθῆ, quæ in paucis casibus contrahuntur, finita in υ, εος.* [2]

Acuta in ύς, τοῦ έος, crasim patiuntur in datiuo singulari; nominatiuo, accusatiuo & vocatiuo plurali: ὁ ἡδὺς, *suauis*: τοῦ ἡδέος, τῷ ἡδέϊ ἡδεῖ: οἱ & ὦ ἡδέες ἡδεῖς, τοὺς ἡδέας ἡδεῖς. — *ύς, έος.*

Sed υς υος, cõtrahitur in nominatiuo, accusatiuo & vocatiuo plurali: ὁ βότρυς, *racemus*, τοῦ βότρυος, οἱ & ὦ βότρυες βότρυς, τοὺς βότρυας βότρυς, semper facta crasi in υ. Sic στάχυς, *spica*: νέκυς, *mortuus*. — *υς, υος.*

Imparisyllaba in ους, similiter contrahuntur in tribus illis casibus pluralis: ὁ βοῦς, *bos*, τοῦ βοὸς, οἱ & ὦ βόες βοῦς, τοὺς βόας βοῦς. accusatiuus quoque singularis reperitur τὸν βοῦν, vt νοῦν ab ὁ νοῦς, τοῦ νοῦ, τὸν νοῦν, *mens*. — *ους, οος.*

Comparatiua in ων, cõtrahuntur in accusatiuo singulari cõmunis generis; tribus casibus pluralibus in omni genere, nominatiuo, accusatiuo, & vocatiuo: priùs autem eliditur ν, ac deinde fit crasis ex ο & sequente vocali: ὁ καὶ ἡ μείζων, *maior*: τοῦ καὶ τῆς μείζονος, τὸν καὶ τὴν μείζονα, μείζοα, μείζω: οἱ αἱ & ὦ μείζονες, μείζοες, μείζους: τοὺς καὶ τὰς μείζονας, μείζοας, μείζους, (nõ μείζως, vt τοὺς βόας, βοῦς, non [3] βῶς: quòd accusatiuus pluralis quintæ declinationis semper contrahatur vt nominatiuus:) τὰ & ὦ μείζονα, μείζοα, μείζω. — *Comparatiua in ων.* — *ονα, οα, ω. ονας, οας } ους; ονες, οες } ους* — [3] *Notio.*

Sunt

Sunt & aliæ terminationes in quinta declinatione per crasim factæ; ὁ πλακοῦς, πλακοῦντος, ex πλακόεις, πλακόεντος, *placenta*. sic [4] ὁ Σιμοῦς, *Simois fluuius*: ἡ Ὀποῦς, *Opus, ciuitas in Locris*: ἡ Ἀμαθοῦς, *Amathûs, ciuitas Cypri*. Et [5] ὁ τιμῆς, τιμῆντος, ex τιμήεις, τιμήεντος, *honoratus*. Et in ῆρ circumflexa facta ex έαρ: τὸ κῆρ, κῆρος, *cor*: τὸ στῆρ, [6] στῆρος, *adeps, sebum, fermentum*. [7] à κέαρ κέαρος, στέαρ στέαρος. Et παῖς, παιδὸς, à πάϊς πάϊδος, *puer*.

(margin: όεις, οῦς. — ήεις ῆς. — έαρ ῆρ. — άϊς αῖς.)

ANNOTATIO. 1 [1] όη in ῆ contrahi etiam in verbis, Chrysoloras & Moschopulus tradiderunt, vt supra in 209, 1. annotau... Sunt tamen qui fœminina ista, ἁπλῆ, διπλῆ, τριπλῆ & consimilia, negent è fœmininis puris contracta, sed tantum è masculinis contractis deflexa, iuxta eas motionis regulas quas habes 250, 30. quemadmodũ enim καλὸς καλὴ καλὸν, eodem accentu: sic moueri etiã ἁπλοῦς ἁπλῆ ἁπλοῦν, χρυσοῦς χρυσῆ χρυσοῦν. rursum vt αἰσχρὸς αἰσχρὰ αἰσχρὸν, sic etiam ἀργυροῦς ἀργυρᾶ ἀργυροῦν, πορφυροῦς πορφυρᾶ πορφυροῦν. si enim legitima in fœmininis, præsertim posteriorib. fiat crasis, ex εα vniusmodi semper orituram contractionem, siue ρ præcedat, siue alia consonans; non modò in ῆ, modò in ᾶ. Idem sentiunt... nominibus à νόος, πλόος & ῥόος per compositionem ... ctis, & in genere de omnibus in όος, siue substantiuis siue adiectiuis, siue simpliciter siue per compositionem deriuatis, vel à nominibus vel à verbis. nam eorum obliquos, vt εὔνου apud Herodianum, εὔνοις apud Xenophontem, & similes, non esse contractos è puris εὔνοου & εὐνόοις, sed simpliciter ex contracto nominatiuo εὔνους, declinatos. idque satis esse manifestum ex accentu qui eandem in omnib. illorum casibus sedem retineat: quum in contractione dicendum sit εὐνοῦ & εὐνοῖς, ex εὐνόου & εὐνόοις, acuta scilicet & graui in circumflexam coalescentibus. Isto certè modo in imparisyllaba quoque flexione obliqui isti ἦρος κῆρος & similes, sunt quidem ex contractis nominatiuis orti, contractionem tamen nullam habent, sed simplicem è contracto nominatiuo deductionem. alioqui vt ex ἔαρ & κέαρ per contractionem fiunt ἦρ *ver*, & κῆρ *cor*, sic ex ἔαρος & κέαρος existerent ἦρος & κῆρος. Ac fortasse idem ... sentiendum de Barytonis istis genitiuis pluralibus primæ contractorum τριήρων, εὐήθων, συνήθων ἀσυνήθων ... &

ſimilibus, à nominatiuis itidem Barytonis τριήρης *trire-*
mis, ἁπλόης *ſimplex*, συνήθης *conſuetus*, ἀσυνήθης *inſuetus*.
ſi enim craſis hîc eſſet, è paroxytonis genitiuis in έων
naſcerentur circumflexi in ῶν: vel ſaltem pro craſi facta
eſſet ſyncope. ² Præterquam in datiuo ſingulari, τῷ 2
ἄστει ἄστῃ, τῷ πώεϊ πώῃ. ³ Inuenitur quidem τοὺς βῶς apud 3
poëtas: & in accuſatiuo ſingulari τὸν βῶν, & in datiuo
plurali τοῖς βωσί: ſed Doricè. ⁴ Idem faciunt reliqua 4
finita in όης, 143, 35. ⁵ Huiuſmodi craſis habet locum in 5
adiectiuis finitis in ήης, 143, 39. ⁶ Laſcaris quoque agno- 6
ſcit στῆρ στηρὸς per craſin ex στέαρ στέαρος, vt κῆρ κηρὸς ex κέαρ κέαρος paulo antè tamē docuerat, στέαρ genitiuum facere στέατος, vt φρέαρ φρέατος, δέλεαρ δελέατος, velut à nominatiuo in ας. eamque nominis στέαρ flexionem, per ατος ſcilicet, poſt Homerum & Hippocratē ſecuti ſunt Ariſtoteles, Theophraſtus, Dioſcorides, Galenus. videndum igitur ne pro στηρὸς dicendum ſit potius στητός. vt enim apud Galenum & Aëtium inuenimus contractum στῆρ pro στέαρ, adeps: ſic apud Hippocratem στητῶδες pro στεατῶδες, *adipoſum*, teſte ipſo etiā Galeno in lexico Hippocrateo. φρητὸς certè pro φρέατος dicitur à φρέαρ *puteus*, teſte Etymologo: & δέλητι pro δελέατι à δέλεαρ *eſca*, apud Heſychium legitur: indeque δελήτιον pro δελεάτιον, teſte eodem Etymologo. Quod vero attinet ad accentum, Laſcaris in loco paulo ante citato properiſpωmenωs habet ἦρος ex ἔαρος, at oxytonωs κηρὸς & στηρὸς ex κέαρος & στέαρος. rectè vtrumque. ſed illud per craſin, ε acuto & α graui coëuntibus in η circumflexum: hæc vero à contracto nominatiuo ſimpliciter flexa, perinde vt à θὴρ *fera*, genitiuus eſt θηρός. De priore genere ſic tradit Etymologus, τὰ ἀπὸ τρισυλλάβου θηλυκῆς συναίρεσιν πάσχοντα βαρύνονται· κέαρος, κῆρος· ἔαρος, ἦρος. De poſteriore vero ſic, ἐπὶ τούτου ἐν τῇ εὐθείᾳ ἐγένετο ἡ κρᾶσις, κἀκεῖθεν ἡ κλίσις. In poſteriori igitur genere, quemadmodum præcedenti quoque ſcholio attigi, rectius tantum craſin habet, atque inde reliqui deſcendunt caſus, non iuxta contractionis, ſed iuxta ſimplicis flexionis regulas. Quid igitur de φρητὸς & δέλητος dicemus? neutram enim illa ſequuntur rationem. Dicemus flexa eſſe è contractis quidem, ſed inuſitatis tamen nominatiuis, φρῆς & δέλης, per contractionem factis è φρέας & δέλεας: (ſicut Doricum κρῆς ex κρέας) à quibus rectis in ας vſitati ſunt obliqui in ατος. Ita vt φρητὸς ſit à φρὴς quemadmodum σητὸς à σὴς *tinea*, θητὸς à θὴς *mercenarius*, Κρητὸς à Κρὴς *Cres ſeu Cretenſis*: & δέλητος à δέλης. ſicut λέβητος

à λέ

όδς οῦς.
ήδς ῆς.
ANNOTATIO
de στῆρ στηρὸς.

à λέβης *lebes.* atque hoc ipsum in φρυτὶς innuit Etymologus. 7 Sic τὸ ἦρ ἦρος, ab ἔαρ ἔαρος, quod & poëticè εἶαρ, εἴαρος, *ver.*

ἦρ ἦρος.

Appendix de poëtarum licentia in contrahendis nominibus.

Duplex contractio in eodem nomine.

INVENIVNTVR Et multa alia nomina apud poëtas contracta: ex quibus quædam duplici cõtractione afficiuntur: vna quidem, per omnes casus, vt de νῆες & similibus dictum est, 268, 30. altera verò, per eos tantùm casus, in quibus eæ declinationes contractæ, per quas variantur, contrahi solent: vt in ἡ ὄϊς, *ouis*, τῆς ὄϊος, ὄϊι, ὄϊν, &c. ο & ι per omnes casus facta synæresi coalescunt in diphthongum οι, οἶς, οἶος, οἶι, οἶν, &c. Ac rursus ex altera parte, in nominatiuo, accusatiuo & vocatiuo plurali ιε & ια contrahuntur in ι, vt in secunda declinatione contractorum; αἱ ὦ ὄϊες καὶ τὰς ὄϊας, & crasi ὄϊς, & per priorem synæresim οἶς. dicitur & ὁ ὄϊς, *aries.* Eodem modo declinatur ἡ φθόϊς, *placenta.* Inueniuntur præterea hæc duo flexa per ιδος: vnde sunt illa, τὴν ὄϊδα, αἱ ὦ ὄϊδες, τὰς ὄϊδας, trisyllabè. Bifariam quoque contrahuntur propria quædam finita in κλέης, composita ex τὸ κλέος, τοῦ κλέεος, *gloria*; idque propter tot vocalium concursum: vt ὁ Ἡρακλέης, *Hercules*, τοῦ Ἡρακλέεος si εος spectes, contrahes in ους, Ἡρακλέους: & rursus ex ε ους contractis, Ἡρακλοῦς. [Nam hunc genitiuum Ἡρακλοῦς agnoscit Lascaris quoque. Circumflexa (inquit) in ης, composita è κλέος, genitiuum faciunt in ους per crasin, vt ὁ Ἡρακλῆς, τοῦ Ἡρακλέος οῦς. Agnoscit etiam Vrbanus & Caninius, rarum tamen esse opinor illum genitiuum. Lucianus certè maluit dicere, πρὸς τοῦ Ἡρακλέους, *per Herculem*, facta crasi ex Ἡρακλέεος.] Quo modo etiam in nominatiuo έη contrahitur in ῆ, ὁ Ἡρακλέης Ἡρακλῆς: si verò aduertas ad duplex εε, constringes in η, τοῦ Ἡρακλέεος Ἡρακλῆος: hoc modo à τὸ σπέος, τοῦ σπέεος, τῷ σπέεϊ dicimus σπῆι, id est *speluncæ.* à genitiuo Ἡρακλῆος, Iones suum formant, ex ῆ circumflexo, εη barytonως facientes, τοῦ Ἡρακλέηος. Eadem varietas seruatur in reliquis casibus: sed in vocatiuo singulari duplex εε vel contrahitur in diphthongum ει, ὦ Ἡράκλεες Ἡράκλεις: vel alterum ε per syncopen abiicitur, Ἡράκλεες Ἡράκλες: quæ syncope in aliis quoque casibus habet locum; vt τῷ Ἡρακλέεϊ Ἡρακλέϊ, τὸν Ἡρακλέεα Ἡρακλέα. [Obliquos illos Ἡρακλέος, Ἡρακλέϊ, Ἡρακλέα quidam

ὄϊς.

φθόϊς.

Propria finita in κλέης.

ANNOTATIO.

σπῆι.

Ionismus: έη pro ῆ.

Syncope.

ANNOTATIO.

quidam non per syncopen factos esse ex ἔεος, ἔεϊ, ἔεα, exempto videlicet altero ε, sed simpliciter flexos è contracto Ἡρακλῆς: (*vt* σαφέος σαφεῖ σαφέα *è* σαφής) *ideoque* (*datiuo excepto*) *raram ibi contractionem esse. Lucianus certè in vno eodemque dialogo, Diogenis & Herculis, datiuo quidem casu dicit* ἐν τῷ Ἡρακλεῖ *contractè, at sine contractione in accusatiuo,* μὰ τὸν Ἡρακλέα, non per Herculem: *& pluraliter,* δύο Ἡρακλέας, duos Hercules. *itidemque Plutarchus* Περικλεῖ *quidem, at* Περικλεες *&* Περικλέα.] Sic in quibusdam aliis nominibus habentibus duplex εε, interdum vnum syncopatur; vt τὰ κλέεα κλέα, à τὸ κλέος, *gloria*: τὴν δυσκλέεα δυσκλέα, ab ὁ καὶ ἡ δυσκλεής, *ignobilis, infamis*: τὰ χρέεα, χρέα, à τὸ χρέος, *debitum*: τὼ ὄσσεε ὄσσε, *oculi*, à τὸ ὄσσος: quamuis quibusdam masculinum esse magis probetur, ὁ ὄσσος, ου, & ὄσσε dictum pro ὄσσω, per declinationis metaplasmum. inuenitur enim τοῖς ὄσσοις. Cæterùm Ἡρακλῆς facit quoque Atticè in accusatiuo τὸν Ἡρακλῆν, vt ὁ Χρύσης, τὸν Χρύσην, quasi esset primæ declinationis simplicis, vt ὁ Ἀριστοφάνης, ους, τὸν Ἀριστοφάνην, de quo postea, in sequenti Heteroclitorum tractatu.

τὰ κλέα. τὴν δυσκλέα. τὰ χρέα. τὼ ὄσσε.

Atticismus.

HETEROCLITA.

Nomina heteroclita in genere.

Singulariter masculina sunt, δεσμός, *vinculum*: ἐρετμός, *remus*: ζυγός, *iugum*: κύκλος, *circulus*: λύχνος, *lucerna*: μοχλός, *vectis*: νῶτος, *dorsum*: σταθμός, *statio, statera*: τράχηλος, *collum*: pluraliter neutra, δεσμά, &c. reperimus tamen etiam κύκλους, λύχνους. 1

Sic fœminina [2] ἡ δίφρος, *biga*: κέλευθος, *via*: 2 & commune ὁ ἡ τάρταρος, *tartarus*: pluralia, δίφρα, κέλευθα, τάρταρα.

Hæc fœminina, ἡ γυνὴ, *mulier*: ὁδὸς, *via*: πόλις, *ciuitas*: χεὶρ, *manus*: in nominatiuo & accusatiuo dualis numeri, sunt generis masculini, τὼ γυναῖκε, ὁδὼ, πόλεε, χεῖρε.

Declinatione [3] variant, Δάρης, *Dares*: κόμης, *Comes, Princeps*: μύκης, *fungus*: τοῦ Δάρη & Δάρητος, &c. Ἄρης, τοῦ Ἄρη, Ἄρητος vel Ἄρεος, *Mars*. 3 [illegible]

Propria nomina primæ contractorum [4] ha

bent interdũ casus parisyllabicos; ὁ Ἀριστοφάνης,
εος, *Aristophanes*, τὸν Ἀριστοφάνην: & οἱ Ἀριστοφάναι,
6 τοὺς Ἀριστοφάνας. Sic composita ab ἔτος,[6] *annus*:
ὁ ἑπταέτης, εος, οἱ ἑπταέται, τοὺς ἑπταέτας, *septennis*.

Composita à τοῦ ἔτος, εος.

Quædam in ως, quartæ vel quintæ; ἥρως, *heros*,
7 Μίνως, *Minos*, [7] τοῦ ωος, aut τοῦ ω: sic γέλως, *risus*
ἔρως, *amor*: τοῦ ωτος, vel τοῦ ω.

Etiam ὁ νοῦς, τοῦ νοῦ: vel ὁ νοῦς, τοῦ νοὸς, *mens*: vt
βοῦς βοὸς, *bos*.

Composita ab ὁ πούς.

Composita à πούς, habent οδος vel ου; δίπους,
δίποδος δίπου, *bipes*: sic τρίπους, *tripes*: ἑπτάπους, *septipes*: Οἰδίπους, *Oedipus*, quod & Οἰδιπόδης, Οἰδιπόδου.

Annotatio.

8 [8] Sæpe namque à genitiuo imparisyllabico
formatur nominatiuus qui declinatur parisyllabicè: ὁ ἑπτάπους, τοῦ ἑπτάποδος; vnde ὁ ἑπτα-
9 πόδης, ἑπταπόδου: ὁ μάρτυρ μάρτυρος,[9] & ὁ μάρτυρος
μαρτύρου, *testis*: ὁ ψίθυρ ψίθυρος, ὁ ψίθυρος ψιθύρου
susurro.

Nominatiui diuersitas.

10 [10] Et alioqui diuersus est nominatiuus;
μάκαρ, μάκαρος: vel μάκαρς, μάκαρτος: vel μακαρεὺς
μακαρέως, *beatus*. & alia quoque, τὸ δάκρυ, δάκρυος
& τὸ δάκρυον, τοῦ δακρύου, *lacryma*.

ὁ Μωσῆς, τοῦ Μωσοῦ: vel ὁ Μωσεὺς, τοῦ Μωσέως: quod
etiam per ϋ scribitur, Μωϋσῆς, Μωϋσεύς.

Τὸ γόνυ, τοῦ γόνυος, & metathesi γουνός: & τὸ γό-
11 νας, γόνατος, *genu*: [11] τὸ δόρυ, δόρυος & δουρός: &
12 [12] τὸ δόρας, δόρατος: vel δοῦρας, δούρατος: etiam
δόρος δόρεος, & crasi δόρους, *hasta*.

Genitiui varietas.

Genitiuus quoq; interdum varius est eius-
13 dem nominatiui; ἡ χείρ, τῆς [13] χειρός, & poeticè
χερός, *manus*: vnde receptus datiuus pluralis
ταῖς χερσί, & genitiuus dualis ταῖν χεροῖν. λύγξ,
λυγγὸς, *singultus*: λύγξ, λυγκὸς, *lynx*.

ταῖς χερσί. ταῖν χεροῖν.

Eiusdem rei casus à diuersis.

14 [14] Quandoque diuersa nomina eiusdem rei
sed casus partim sumuntur ab vno, partim ab
alio: ἡ γυναὶξ inusitatũ, pro quo ἡ γυνή...

τῆς γυναικὸς, τῇ γυναικὶ, τὴν [15] γυναῖκα, ὦ γύναι, 15 ὦ γύναι.
sine ξ: vt quãdoq; ὦ ἄνα ab ἄναξ, *rex.* τὸ γάλα, *lac,* ὦ ἄνα.
τοῦ γάλακτος, ab inusitato γάλαξ. nam tria, ἄναξ, γάλα, γάλακτος.
νὺξ, & γάλαξ, genitiuum faciunt in κτος, [16] pleonasmo literæ τ, ἄνακτος, νυκτὸς, γάλακτος. 16

[17] ὁ Ζεὺς, τοῦ Διὸς, τῷ Διῒ, τὸν Δία, ὦ Ζεῦ, *Iupiter.* 17 Ζεύς.
τὸ ὕδωρ, ὕδατος, ab ὕδας: etiã τὸ ὕδος, ὕδεος, *aqua.* ὕδωρ.

[18] ὁ πολὺς, *multus,* τὸν πολὺν, & neutrũ τὸ πολὺ: 18 πολύς:
reliquos omnes casus in quouis genere ac πολύ:
numero sumit ab [19] inusitato nominatiuo 19 πολύ.
πολλὸς, τοῦ πολλοῦ, τῷ πολλῷ: ἡ πολλὴ, τῆς πολλῆς, τῇ πολλῇ: & sic deinceps.

ὁ μέγας, *magnus:* τὸν μέγαν, & neutrum τὸ μέγα: μέγας:
cætera omnia per tria genera & totidem nu- μεγάλη:
meros accipiuntur ab inusitato nomine μεγάλος, τοῦ μεγάλου, τῷ μεγάλῳ: ἡ μεγάλη, τῆς μεγάλης: & reliqua. μέγα.

Neutra quædam in αρ, genitiuum habent in ατος, ab inusitatis nominibus in ας; τὸ ἧπαρ, ἥπατος, *hepar, iecur,* ab ἧπας: sic [20] ἦμαρ, *dies:* εἶδαρ, *esca:* φρέαρ, *puteus:* στέαρ, *adeps:* δέλεαρ, *esca, illecebra:* ὄνειαρ, *utilitas.* 20 αρ, ατος.

Et hactenus de nomine: pergamus ad verba.

[1] A Nominatiuis singularibus neutris in ον, qui iam exoleuerunt, inuenitur tamen τὸ νῶπιν & τὸ ζυγὸν, Eustath. A δεσμὸς inuenitur τοὺς δεσμοὺς, vt κύκλους, λύχνους: at νῶτους rariùs. [2] Reperitur δίφρος masculini generis in singulari: Plutarch. δίφρος ἡγεμονικὸς, *sella curulis:* nec mirum. nam sæpe genus dialecto variatur, vt ὁ ἄσβολος, ὁ βῶλος, ὁ θόλος, & Atticè ἡ ἄσβολος, *fuligo:* ἡ βῶλος, *gleba:* ἡ θόλος, *testudo templi:* ὁ κίων, & Ionicè ἡ κίων, *columna.* [*Nescire se ait Sylburgius, cur δίφρος inter fœminina recenseatur. nam & pro sella, inquit, non currus duntaxat, sed etiam domestica, & pro bigis seu curru, masculinum est apud Homerum, Xenophontem, Plutarchum, & alios. cumque δίφρος per syncopen sit dictus pro διφόρος biferus, videntur subaudiendum reliquisse θῶκος, τόπος, vel simile quippiam, ac δίφρος absolutè dixisse pro δίφορος θῶκος aut τόπος τοῦ ἡνιόχου. propriè* 2

ANNOTATIO.

enim δίφρος fuit (ut Eustath. & alij tradunt) editior in curru locus in quo auriga cum τῷ παραβάτῃ sedebat, à duobus illis quos ferret dictus, eamque ob rem διόχης quoque nominatus à Pausania: quod binos veheret. deinde synecdochicè δίφρος est appellatus currus ipse vel bijugis vel quadrijugis, & metaphoricè sella quæuis: ac ut inter has apud Eupolidem est δίφρος Θετταλικὸς τετράπους, sic Italis sellæ quædam dicuntur quadrigæ, quatuor scilicet nixæ columellis aut pedibus. In plurali verò δίφρα, vel subaudiri potest substantiuum neutrum, vel metaplasmus statui, ut in κύκλα à κύκλος, & similibus aliis.] Atque Attici dualibus quæ communiter fœminina sunt, † tanquam masculinis vtuntur; *τὼ κεφαλὰ, duo capita: τὼ ἡμέρα, duo dies*, ab ἡ κεφαλὴ, ἡ ἡμέρα. CLENARDVS quatuor tantùm enumerat: quæ ij authores vsurpant qui communi lingua scripserunt. [3] Hæc varietas præcipuè locum habet in genitiuo & accusatiuo singulari; ὁ Δάρης, τοῦ Δάρου & Δάρητος. τὸν Δάρητα & Δάρην; sic γύης, dentale, pars aratri. *[γύης pro dentali parisyllabè tantum reperi & in simplici & in composita figura. videndum igitur ne, cum Lascaris (quem sequitur Antesign.) dicit, ὁ γύης, τοῦ γύητος καὶ γύου, propriè potius quam appellatiuè sit accipiendum istud nomen, pro Briarei scilicet fratre, qui Apollodoro initio Bibliothecæ est Γύης, Hesiodo in Theogonia (v. 149.) Γύγης. Priscianus certè lib. 6. in catalogo nominum ancipitem declinationem habentium, Γύγης (inquit) nomen gigantis, γύγου & γύγητος. Sed scripturam istius nominis per γ in secunda syllaba non probant eruditi, licet non apud Horatium modo, Ouidium, Senecam, sed etiam apud Hesiodum loco citato extet. apud eosdem parisyllabam tantum flexionem reperi.]* Μέγης, Meges: Πύδης, Pydes: Θαλῆς, Thales: Φαλῆς, Phales. *[Lascaris sic, Θαλῆς Θαλοῦ, & Θάλης Θάλητος: cui subiungit Caninius, Φαλῆς Φαλοῦ, & Φάλης Φάλητος. de posterioris accentu meminit & scholiastes Aristophanis, at de flexione tacet. is scribit enim Φαλῆς apud Aristoph. in Acharn. (vbi scilicet Dicæopolis exclamat ὦ φαλῆς φαλῆς) legendum esse perispωμένως, vt Ἑρμῆς: sic enim Atticos proferre: Doricos autem barytonως, φάλης.]* [4] Et crasi Ἄρους, Doricè verò Ἄρης facit etiam τοῦ Ἄρεος καὶ Ἄρεως καὶ Ἄρειος. [5] Id est ... declinantur per primam declinationem simplicium ... tantum in vsu habentur nominatiuus, accusatiuus & vocatiuus in singulari & plurali. [6] Composita ab ... variant non declinatione modo, sed etiam accentu. ... quod attinet, Ammonius in τριήρης ex Ptolemæo ...

ANNOTATIO.

ANNOTATIO.

ANNOTATIO.

Ascalonita tradit, si de ætate dicantur, oxytonως efferri: si de tempore, barytonως. Similiter Eustathius p. 1457, τρίετες, (inquit) τετράετες, & similia, quum sunt proparoxytona, tempus significant, veluti temporalia aduerbia: at τριετὴς & τετραετὴς, veluti παιδίον aut tale quidpiam, oxytonως proferuntur ad differentiam. Hæc illi. Differentia tamen ista non vsquequaque obseruata comperitur. Nam ex vno eodemque Aristotele affertur & oxytonως διετὴς τόκος, biennio maturescens partus; & barytonως μυριέτης βίος, vita decies mille annorum, vita longæua. rursum oxytonως δεκαετὴς ἀποδημία, decennalis peregrinatio, ex Plutarcho: & barytonως τριέτης χρόνος, triennale tempus, ex Herodoto. Verius igitur esse videtur quod Eustathius (pag. 341.) ex Ælio Dionysio & Herodiano tradit, communiter hæc nomina ὀξυνεσθαι: (quoniam è neutris substantiuis dissyllabis in ος, oriri soleant adiectiua in ης oxytona, vt πάθος, ἀπαθής) Atticè verò βαρύνεσθαι: communiter ergo dici διετὴς, τριετὴς, & similia: Atticè verò διέτης, τριέτης, id est, bimus, trimus. Hoc etiam obseruaui, quę in αέτης exeunt, si terminatio hæc maneat integra, modo oxytonως proferri, modo barytonως: at si α eximatur, tantum barytonως: vt δεκαετὴς & δεκέτης, decennis: ἑξαέτης & ἑξέτης, sexennis: vtrumque apud Suidam. sic εἰκοσέτης pro εἰκοσαετὴς vel εἰκοσαέτης, qui viginti annorũ est. (at apud Theocr. id. 15. quidam cod. habent ὀκτωκαιδεκαέτης pro ὀκτωκαιδεκέτης) Insuper in denariis à triginta vsque ad centum non fit συναίρεσις τοῦ α, sed α & ε peculiari quadam & insolita crasi coëunt in ου: vt τριακοντούτης pro τριακονταέτης, qui triginta annorũ est: τεσσαρακοντούτης pro τεσσαρακονταέτης, qui quadraginta annorũ est: πεντηκοντούτης pro πεντηκονταέτης, qui est annorũ quinquaginta: ἑβδομηκοντούτης pro ἑβδομηκονταέτης, qui est annorum septuaginta: ὀγδοηκοντούτης pro ὀγδοηκονταέτης, qui est annorum octuaginta: ἐννενηκοντούτης pro ἐννενηκονταέτης, qui nonaginta annorum est: & ἑκατοντούτης pro ἑκατονταέτης apud Lucianum in Macrobiis, qui centum annorum est. Hæc de communibus: neutra verò adiectiuè posita oxytonως proferuntur: vt apud Theophr. τὸ μὲν αὐτοετὲς, τὸ δὲ εἰς νέωτα φύεται, partim eo ipso, partim secundo anno oritur: & apud Æschinem, τοῖς ἐπὶ διετὲς ἡβῶσι, qui agunt secundum annum supra pubertatem. at si aduerbialiter ponantur, proparoxytonως efferuntur, vt paulo ante ex Eustathio docui, & confirmat Moschopulus: qualia sunt ἀμφίετες quotannis, τρίετες tres annos, τετράετες quatuor annos, πεντάετες quinque annos, ἑξάετες sex

annos, ἑπταέτες *septem annos*, ἐννάετες (Æol. & poëticè εἰνάετες) *nouem annos*. nisi hic quoque oxytonam terminationem communis, Barytonam verò Atticæ linguæ esse malis. Porrò vt post accentum de flexione dicam, oxytona sunt tantum primæ contractorum, barytona vero interdum etiam primæ simplicium. Ab oxytonis nominatiuis hæc sunt apud Plat. Leg. 7. τριετεῖ δὲ δὴ καὶ τετραετεῖ καὶ πενταετεῖ καὶ ἑξαετεῖ ἤθει ψυχῆς, δέον ἂν εἴη τούτων, *trienni ergo, quadrienni, quinquenni & sexenni animæ probis imbuendæ moribus, opus fuerit hisce rebus.* & paulo ante, τοῦ τριετοῦς γεγονότος, κόρου καὶ κόρης, *triennis pueri puellæque.* sic apud Thuc. πενταετεῖς σπονδαὶ, *quinquennalia fœdera:* & apud Theophr. αὐτοετεῖς αὐαίνονται, *eo ipso anno exarescunt.* A Barytonis in eadem declinatione: vt δεκέτους πολέμου *decennalis belli*, & παρθενικῆς ἐννεακαιδεκέτιδος (Doricè pro ἐννεακαιδεκέτους, 153, 28.) *virginis nouendecim annos natæ*, in Epigramm. Sic παιδὶ δεκέτει, *puero decenni*, Plato Leg. 7. ἑξέτει σοι πείθομαι, *tibi sexenni obsequor*, Aristoph. apud Suidam. Rursum Plato Leg. 7. τὸν ἑξέτη *sexennem*: & Lucil. in Epigram. κλαύσατε δωδεκέτη Μάξιμον, *duodecim annos natum.* & Hom. Il. ψ. ἵππον ἑξέτε' ἀδμήτην, *equam sexennem nondum sub iugum missam*: sine cõtractione pro ἑξέτη. Sic idem plural. Il. β. ἵππους ὄτριχας οἰέτεας, *equas pilo similes, pares annis.* & Aristoph. πεντέτεις σπονδαὶ, *fœdera quinque annorum.* Hanc flexionem sequuntur etiam ea in quibus α & ε (vt ante dixi) contra morem in ου contrahuntur ante terminationem: vt τοὺς ἑξηκοντούτεις ᾠδοὺς, *sexagenarios cantores*, apud Plat. De leg. & πεντηκοντούτεις σπονδαὶ, *fœdera quinquaginta annorũ, ibidem.* Parisyllabæ flexionis exempla nulla nunc succurrunt. Lascaris scribit veteres Athenienses dixisse οἱ ἑπταέται & τοὺς ἑπταέτας, *septennes*: οἱ δωδεκαέται & τοὺς δωδεκαέτας, *qui sunt duodecim annorum*, sicut οἱ Ἀριστοφάναι & τοὺς Ἀριστοφάνας, à nomin. Ἀριστοφάνης. Et Budæus apud Platonem Leg. 7. vbi legitur, μετὰ τὸν ἑξέτη καὶ τὴν ἑξέτιν, pro ἑξέτη scribendum censet ἑξέτην, quod ἑξέτιν communi genere dicamus, ἑξέτην autem masculino tantum. Atque adeo ab his parisyllabis in ης masculinis, sunt fœminina imparisyllaba in ις: vt apud Plat. Leg. 6. ἡ παιδοποιία δεκέτις ἔστω, *procreatio liberorum decennium non excedat.* & in Epigram. κούρην ἐννάετιν, *puellam nouennem.* sic pluraliter apud Eustath. τριακοντούτιδες σπονδαὶ, *fœdera triginta annorum.* & apud Thuc. πεντηκοντούτιδων σπονδῶν, *fœderum quinquaginta annorum.* Sunt qui etiam τριακοντούτιδες σπονδαὶ & πεντ

κογχετῆς σπονδαὶ deducant ex singulari nominatiuo in ις ιδος, vt è plurali terminatione ιδες primum Ionicè δ sit extritum & ι in ε versum, deinde duo illa εε in ει contracta more Attico: sed breuiore & faciliore via deducemus à nominatiuo primæ Contractorum in ης, qui (vt regulę atque exempla paulo ante citata satis docēt) & communis est generis, & pluralem terminationem εες Atticè contrahit in εις. Si quis autem & de deriuatis in ια quærat, à parisyllabis illa an imparisyllabis in ης originem ducant, respondeo, æquè ab imparisyllabis atque à parisyllabis formari posse. vt enim ab ἀτυχὴς est ἀτυχία, sic à διετὴς διετία biennium, à τριετὴς τριετία triennium. idemque iudicium esto de ceteris, πενταετία quinquennium, ἑξαετία sexennium, δεκαετία decennium, πολυετία multi anni, ὀλιγοετία pauci anni. Hæc de compositorum ab ἔτος accentu, flexione per casus, & motione per genera prolixius tradere visum est hoc loco, vt discentes in ista varietate Ariadneum haberent filum. 7 Atque 7 ὁ κάλως, funis, rudens, τοῦ κάλω & κάλωος. ἔρως verò facit etiam Æolicè τοῦ ἔρου per tertiam. 8 Sic ab ὁ δμὼς, τοῦ 8 δμωὸς, est ὁ δμωος, ου, seruus: vnde ἡ δμωὴ, ῆς, Ionicè, pro δμωὰ, ᾶς, serua: ὁ ἡγεμὼν, όνος, ὁ ἡγεμονὸς, οῦ, dux, princeps: & ἡ ἡγεμονὴ, ῆς, imperium. ὁ Τρὼς, τοῦ Τρωὸς, ὁ Τρωος, οῦ, Troianus: ὁ φύλαξ, τοῦ φύλακος, ὁ φύλακος, ου, custos. Item fœminina, ἡ κάλυξ καλύκος, ἡ καλύκη, ης, calyx, folliculus. ὁ χιτὼν ῶνος, ἡ χιτώνη, ης, tunica. 9 Et μάρτυς, μάρτυος. 9
10 Sic λᾶας, lapis, τοῦ λᾶαος & crasi λᾶος; vel ὁ λᾶος, τοῦ λᾶου τὸν λᾶον: & Doricè ὁ λάας, τοῦ λάα, τῷ λάᾳ per primam. item τὸ λᾶος, τοῦ λᾶεος: & ὁ λᾶις λᾶιος, & per synæresim λᾶος: atque ὁ λᾶς, τοῦ λαὸς per quintam. Eius synonymū est ἡ λιθὰς, τῆς λιθάδος, vel ὁ λίθος, ου. [Nominatiuum λᾶος apud Cyrillum inuenio in Collectione vocum quæ pro diuersa significatione diuersum recipiunt accentum: sed paroxytonως scriptum. sic enim ibi, λάος λάου ὁ, lapis, penacuitur: λαὸς λαοῦ ὁ, populus, acuitur. alteros autem duos nominatiuos, nimirum τὸ λᾶος εος, & ὁ λᾶις ιος, habent quidem etiam vulgata lexica: sed sine exemplo. Prioris confingendi occasionem sumpsisse videntur ex datiuo plurali λάεσι, (qui legitur Epigramm. p. 09. in hoc elegiaco hemistichio, ἐφ' ἁμετέροις λάεσιν ἡρμοσμένον) ac λάεσι deduxisse ex τὸ λᾶος, vt τείχεσιν ex τὸ τεῖχος: vel ex λᾶις, vt ὄφεσιν ex ὄφις, ι communis flexionis Ionicè & Atticè verso in ε, pro λάισι. Sed cogitare debebant, poetas interdum metri causa in Æolica ista siue Ionica datiui pluralis terminatione εσσι, alterum σ tollere: siue ex masculino au-

Deriuata in ια vnde deriuētur.

Eiusdem rei nominatiui diuersi.

ANNOTATIO *de nominatiuo λᾶος.*

fœminino, siue ex neutro nominatiuo manarit. sic enim in iisdem Epigram. p. 7. legimus, Πάντεσι μαρναμένοις Δαναοῖς, altero videlicet σ propter metrum eliso ex πάντεσσι: hoc autem pro πᾶσι, à nom. πᾶς omnis, vniuersus. *& apud Nonn. in metaphrasi Ioannis, ἡμετέροισιν ἐν ἄρνεσι μηκέτι μίμνων, itidem pro ἄρνεσσι, qui datiuus (Eustathio teste) per syncopen factus est ex nom. sing. ἀρὴν ἄρνος. similiter apud Pindarum ode prima, in antepenultimo primæ strophes versu, quidam codices habent μητίεσι, pro μητίεσσι, à nomin. sing. ἡ μῆτις* consilium. *sed (vt hoc etiam obiter moneam) verior scriptura est μητίεσσι, σ geminato, vt ex antepenultimo antistrophes versu satis liquet. Præterea quod iidem vulgatorum lexicorum auctores tradunt, ex λάϊος, genitiuo nominis λᾶϊς, per crasin fieri λᾶος, nimirum α & ι per synæresin in ᾳ contractis, de eo nihil apud probatos lexicographos aut Grammaticos inuenio. nam genitiuum λᾶος non Vrbanus tantum & Lascaris, sed Eustathius quoque contractum esse docent ex λάαος, genitiuo nominis λάας, ideoque sine ι scribunt. Porrò ex perittosyllabo isto & incotracto nominatiuo λᾶας (quo Hom. vtitur. Il. δ. & Od. λ. in hoc hemistichio, λᾶας ἀναιδής) non tantum genitiuus est contractus λᾶος, vt Odyss. θ. λᾶος ὑπὸ ῥιπῆς: sed etiam datiuus λᾶϊ, Il. π. βάλεν ὀξέϊ λᾶϊ: & dual. nomin. atque accus. λᾶε, Il. ψ. δύο λευκὼ λᾶε. ab eodem & accus. sing. incontractus λᾶαν, Il. γ. ἐπὶ λᾶαν ἵησιν. Accusatiuus autem plur. λᾶας apud Nonnum (in hoc hemistichio, λᾶας ἔχων ὀλοπλήξας) itidemque dat. λάεσσι apud Hom. Il. γ. non tantum ex disyllabo nominatiuo λάας per contractionem facti, sed etiam simpliciter è monosyllabo λᾶς flexi censebuntur. nam ex contracto nom. λᾶς (perispomenws enim scribendum fuerat v. 28.) sunt hi obliqui λαός, λαΐ, λάα, vel etiam λᾶν, (vt apud Theocr. λῖν à λῖς leo,) itidemque casus plurales, simpliciter è recto singulari deducti. Quod verò ad parisyllabum atque paroxytonū λάας attinet, (cuius flexionem Doricam Antesignanus tradit,) annotat Vrbanus, id proprium esse nomen: itidemque contractum ὁ Λᾶς τοῦ Λᾶ. forsan respiciens ad hæc duo hemistichia, Οἵ τε Λάαν εἶχον, apud Hom. Il. β & , Καὶ Λᾶν [illegible] apud Eustath. ex Lycophrone. sed annotat Eustathius in Homericum illud hemistichium, ex veteribus Grammaticis, quam Homerus disyllabως Λάαν appellat ab aliis monosyllabως Λᾶν fuisse nominatam, genere non masculino tantum, sed etiam fœminino. ita vt in hac significatione dicatur non tantum ὁ Λᾶς siue Λάας, sed etiam ἡ Λᾶ siue Λάα. fuit autem (vt idem refert) nauale seu n[illegible]um.*

oppidum Elidis, ἐπίνειον Ἠλιδ〈ος〉 : παρὰ τὰς λᾶας (*hoc est à saxis*) *denominatum, quod in excelsa situm esset petra. ac Dioscuri ab eius expugnatione dicti* Λαπέρσαι.] Variant quoque ὁ ἀσπασμὸς, ου, & τὸ ἄσπασμα, ατος, *salutatio* : ἡ βλάβη, ης, & τὸ βλάβος, εος, *nocumentum* : ὁ βρεχμὸς, οῦ, & τὸ βρέχμα siue βρέγμα, ατος, *caluaria, os capitis*: ὁ γάρος, ου, & τὸ γάρον, *garum, liquamen ex pisce* : ἡ δίψα, ης, & τὸ δίψος, εος, *sitis*: τὸ δῶμα, τοῦ δώματος, *domus*, & per apocopen τὸ δῶ, indeclinabile; & ὁ δόμος, τοῦ δόμου : ὁ ἔλεος, ου, & τὸ ἔλεος, ἐλέεος, *misericordia: commiseratio*: ἡ ἐνέδρα, ας, & τὸ ἔνεδρον, ου, *insidiæ* : ὁ ἐχμὸς, οῦ, & τὸ ἔχμα, ατος, *retinaculum, impedimentum* : ὁ θρῆνος, ου, & τὸ θρῆνος, εος, *lamentatio*: ὁ θύμος, ου, & τὸ θύμον, ου, *thymus* : ἡ κέλευθος, ου, & τὸ κέλευθον, ου, *via* : ἡ νάπη, ης, & τὸ νάπος, εος, *saltus, locus syluosus*: ἡ νείκη, ης, & τὸ νεῖκος, εος, *rixa, iurgium* : ἡ νίκη, ης, & τὸ νῖκος, εος, *victoria* : ὁ ὄνειδος, ου, & τὸ ὄνειδος, εος, *probrum*: ὁ vel ἡ ὀρίγανος, ου, & τὸ ὀρίγανον, ου, *origanum herba*: ὁ ὄχος, ου, & τὸ ὄχος, εος, *vehiculum*: ἡ σκάφη, ης, & τὸ σκάφος, εος, *scapha, nauis* : ὁ σκότος, ου, & τὸ σκότος, εος, *tenebræ*: ὁ vel ἡ σπάρτος, & τὸ σπάρτον, ου, *spartum*. Sic apud poëtas ὁ αἰγόκερως, τοῦ αἰγοκέρωτος καὶ αἰγοκέρω, & ὁ αἰγοκεροῦς, έος & ῆος, *capricornus* : ὁ Βορέας, ου, & Βορρᾶς, *Boreas, Aquilo*: ὁ Γηρυών, ονος, & Γηρυονεύς, *Geryon*. [*Hæc vox agnoscitur etiam à Lascari & Vrbano: sed non præteritur ab iisdem parisyllabum* Γηρυόνης ου, *quod est longè vsitatius: vt* Γηρυόνου βόας *Epigr. lib.* 4. & Γηρυόνη τετραπήλῳ *apud Suidam ex Aristoph.*] ὁ ἡνίοχος, ου, & ἡνιοχεύς, *auriga*: ὁ πατροφόνος, ου, & πατροφονεύς, *parricida* : (dicitur & ὁ πατροφόντης, ου, & πατροκτόνος, ου, atque ὁ πατραλοίας, α, pro eodem) ὁ ὑδροχόος, ου, & ὁ ὑδροχοεύς, *aquarius, sidus Zodiaci*: ὁ υἱός, ου, & υἱεύς, *filius*. [11] Datiuus τῷ δόρυι, & metathesi δουρὶ, & poëticè δορὶ, subtracto υ ex diphthongo ου. [12] Sic τὸ γῆρας, γήρατος, & τὸ γῆρος, γήρεος, *senectus* : τὸ οὖδας, ατος, & τὸ οὖδος, εος, *pauimentum*. Porrò nomen γῆρας apud poëtas vt notat Sylburgius vsitatius flectitur per αος, extrito Ionicè τ, vt ἐπὶ γήραος οὐδῷ aliquoties apud Homerum : in prosa verò vsitatior est crasis Attica, vt γήρως ex γήραος, γήρᾳ ex γήραι. triplicem tamē nominis huius flexionem probare videntur totidem compositorum genera. nam ex impure flexo est ἀγήρατος apud Aristot. & Hyperidem : (nisi compositum id malis ex α & γηράω, vt ἀσκηθὴς, ἀκήρατος, & similia. ex puro ἀγήραος apud Hesiodum. ex contracto autem ἀγήρως: quod postremum (vt hoc quoque moneam obiter) contra morem Atticum παροξύνεται, & ν in accusatiuo modò reti-

ANNOTATIO.

ANNOTATIO.

net, modò amittit: cætera verò eiusdem terminationis composita, & proparoxytonως efferuntur, & ν seruant accusatiuo, vt δύσγηρως ὑπέργηρως, δύσγηρων ὑπέργηρων quædam verò etiam in ρος exeunt, o breui, vt σύγγηρος, ταχύγηρος: à quo ταχύγηρα legimus apud Hippocratem: eodemque modo superlat. δυσγηρότατος apud Hesych. & Suidam, est potius ab δύσγηρος quàm ab δύσγηρως. Quod verò attinet ad alterum nomen γῆρος εος, Ionicum illud est & poëticum, vt ὕδος εος, pro ὕδωρ ατος.

Æolismus.

13 [13] Æolicè χέρρος: pro subiunctiua vocali geminatur consona sequens.

Poëtarū licentia in declinandis nominibus. Datiui quintæ à nominatiuis tertiæ vsitatis.

14 [14] Poëtæ tale quiddam sibi permittunt in multis nominibus, præcipuè in datiuo singulari secundæ & tertiæ declinationis, in accusatiuo singulari & datiuo plurali tertiæ. nam eos sumunt tanquam nominatiuus singularis esset Quintæ: vt in datiuo; τῇ ἀλκί, τῇ κλαδί.

ANNOTATIO *de datiuo* κλαδί.

[*Varini quoque Cornucopiæ, in ὄσε, datiuum τῇ κλαδί, pro τῷ κλάδῳ, affert ex Æliani historia animalium: in quo præter flexionis metaplasmum, est etiam generis mutatio. Sed Eustath. & Suidas magis probare videntur τῷ κλαδί: vt genere manente, flexionis tantum fiat mutatio. ambiguè genus positum in hoc Alcæi, ἐν μύρτου κλαδί τὸ ξίφος φορήσω, in myrti ramo gladium feram. Apud Aristoph. verò ἐπὶ κισσοῦ κλάδεσι, Suidas cum Scholiastè datiuum κλάδεσι formatum vult è nominatiuo κλάδος, vt τέκεσι τέκος, neutro scilicet imparisyllabo. Hesychius affert etiam κλᾶδες, Æolicè positum dicens pro ζυγὰ,* iuga. *cui si ι subscribas, Doricum erit pro Ionico κλῆδες, hoc autem pro communi κλεῖδες, è singulari nominatiuo κλεὶς,* clauis.] τῷ διχόμηνι, τῷ λιτί, τῷ μελίκρατι, τῇ παρθένι, τῷ πολυπάταγι, ὑσμίνι: pro τῇ ἀλκῇ, τῷ κλάδῳ, τῷ διχομήνῳ, τῷ λιτῷ, τῷ μελικράτῳ, τῇ παρθένῳ, τῷ πολυπατάγῳ, τῇ ὑσμίνῃ: ab ἡ ἀλκὴ, ῆς, *robur:* ὁ κλάδος, ου, *ramus:* ὁ διχόμηνος, ου, *in duas partes mensem secans:* τὸ λιτὸν, οῦ, *pannus lineus:* τὸ μελίκρατον, ου. *mulsum:* ἡ παρθένος, ου, *virgo:* ὁ πολυπάταγος, ου, *multistrepus:* ἡ ὑσμίνη, ης, *prœlium:* sed tanquam ab ἡ ἀλξ, ἀλκὸς: ἡ κλὰς, κλαδὸς: ὁ διχόμην, ηνος: τὸ λὶ, λιτὸς.

ANNOTATIO.

[Malui ponere neutrum nominatiuum τὸ λὶ, quam fœmininum ἡ λὶς (quem Etymologus Ascaloniti quidem placuisse testatur, sed reiicit eam ob causam, quod monosyllaba in ς non soleant flecti per τος) posito enim illo nominatiuo flexionis duntaxat erit metaplasmus, non item generis. nam λιτὶ mutata flexionis forma dictum volunt pro λιτῷ, à nominatiuo τὸ λιτὸν, *tenue linteum.* indeque plurale λῖτα, ποῦ λῖτες. tum λι λιτὸς sic erit vt μέλι μέλιτος. at κρὶ pro κρίμνον aclitō est.] τὸ μέλικρας, ατος: ἡ παρθένις, ιος·

ὁ πολυπάταξ, αγος : ἡ ὑσμὶν, ῖνος. In accuſatiuo τὸν ἰκτῖνα, tanquam ab ἰκτὶν, pro quo vſurpatur ὁ ἰκτῖνος, ου, *miluus.* at λῖτα pluralem accuſ. eſſe, oſtendit apud Homer. καλὰ λῖτα, & in Epigram. δύω λῖτα, *lintea.* In datiuo plurali, τοῖς ἀνδραπόδεσι, τοῖς δένδρεσι, τοῖς ἐγκασι, ταῖς κλάδεσι, τοῖς κρίνεσι, τοῖς πέταλσι, τοῖς πρόβασι, τοῖς προσώπασι, τοῖς σάββασι : à τὸ ἀνδράποδον, ου, *mancipium* : τὸ δένδρον, ου, *arbor* : τὸ ἔγκατον, ου, *viſcus, eris* : ὁ κλάδος, ου, *ramus* : τὸ κρίνον, ου, *lilium* : τὸ πέταλον, ου, *folium* : τὸ πρόβατον, ου, *ouis* : τὸ πρόσωπον, ου, *facies* : τὸ σάββατον, ου, *ſabbatum, requies* : ſed quaſi à τὸ ἀνδράποδος, εος : τὸ δένδρος, εος : τὸ ἔγκας, ατος : ἡ κλὰς, κλαδὸς (vide 150, 26. & 30.) τὸ κρίνος, εος : τὸ πέταλς, αλος : τὸ πρόβας, ατος : τὸ πρόσωπας, ατος : τὸ σάββας, ατος. at κτεάτεσσι eſt à τὸ κτέαρ, ατος, (150, 26.) vt in Epigram. εὗρε χρυσοῦ κτέαρ. Reperitur quoque τὰ κρίνεα, *lilia* : τὰ προσώπατα, τῶν προσωπάτων, *facies* : ſic τῶν μηλάτων, *pecorum*, pro μήλων à τὸ μῆλον, ου, *ouis, pecus* : ſed tanquam à τὸ μῆλας, ατος. Contrà Ætoli pro datiuis quintæ vſurpant datiuos tertiæ finitos in τοῖς; vt τοῖς γερόντοις pro γέρουσι, ab ὁ γέρων, οντος, *ſenex* : ſed quaſi ab ὁ γέροντος, ου. ſic τοῖς διλημμάτοις, τοῖς παθημάτοις, pro τοῖς διλήμμασι, παθήμασι, à τὸ δίλημμα, ατος, *dilemna, ſyllogiſmus vtrinque vinciens & conſtringens* : τὸ πάθημα, ατος, *affectus, paſſio* : ſed quaſi à τὸ διλήμματον, ου, τὸ παθήματον, ου. [Sed τοῖς διλημμάτοις, & τὸ διλήμματον, non ſunt anomala, ficta, aut inuſitata, ſed & regularia, & vſu etiam recepta. vt enim μονολημμάτους συλλογισμοὺς Alexander, ſic διλήμματον σχῆμα dicit Hermogenes: atque adeo Suidas non δίλημμα tantum agnoſcit, ſed etiam διλήμματον, ſubaudiens ſubſtantiuum νόημα.] Reperitur etiam nom. plur. αἱ Κλῶθες, *Parcæ*, pro Κλωθοὶ, ab ἡ Κλωθώ, όος, quod in duali & plurali declinandum erat per tertiam, 155, 33. [15] Et γυνὴ apud veteres. [16] Contra verò ὁ καὶ ἡ κύων, *canis*; & ἡ ἀρνὸ, *agna*, ſyncopen patiuntur in obliquis, κυνὸς, ἀρνὸς, pro κύονος, ἀρνόος. [Notat Sylburgius pro fœminino barytono ἡ ἀρὼ, apud Euſtathium, Etymologum, Pollucem & alios, extare maſculinum oxytonum ὁ ἀρὼν: cuius obliqui ἀρῶνος, ἀρῶνι, ἀρῶνα : per ſyncopen ἀρνὸς, ἀρνὶ, ἄρνα. ſunt qui poſtremis hiſce finxerint rectũ monoſyllabum ἄρς : ſed reiiciuntur ab Etymologo & aliis. Ab ἀρὼν autem eſt non tantum ἀρνοβοσκὸς, *paſtor agnorum, opilio* : ſed etiam per aphæreſin ῥὼν : à quo plurale ῥῶνες, agni, apud Euſtathium, Heſychium, Suidam, & Etymologum.] [17] Declinatur etiã ὁ Ζὴν, Ζηνὸς, Ζηνὶ, Ζῆνα : imò decem huius inueniuntur nominatiui, Ζὴν.

Accuſatiui à nominatiuis inuſitatis.

Datiui plurales quintæ in σι pro οις tertiæ.

Datiui plurales in τοις pro σι apud Ætolos.

ANNOTATIO

15

16

Syncope.

ANNOTATIO

17

Nominis Ζεὺς decem nominatiuis.

ANNOTATIO.

Ζλὼ, Ζαὼ, Δλὼ, Δαὼ, Ζὴς, Ζὰς, Ζδὺς, Δδὺς, Βδδὺς, & Δὶς, à quo ſunt obl. Διὸς, Διὶ, Δία. Βδδὺς agnoſcunt Caninius & Vrbanus, priſciſque comicis vſitatum perhibent. videndum tamen ne potius ſcribendum ſit Σδδὺς Æolico & Dorico more, vt σδυγὸς iiſdem gentibus eſt ζυγὸς iugum. Golzius certè in Theſauro rei antiquariæ, nummo inſcriptum teſtatur ΣΔΕΥΣ ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ. ac fieri potuit vt librarij, propter characterum in veteribus libris ſimilitudinem, B ſcripſerint pro Σ. niſi fortè Comica ſcurrilitate Βδδὺς παρὰ τὸ βδεῖν di-ctus propter tonitrua, vt Ariſtophanes Nubibus innuit τὰς βροντὰς eſſe πορδὰς τοῦ Διός. atque ita Δδὺς quoque vel Bœotico more factum ex Ζδὺς, vel deriuatum à δδύω, *quod eſt rigo, madefacio.* Porrò vt multis rectis variatur hoc nomẽ apud antiquos, ita varia rectorũ iſtorũ flexio eſt. In ν finita genitiuum faciunt aſſumpto ος: vt Ζανὸς κούρη, *Iouis filia*: Δανὸς ὑψίςῳ θρόνῳ, *Iouis altiſſimo throno*, apud Vrbanum ex Corinna. Ζὴς verò (quod à Pherecyde vſurpatum ſcribit Euſtathius) Ζλὼ facit accuſatiuo, teſtatur idem Vrbanus, afferens ex poëta quodam εὐρύοπα Ζλώ: vt ſit quemadmodum Iliad. α. εὐρύοπα Κρονίδην. alioquin εὐρύοπα Ζλὼ poteſt non vocatiui tantum, ſed etiam nominatiui caſus eſſe, vt εὐρύοπα Ζδὺς apud eundem Homerum, Æolico ſcilicet more, ſicut νεφεληγερέτα Ζδὺς, ἱππότα Νέςωρ, & ſimilia. Ζὰς ſanè, quod Doricam habet τροπὴν τοῦ η εἰς α, per ντ flecti, vt propria illa participialia Πρὰς πράντος, Φθὰς φθάντος, tradit Grammaticus quidam apud Euſtathium 436. A Ζδὺς autem Polycrates Sophiſta, teſte eodem Euſtathio, dixit τὸν Ζεῦ circumflexè, vt τὸν λῖν à nom. ὁ λὶς *leo*: & genitiuum τοῦ Ζέως, pro communi τοῦ Ζεὸς, apud eundem Euſtath. & Etymologum agnoſcunt nonnulli. (at θεῶ Ἄρτεμιν pro θεὸν Ἄρτεμιν, *deam Dianam*, dixit alius, ſicut πλεῦ pro πλέον, craſi Dorica & Ionica, de qua ſupra, 119, 10.) Δὶς etiam, quod ex Rhinthone profert Vrbanus, non ſingulares modo caſus habet, Διὸς, Διὶ, & Δία, ſed plurales etiam, Δίες, Διῶν, Διοῖ, Δίας, teſte Ælio Dionyſio. atque adeo fabulam
18 quandam inſcriptam eſſe Δίες, teſtatur Euſtath. [18] Apud
πολὺς, έος. poëtas regulariter declinatum inuenitur, ὁ πολὺς, τοῦ
19 πολέος, &c. [19] A poëtis tamen vſurpatur: ſic neutrum
πολλόν. πολλὸν pro πολὺ, ſiue ſit nomen, *multum*: ſiue aduerbium,
20 *valde, multùm, multò.* [20] His adde τὸ χάρμαρ, ἄσος, ...

ANNO

ANNOTATIONES IN VERBA.

COGNATA Tempora sunt, quorum eadem est figuratiua: Præsens & imperfectum, [1] τύπτω, ἔτυπτον: Perfectum & plusquamperfectum, [2] τέτυφα, ἐτετύφειν: Aoristus primus & futurum primum, [3] ἔτυψα, τύψω. sic Aoristus secundus, futurum secundum, [4] & præteritum medium, cognationem inter se habent; ἔτυπον, τυπῶ, τέτυπα. 1 2 3 4

Cognata tempora.

Attici tertiis personis in ι vel ε addunt literam ν, [5] etiam ante consonantem; τύπτουσιν vel ἔτυψεν τοῦτον, *verberant vel verberauit hunc.* 5

Atticismus.

[1] SVPPLE, Idque non solùm in voce actiua, sed & in passiua & med. τύπτομαι, ἐτυπτόμην: atque non tantum in indicatiuo, sed etiã in reliquis omnibus modis & participiis. Nunquam enim reliqui modi aut participia characteristicam habent diuersam ab ea quam idem tempus habuerit in indicatiuo. 1

Notio.

[2] Supple, Vocis actiuæ. Porrò in voce passiua perfectum quoque & plusquamperfectum inter se cognationem habent, τέτυμμαι, τέτυψαι, τέτυπται: ἐτετύμμην, ἐτέτυψο, ἐτέτυπτο: & paulopostfuturum cum secunda perfecti, τέτυψαι, τετύψομαι: sic secunda singul. perfecti imperatiui τέτυψο. Aoristus verò primus & futurum primum cum tertia perfecti, mutatis tamen tenuibus in aspiratas, τέτυπται, ἐτύφθην, τυφθήσομαι. sic tertia perfecti imperatiui, ac perfectum infinitiui, τετύφθω, τετύφθαι: sed si in tertia perfecti ται sit purum, hìc interseritur σ: κέκρισται, *indicatus est*; κεκρίσθω, *indicatus esto*; κεκρίσθαι, *indicatum esse*, à themate κρίνω, *iudico*. 2

Cum perfecto passiuo cognationẽ habentia.

[3] Supple, In voce actiua, & med. ἐτυψάμην, τύψομαι. 3

[4] Supple, Per omnes voces; vt in pass. ἐτύπην, τυπήσομαι: in media, ἐτυπόμην, τυποῦμαι. 4

[5] Addit *etiam*, quia [illegible], 27. dixit id fieri sequente vocali. Iones autem id non obseruant: sed sequente vocali elidunt ι & ε, τύπτουσ' αὐτόν, pro τύπτουσιν αὐτόν, *verberant ipsum*: & ἔτυπτ' ἐκεῖνος pro ἔτυπτεν ἐκεῖνος, *verberabat ille.* 5

Ionismus.

[1] Litera ρ propter syllabicum augmentum geminatur, ῥέω, ἔρρεον, ῥίπτω, ἔρριπτον: & ρ posterius aspi- 1

De augmento. ρ geminatum.

aſpiratur, prius lenem habet ſpiritum. ſiquidem nulla ſyllaba deſinit in aſpiratam: ſed ſi litera geminetur, prior eſt tenuis; vt Ἀτθίς, Σαπφὼ, Βάκχος, *Attica, Sappho, Bacchus.* *Regula.*

γν. γρη.
2 [2] Quorum principium eſt γν aut γρη, non repetunt primam conſonantem, γνόω, ἔγνωκα, *noſco*: γρηγορέω, ἐγρηγόρηκα, *vigilo.*

μν. κτ. πτ.
Hæc verò repetunt; μνάομαι, μέμνημαι, *memini*:
3 κτάομαι, κέκτημαι, *poſſideo*: [3] πτάομαι, πέπταμαι, *volo, as*: πτόω, πέπτωκα, *cado*. Nam apud poëtas κτ, μν, & πτ, communem faciunt ſyllabam.

α immutatum.
In incremento temporali quatuor α ſeruant;
4 ἄω, ἄον, *ſpiro*: ἀΐω, ἄϊον, *audio*: ἀηθέσσω, [4] ἀήθεσσον, *inſuetus ſum*: ἀηδίζομαι, ἀηδιζόμην, *tædio afficior, faſtidio.*

ε auctum addito ι.
Vocalem ε quædam non in η mutant, ſed
5. 6 [5] augent addito ι; [4] ἔχω, *habeo*: ἔπω, *dico*: [6] ἕλω, *ca-*
7. 8 *pio*: [7] ἕλκω, [8] ἑλκύω ſiue [9] ἑλκύζω, *traho*: [10] ἕρπω, [11] ἑρ-
9 10 πύζω, *ſerpo*: ἑστήκω, *ſto, permaneo*: [12] ἕπομαι, *ſequor*:
11 [13] ἐρέω, *dico, interrogo*: [14] ἑστιάω, *conuiuio excipio*:
12 [15] ἐάω, *ſino*: [4] ἕω, *induo, mitto, pono*: [16] ἐρύω, *traho*:
13 ἔθω, *conſueſco*: [17] ἐθίζω, *conſuefacio*: [18] ἐργάζομαι, *ope-*
14 15 *ror*: ἔχω, [19] εἶχον, *non* ἦχον: & ita in reliquis:
16 quibus ex Herodiano adde ἕζω, *ſedeo vel pono.*

εἶπον, εἰπὲ. εἰπών. εἱστήκειν. ἕστηκα. ἕστακα. εἷμαι. ἐρρήθην.
17 ἔπω, εἶπον, *dixi*; εἰπὲ, *dic*; εἰπὼν, *qui dixit*; in
18 omnibus [20] modis ſeruat augmentum. ἑστήκω,
19 20 *ſto*, [21] εἱστήκειν, *ſteteram*, pluſquamperf. medium:
21 nam perfectum, ἕστηκα, ſine augmento: licet id veriùs ſit actiuum ab ἵστημι; & ἕστακα dictum per α more Dorico. ἕω, *induo vel pono*, εἷμαι præteritum paſſiuum. ἐρέω, *dico*, εἴρηκα, *dixi*; εἴρημαι, *dictus ſum*: vnde εἰρήθην, & eliſo ι, ἐρρήθην, *dictus*
22 *ſum*: ἔθω, *conſueſco*, [22] εἴωθα, *conſueui*, præteritum medium per pleonaſmum ω.

ευ in ηυ.
Diphthongus ευ in ηυ Atticè; εὔχομαι, ηὐχόμην, *precor*: εὕδω, ηὗδον, *cubo, dormio.*

Diphthongum οι hæc non mutant; οἰόομαι, οἰώθω, *solus ago*: οἰμάω, [23] *impetu ruo*: [24] οἰνόω, *vino impleo*: οἰνίζομαι, *vinum emo*: οἰστρόω siue οἰστρέω, *œstro exerceo*: οἰωνίζομαι, οἰωνοσκοπέω, οἰωνοπολέω, *auguror*: οἰακίζω, οἰακονομέω, οἰακοστροφέω, *guberno, gubernaculum rego*: οἰδαίνω, *tumesco*: οἰκουρέω, *domum custodio*.

23 *οι immutatum.*
24 *οἰώθω, aoristi primi.*

[1] POETAE Tamen id non semper obseruant: ῥάπτω, ἔῤῥαπτον, *suo, suebam*. ῥίπτω, ῥέῤῥιφα pro ἔῤῥιφα: passiuum ῥεῤῥιμμαι pro ἔῤῥιμμαι, *proiectus sum*: plusquamperfectum ἐρεῤῥίμμην, ἐρέῤῥιψο, ἐρέῤῥιπτο pro ἔῤῥιπτο, *proiectus erat*. ῥέζω, *facio*, imperfectum ἔρεζον: aoristus primus ἔρεξα, cum κατὰ, κατέρεξα, *peregi*, à futuro ῥέξω: & transpositis literis ἔρξω ἔρξεις, *faciam, es*: vnde in aoristo primo ἔρξαν, *fecerunt*, sine augmento: imperatiuus ἔρξον: subiunctiuus ἔρξω, ἔρξῃς: infinitiuus ἔρξαι: participium ἔρξας, αντος: at in præsenti pro ῥέζω per metathesim dicimus non ἔρζω (nam ρ nunquam ponitur ante ζ, 7, 17.) sed ἔρδω: sunt enim ζ & δ permutabiles, quòd ζ valeat δσ. [2] Nam ε in huiusmodi locis nō anceps, sed productum solùm censetur. [3] Perfecti πέπταμαι verius thema est πετάομαι siue πετάννυμαι, pandor. nam ex eo per syncopen fit πέπταμαι, pro πεπέταμαι, *expansus sum, passis alis volo*, sicut à κεράομαι siue κεράννυμαι, *misceor*, fit primum κεκέραμαι, deinde per syncopen κέκραμαι. [4] ἀνήθεσον legitur apud Hom. Il. κ. ἀνήθεσον γὰρ ἔτ' αὐτῶν, *erant enim illorum adhuc insueti, neque enim illis adhuc assueuerant*. eamque scripturam (vna cum themate ἀνηθέσσω, *insuetus sum*) agnoscunt Etymologus, Suidas, & Eustathius. apud Hesych. verò est ἀνθέσκον, vt οἴχνεσκον apud Hom. Il. ε. à thematibus ἀνθέω & οἰχνέω, Ionicè pro initiali augmento insertis in medio σκ. Sed alteram scripturam confirmat etiā analogia: ἀνηθέσσω enim dicitur vt ἀγνώσσω *ignoro*. Iam ἀηθέσσω & ἀηδίζομαι propterea carent augmento, quoniam duorum η concursus parit cacophoniam: ἄω verò & ἀίω manent inaucta, ne ipsorum præterita cōcurrant cum præteritis verborum εἰμὶ *sum*, & εἶμι *eo*: ab illo enim poëtis est ἦε *erat*, ab hoc autem, ἤϊε, *ibat*. testes Etymologus & Suidas. [5] Iones idem & in quibusdam aliis verbis obseruant; vt ab ἐρωτάω, *interrogo*, imperfectum εἰρώτων εἰρώτων, ας, α, pro ἠρώτων, ας, α, *interrogabam*. At Dores veteres hæc quæ author hîc enumerat per α efferebāt; ἆχον pro ἦχον, [illegible]

1 *ρ non geminatum propter incrementum.*
2
3 ANNOTATIO.
4
5 *Ionismus, ει pro η.*
Dorismus, α pro ει.

κοιμ

ANNOTATIO.

ἠργαζόμην pro εἰργαζόμην. [Herodianus quoque εἰργαζόμην tradit διφορεῖται, per ει scilicet, & per η eodemque modo εἴρετο pariter & ἤρετο reperies apud Nonnum, ab ἔρομαι, interrogo: nisi illius thema poëticum malis, εἴρομαι: sicut ἀνειρώτευν (quod Eustath. affert) non tam ab ἐνερωτάω est quam à poëtico ἀνειρωτάω, cuius simplex εἰρωτάω legitur Od. δ. ταῦτα δ' ἅ μ' εἰρωτᾷς καὶ λίσσεαι, *quæ me interrogas & oras*: ε scilicet per epenthesin τοῦ ι

6 producto poëticè.] [6] Vide Inuestigationem thematis

7 in verbis Ἔχω, Αἱρέω, Ἀγρέω, & Ἀμφιέννυμι. [7] Ab ἕλκω futurum ἕλξω: perfectum εἷλχα: imperfectum & aoristus secundus εἷλκον, εἷλκες, εἷλκε: imperfectum passiuum & aoristus secundus medius εἱλκόμην, εἵλκου, εἵλκετο; sine augmento ἕλκετο, Ἰλιάδ. ά. imperatiuus ἕλκου, & Ionicè

8 ἕλκεο, 193, 29. [8] Imperfectum εἵλκυον: futurum ἑλκύσω: perfectum εἵλκυκα, passiuum εἵλκυσμαι, εἵλκυσαι, εἵλκυσται, 191, 26. aoristus primus εἱλκύσθην: infinitiuus ἑλκυσθῆναι.

9 [9] ἑλκύω agnoscit Herodianus: ἑλκύζω autem est vt ἑρπύζω. Sed & ἑλκέω legitur apud Homerum: fut. ἑλκήσω: vnde ἑλκηθμὸς, *tractio violenta*. Eustath. & He-

10 rodianus. [10] Imperfect. εἷρπον: futurum ἕρψω: aorist.

11 prim. εἷρψα: perfectum εἷρφα. [11] ἑρπύζω scribitur per υ apud Herodianum quoque, Hesych. & alios. fut. ἑρπύσω

12 perfect. εἵρπυκα. [12] Imperfectum & aoristus secundus medius εἱπόμην: futurum medium ἕψομαι: perfectum

13 passiuum εἶμμαι. [13] Imperfectum εἴσπων εἴσπων: futurum ἐσπάσω, seruat α, 217, 1. aoristus primus εἴσπασα: infinitiuus

14 ἐσπάσαι: perfectum εἴσπακα. [14] Imperfectum εἴαον, εἴαες; crasi εἴων, εἴας, εἴα; & sine augmento ἔων, ἔας, ἔα, & Ionicè ἔασκε, 170, 30. futurum ἐάσω, 216, 45. aoristus primus εἴασα: imperatiuus ἔασον, & Laconicè interposito β ἔβασον: perfectum εἴακα, & reiecto augmento ἔακα. re-

15 peritur etiam in præsenti εἰάω pro ἐάω, poëticè. [15] Imperfectum εἴρυον: fut. ἐρύσω: aoristus primus εἴρυσα: perfectum εἴρυκα: pass. εἴρυμαι: plusquamperfect. εἰρύμην, ειρυ-

16 υτο, tertia plur. εἴρυντο, & Ionicè εἰρύατο, 19., 15. [16] Imperfectum εἴθιζον: futurum ἐθίσω: aoristus primus εἴθισα, εἴθισας, εἴθισε: participium ἐθίσας, αντος: perfect. εἴθικα part. εἰθικὼς, οτος: perfectum passiuum εἴθισμαι, εἴθισαι: participium εἰθισμένος: aorist. prim. εἰθίσθην, εἰθίσθης: part. ἐθισθεὶς. dicitur & εἰθίζομαι pro ἐθίζομαι poëticè: imperat. εἴθιζε, & Ionicè εἰθίζεο, assuesce, ...

17 [17] Imperfectum εἰργαζόμην, εἰργάζου, εἰργάζετο tertia pluralis εἰργάζοντο: futurum medium ἐργάσομαι, ἐργάσῃ, ... vnde per crasim ἐργᾷ, *operaueris*, ...

Tempora quædam ab ἕλκω.

ἑλκύω.

ἑλκύζω.

ἑλκέω.

ἕρπω.

ἑρπύζω.

ἕπομαι.

σπάω.

ἐάω, quod & εἰάω poët.

ἐρύω.

ἐθίζω, quod & εἰθίζω poët.

ἐργάζομαι.

dialecto Bœotica: (sic σκεδᾷ, *dissipabis*, pro σκεδάσῃ, à — *Bœotismus, ᾷ pro άσῃ.*
σκεδάομαι τῷ σκεδάννυμαι) aoristus primus medius εἰργα-
σάμην: optat. ἐργασαίμην, ἐργάσαιο: perfectum passiuum
εἴργασμαι, εἴργασαι, εἴργασται: participium εἰργασμένος: aor.
prim. εἰργάσθην, εἰργάσθης, εἰργάσθη. [18] Hinc cũ ὑπὲρ, ὑπερ- 18 *ὑπείρεχον.*
εἶχον, ες, ε, & mutato loco augmenti ὑπείρεχον, ὑπείρεχες,
ὑπείρεχε, *supereminebat, præstabat*: & tertia pluralis ὑπείρ-
εχον, *superabant*. [19] Optatiuus εἴποιμι, εἴποις: subiunctiuus 19 *ἔπω, quod & εἴπω poët.*
εἴπω, εἴπῃς, & Æolicè εἴπησθα: infinitiuus εἰπεῖν. Ab εἶπον,
εἶπες, fit tertia Ionica εἴπεσκε, dixit, 170, 31. ex εἶπε cum
ἀνὰ, fit ἀνεῖπε, & cum altero augmento ἠνεῖπε, *edixit*: pro
quo etiam ἀνείπαπε, per pleonasmum syllabæ πα.
[ἀνείπαπε *non reperio, sed* ἠνίπαπε, *ab* ἐνίπτω, *increpo, epen-* — ANNOTATIO.
thesi syllabæ πα, *vt* ἤγαγε *pro* ἦγε *ab* ἄγω: *Hom.* Καί μιν
ὑπόδρα ἰδὼν, χαλεπῷ ἠνίπαπε μύθῳ.] [20] Cum κατὰ, καθεστήκειν, 20 ἑστήκω.
constitutus eram: perfectum καθέστηκα, *constitutus sum*:
& participium καθεστηκὼς, ότος, *constitutus*; passiuam ha-
bent significationem. [21] Pro εἴωθα siue εἶθα, verso ε in 21 ἔθω.
η Atticè reperitur ἦθα. [22] οἰμάω, quod pro οἰμέω reposui, 22 ANNOTATIO.
agnoscit Eustath. & Hesychius. οἰμέω igitur erit Ionicũ,
vt ὁρμέω pro ὁρμάω, *impetu feror*, apud Herodotum.
Quidam etiam aspiratè scribunt οἵμησεν, vt deriuatum
ab ὁμοῦ. [23] οἰνίζομαι reposui pro οἰνίζω. sic enim Hom. 23
Il. η. ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο, inde igitur vinum comparabant.
eodemque modo ξυλίζεσθαι est lignari, ligna comparare:
ὑλάζεσθαι, materiam colligere. Suidas tamen οἰνίζω quo-
que in hac significatione agnoscit, nec nõ Herodianus:
aliâs οἰνίζω est *vinum imitor, sapore scilicet, odore vel*
colore, vt κυανίζω, *cyanum imitor*, apud Diosc. [24] His 24 οἰνοποτάζω.
annumeratur οἰνοποτάζω, *vinum poto*. at οἰμώζω, *eiulo*, — οἰμώζω.
facit οἴμωζον & ᾤμωζον: futurum οἰμώξω, medium οἰμώ-
ξομαι, οἰμώξῃ, οἰμώξεται: aoristus primus actiuus ᾤμωξα,
ᾤμωξας, ᾤμωξε.

† [1] Compositi augetur principium, si præ- 1 *Augmentum in compositis.*
positio nihil addit ad significatum: ἔπω, ἐνέπω,
ἤνεπον, *dico*: εὕδω, καθεύδω, ἐκάθευδον, *cubo, dormio*.

Quædam Attici augent initio, quorum sim- — *Atticè aucta initio.*
plicia non sunt in vsu: ἀμφισβητέω, ἠμφισβήτουν,
dubito: ἀντιβολῶ, ἠντιβόλουν, *supplico*.

Alia in medio: [2] ἀπολαύω, ἀπέλαυον & ἀπήλαυον, 2 *Aucta in medio.*
fruor: [3] ἐπιχειρῶ, ἐπεχείρουν, *aggredior*: [4] ἐγκωμιάζω, 3. 4
ἐνεκωμίαζον, *celebro, laudo*. sic quædam [5] compo- 5

sita ex δυς & εὖ; δυσαρεστῶ, δυσηρέστουν, *morosus sum:*
δυσαπιστῶ, δυσηπίστουν, *difficulter adducor ut non*
6 *credam.* sic [6] εὐορκῶ, *sanctè iuro, vel, iuramentum*
7.8 *religiosè obseruo:* [7] εὐεργετῶ, *beneficio afficio:* [8] εὐαγ-
9 γελίζομαι, *bonum nuntium affero* [9].

Aucta vtrinque.

Sunt quæ vtrinque augentur: ἐνοχλῶ, ἠνώχλουν, *turbo, molesto:* ἀνορθῶ, ἠνώρθουν, *corrigo:* ἀνέχομαι, ἠνειχόμην, & aor. 2. ἠνεσχόμην, *sustineo.*

ε augmentum versum in η. ἤμελλον, ἠβουλόμην, ἠδυνάμην, ᾔδειν, à μέλλω, βούλομαι, δύναμαι, εἴδω.

10 [10] Apud Atticos syllabicum augmentum vertitur in temporale: ἔμελλον, ἤμελλον, *futurus eram:* ἐβουλόμην, ἠβουλόμην, *volebam:* ἐδυνάμην, ἠδυνάμην, *poteram.* sic εἴδειν, ᾔδειν, *noueram,* plusquamperfectum ab εἴδω, *video, scio.* nam ε siue solum siue in diphthongo, mutant in η.

καθίζω.

1 [1] SIC ἵζω vel ἱζέω ἱζῶ, cum κατὰ, καθίζω, & καθιζάνω, *sedeo & sedere facio:* imperfect. ἐκάθιζον, primæ sing. & tertiæ plur. Ionicè detracto augmento κάθιζον, *sedebant:* futur. καθίσω & καθιζήσω: aor. prim. ἐκάθισα, ἐκάθισας, ἐκάθισε: prima plur. ἐκαθίσαμεν: imperat. κάθισον: part. καθίσας: perfect. κεκάθικα. Tamen διεγγυάομαι augetur in medio, διηγγυώμην; quamuis nihil aliud significet quàm simplex ἐγγυάομαι, *despondeo.* Sunt præterea non pauca, quæ præcipuè apud poëtas augentur initio, quamuis præpositio aliquid addat ad significatum: vt βάλλω, iacio, ἀμφιβάλλω, *dubito:* imperfect. ἠμφίβαλλον. Hoc loco illud monendum, CLENARDVM hîc verba facere de augmento verborum compositorum, quæ componuntur è præpositione, vel ex δὶς & εὖ & alio verbo, etiam non visitato. at quæ componuntur ex α priuatiuo, & ex nomine aut verbo, vel quæ ducuntur à nominè composito, (quæ Decomposita appellantur) in principio incrementum suscipiunt: vt ἀγνοέω, ῶ, *ignoro:* fut. ἀγνοήσω: aor. prim. ἠγνόησα, ἠγνόησας, ἠγνόησε (Homer. ιλ. β', aduocato ι ad ο, dixit ἠγνοίησε, *ignorauit:* tum ex ἠγνόησα crasi οη in ω fit ἤγνωσα, ας: unde tertia Ionica ἀγνώσασκε, 17?,32.) perfect. ἠγνόηκα: pass. ἠγνόημαι: part. ἠγνοημένος. fit autem ἀγνοέω ex α priuatiuo & νοέω, *intelligo,* cum pleonasmo literæ γ. ex eodé νοέω cum ἀμφὶ, fit ἀμφιγνοέω, *dubito;* quod etiam augetur initio: imperf. ἠμφιγνόεον ἠμφιγνόουν: aor. prim. ἠμφιγνόησα. Ab ὁ ἡ ἀκηδής, ἐος, *diligens,* fit ἀκηδέω, dili-

διεγγυάομαι. ἀμφιβάλλω. Notio. Composita ex α, aut ex nomine, & decomposita, initio augetur. ἀγνοέω. ἠγνόησε. ἀγνώσασκε. ἀμφιγνοέω. ἀκηδέω.

genter perquiro: fut. ἀκριβώσω, aor. pr. ἠκρίβωσα, ας, ε: perfect. ἠκρίβωκα: pass. ἠκρίβωμαι: part. ἠκριβωμένος, ἠκριβωμένη, *accuratus, a*. Ab ὁ ἡ ἀμελὴς, έος, *negligens, socors*, fit ἀμελέω, *negligo*: fut. ήσω: perf. ἠμέληκα: infin. ἠμεληκέναι: perfect. pass. ἠμέλημαι, ησαι, ηται: part. ἠμελημένος, *neglectus*; hinc aduerb. ἠμελημένως, *negligenter, citra curam*: reperitur hoc part. & sine augmẽto, ἀμελημένος. Ab ὁ ἀντίδικος, ου, *aduersarius causæ siue litis*, fit ἀντιδικέω, *ad causam occurro, liti me offero*: imperf. ἠντιδίκεον ἠντιδίκουν. ὁ ἡ ἀσελγὴς, έος, *petulans*: hinc ἀσελγαίνω, *lasciuio*: fut. ἀσελγανῶ: aor. prim. ἠσέλγηνα, ας, ε. ab eodem quoq; fit ἀσελγέω, *petulanter ago*: fut. ἀσελγήσω: perf. ἠσέλγηκα: pass. ἠσέλγημαι: part. ἠσελγημένος, η, ον: hinc τὰ ἠσελγημένα, *iniuria & contumelia per petulantiam illata*. Ab ὁ ἡ ἀσθενὴς, έος, *infirmus, debilis*, fit ἀσθενέω, *imbecillis sum, lãgueo*: imperf. ἠσθένεον ἠσθένουν: fut. ἀσθενήσω: perf. ἠσθένηκα. ὁ ἡ ἄσιτος, ου, *à cibo abstinens*: hinc ἀσιτέω, *inedia premor*: imperf. ἠσίτουν. ὁ καὶ ἡ ἄστατος, ου, *instabilis*: hinc ἀστατέω, *instabilis sum*: imperf. ἠστάτουν. ὁ ἡ ἄσχολος, ου, *negotiosus, occupatus*: hinc ἀσχολέομαι, *occupor negotiis*: perf. ἠσχόλημαι, ησαι, ηται: aor. pri. ἠσχολήθην, tertia plur. ἠσχολήθησαν, *operam & studium dederũt*: partic. ἀσχοληθεὶς, έντος, *rei cuipiam deditus*. ὁ ἐναντίος, ου, *contrarius*: hinc ἐναντιόομαι οῦμαι, *aduersor*: imperf. ἠναντιοόμην, όου, όετο, crasi ἠναντιούμην, ἠναντιοῦ, ἠναντιοῦτο: perfect. ἠναντίωμαι, ωσαι, ωται: aorist. prim. ἠναντιώθην, ης, η: hinc infin. ἐναντιωθῆναι, & part. ἐναντιωθεὶς, έντος. τὸ καινουργὸν, οῦ, *recens factum*: vnde καινουργέω, *nouum aliquid molior aut designo*: imperf. ἐκαινούργουν. ὁ καλλιγράφος, ου, *qui mundè & pulchrè scribit*: vnde καλλιγραφέω, *pulchrè scribo*: imperfect. ἐκαλλιγράφουν. sic ab ὁ ἡ καλλιεπὴς, έος, *elegans & splendidus in verbis*, fit καλλιεπέω, *ornatè & eleganter dico*: futur. ήσω: perfect. κεκαλλιέπηκα: pass. ημαι: part. κεκαλλιεπημένος, *ornatè dictus*: vnde aduerb. κεκαλλιεπημένως, *disertè & ornatè*. sic etiã καλλιερέω, *secũda sacra facio, læta exta habeo*: fut. ήσω: aor. prim. ἐκαλλιέρησα, ας, ε: imperf. pass. ἐκαλλιερεόμην, ἐκαλλιερέου, ἐκαλλιερέετο, crasi ἐκαλλιερεῖτο. ὁ παιδαγωγὸς, οῦ, *pædagogus, institutor pueri*: vnde παιδαγωγέω, *sum pædagogus, pueros instituo seu erudio*: fut. παιδαγωγήσω: perf. πεπαιδαγώγηκα: pass. πεπαιδαγώγημαι, πεπαιδαγώγησαι, πεπαιδαγώγηται. ὁ πανοῦργος, ου, *versutus, qui omnibus in rebus versatus est*: ab hoc πανουργέω, *callidè ago, vafer sum & astutus*: fut. πανουργήσω: perf. πεπανούργηκα, [illegible]: part. ὁ πεπανουργηκὼς, ότος, τὸ πεπανουργηκός. ὁ πολλαπλάσιος, ου, *multiplex*: a quo πολλαπλασιάζω, *multiplico*:

ἀμελέω.
ἀντιδικέω.
ἀσελγαίνω.
ἀσελγέω.
ἀσθενέω.
ἀσιτέω.
ἀστατέω.
ἀσχολέομαι.
ἐναντιόομαι.
καινουργέω.
καλλιγραφέω.
καλλιεπέω.
καλλιερέω.
παιδαγωγέω.
πανουργέω.
πολλαπλασιάζω.

imperf. ἐπολλαπλασίαζον. ὁ καὶ ἡ φιλόσοφος, ου, philosophus, sapientiæ studiosus: hinc φιλοσοφέω, philosophiæ studio incumbo: fut. ήσω: perf. πεφιλοσόφηκα: pass. πεφιλοσόφημαι, πεφιλοσόφησαι: imper. πεφιλοσόφησο, πεφιλοσοφήσθω, disputatum sit. φιλότιμος, ου, ambitiosus: ab hoc φιλοτιμέω, ambitiosè quippiam conor: fut. ήσω: perf. πεφιλοτίμηκα: pass. ημαι, ησαι, ηται: aor. prim. ἐφιλοτιμήθην, ης, prima plur. ἐφιλοτιμήθημεν εἰς ὑμᾶς, in vos contulimus. ὁ ἡ χειραγωγὸς, οῦ, qui manu ducit; vnde χειραγωγέω, manu duco: imperf. ἐχειραγώγουν. Hæc tam multa exempla in medium attulimus, vt ex his discant pueri similia formare, atque vt in thematis inuestigatione esse possint multò promptiores. Idem & in sequentibus factitabimus, iis qui in hac exercitatione tyrones sunt, obsecuti; qui à nobis efflagitarunt, vt sibi hac in re operam daremus. DE DIVERSA *incrementi sede, fusius & liquidius præcipit Sylburgius his verbis*: initio augentur quæ deriuata sunt à nominibus tam simplicibus quàm compositis. simplicibus, vt ταπεινόω, ῶ, *humilio*, (à ταπεινὸς *humilis*) ἐταπείνουν *humiliabam*. compositis, vt ταπεινοφρονέω, ῶ, *humiliter sentio, animo humili sum*, (à ταπεινόφρων *humili mente præditus*) ἐταπεινοφρόνουν *humiliter sentiebam, animo eram humili*, sic ab ὀρθοβάτης in Epigram. est ὠρθοβάτει *rectus incedebat*: ab ἀκρολόγος, ἠκρολόγει στάχυας, *summa legebat (seu, carpebat.) spicas*. sic etiam ab οἰκονόμος apud Diog. Laërt. est, ᾠκονόμουν ἄριστα τὰ πολιτικά, *optimè rem administrabant*. Sed poëticè augmentum hic negligitur interdum: vt Epigr. p. 5. ἀτραπὸν ὀθνείοις ὄμμασιν ἀκροβάτει pro ἠκροβάτει, vt ἠκρολόγει paulo ante. Secundo augentur etiam quæ deriuata sunt à nominibus cum α priuatiuo compositis: vt ἠνομήσαμεν, ἠδικήσαμεν, à themat. ἀνομέω & ἀδικέω, quæ deriuata sunt ab ἄνομος & ἄδικος: hæc autem composita ex α priuatiuo, & nominib. νόμος *lex*, δίκη *ius*. Tertio, deriuata à nominibus cum δυς compositis, si videlicet post illam particulam sequatur consona: vt à δυσχεραίνω (cuius primitiuum δυσχερὴς *difficilis*, compositum est è δυς & χεὶρ) est ἐδυσχέραινον *ægrè ferebam*. Quarto, idem fit Atticè in iis quorum primitiua composita sunt cum εὖ, sequente itidem consonante: vt βέλος ηὐτέλιζ' ἔρωτος, apud Anacreontem, ab εὐτελίζω *vilipendo*: hoc autem ab εὐτελὴς *vilis*, composito ex εὖ & τέλος *census, tributum*. Communiter vero in hoc postremo genere nullum est augmentum: vt Plat. [illegible] εὐλογοῦν, ab εὐλογέω ῶ, *benedico*: cuius primitiuum εὔλογος est compositum ex εὖ & λόγος [illegible] ata

φιλοσοφέω. φιλοτιμέω. χειραγωγέω. *Præcepta de augmenti sede ex recentiori quodam Gram.* Plura exempla enumerat p. 290. 291. *Secunda.* *Tertio.* *Quarto.*

Quinto.

dictum. Quinto loco recipiunt augmentum initio, composita, in quibus præpositio nil addit ad significatum: vt ab ἀνοίγω, quod idem est cum simplici οἴγω, *aperio*, est apud Xenoph. ὡς ἕκαστοι ἀνέῳγον, *vt singuli aperiebant.* sic ab ἐπίσταμαι, quod idem est cum simplici ἴσημι *scio*, est ἠπίστατο, teste Eustath. Sexto, composita quorum simplicia non sunt in vsu: vt ab ἐμπολάω, cuius simplex πολάω non reperitur, est perfect. ἠμπόληκας, *lucratus es*, apud Sophocl. Sic ἀντεβόλουν & ἀντεδίκουν, ab ἀντιβολῶ *supplico*, ἀντιδικῶ *liti me offero contra aduersarium*: item ἠμφιγνόουν & ἠμφιγνόησα, ab ἀμφιγνοῶ *ambigo*, teste Budæo: ἠμφίασε *circumuestiit*, ab inusit. ἀμφιάζω, apud Polyænum: ἠμφισβητημένα *in cōtrouersiam adducta*, apud Thucyd. ab ἀμφισβητῶ *discepto*. In medio augentur, primum deriuata ex nominibus cum εὖ & δὺς compositis, si videlicet post illas particulas sequatur vocalis mutabilis: tunc enim in illa vocali fit augmentum temporale: vt ab εὐεργετέω (cuius primitiuum εὐεργέτης compositum est ex εὖ & ἔργον *opus, factum*, aut ἐργάζομαι *operor, facio*) est apud Lucianum εὐηργέτηκε τὰ μέγιστα τὴν οἰκουμένην. sic à δυσαρεστέω ῶ (cuius primitiuum δυσάρεστος est compositum ex δὺς & ἀρεστὸς) est δυσηρέστουν. à δυσωνέω tamen (cuius primitiuum δυσώνης compositum est ex δὺς & ὠνέομαι *emo*) reperies in Epigramm. p.183. ἐδυσώνει, *difficilem se præbebat in emendo.* Deinde augētur in medio, ea quæ cum præpositionibus composita, etiam extra compositionem versantur in vsu: vt ἐναλλάσσω *immuto* (compositum ex ἐν *in*, & ἀλλάσσω *muto*) ἐνήλλασσον. Tum ea quæ conflata sunt è præpositione & nomine, vel deriuata è nomine cum præpositione composito: vt ἀνεχαίτισεν ἅπαντα, *retroëgit omnia*, apud Demosth. ab ἀναχαιτίζω. sic διηκόνουν αὐτῷ, *ministrabant ei*, Matth. 4. à διακονέω. item φόνον ἐνεχείρησεν, *cædem perpetrauit*, apud Euseb. ab ἐγχειρέω. sic etiam ἐπεθύμει *cupiebat*, παρεσπόνδει *fœdus violabat*, προεξένησε (& per crasin προὐξένησε) *conciliauit*. προεφήτευε *prophetabat*, ab ἐπιθυμέω, παρασπονδέω, προξενέω, προφητεύω. Idem fit etiam in præteritis sequentium verborum, ἐγκωμιάζω *celebro*, ἐπιδημέω *peregrinor*, ἐπιορκέω *peiero*, ἐπιστατέω *præsum*: quibus & alia similia recenset Antesign. 296, 28. Quædam vero in hoc postremo genere modo in medio, modo in principio augentur: vt ab ἐμπολάω, cuius paulo ante mentionem feci, est & ἐμπεπολήκαμεν *lucrati sumus*, apud Lucianum: & ἠμπόληκας *lucratus es*, apud Sophoclem. Quædam in hoc ipso genere dupliciter augentur, in medio scilicet

Sexto.

Augentur in medio.

Primo.

Secundo.

Tertio.

Augmentum in principio & medio admittentia.

Dupliciter augentia primo.

& principio: vt *δεδιηκόνηκε ministrauit*, à διακονέω, apud Hesychium: *δεδιῄτηκα arbiter fui*, à διαιτάω, apud Lascarim: *μεμεθωδευμένος methodi è fabricatus*, à μεθοδεύω, apud Eustathium: *πεπαρῴνηται per vinolentiam patratū est*, apud Lucianū, à παροινέω (Alioqui duplex augmentum recipiunt & ea quorum simplicia sunt in vsu: vt *δεδιῴκηται administratus est*, à διοικέω, apud Eustathium: *ἐπαρεμυθήσατο consolata est*, à παραμυθέομαι, apud Athen. ex Euschemo comico: *ἠνείχετο sustinebat*, & *ἠνέσχετο sustinuit*, ab ἀνέχω, apud Budæum ex Aristotele. sic ea quæ CLENARDVS recenset 290, 6. ab ἀνοίγω verò triplici augmento est ἠνέῳξε aperuit, & ἠνεῴχθη apertus est, apud Eustathium. nam in η & ω augmentum est temporale: in ε, syllabicum Atticis proprium, 298. 7.

Duplex sortiūtur augmētum quorū simplicia sunt in vsu.

Triplex habentia augmētum.

Rarius ea quæ deriuata sunt è nominibus compositis, vel è nominibus & verbis conflata: vt *ὠνοματοπεποιημένος* & *μεμελοπεποιημένος*, apud Eustathium, ab ὀνοματοποιέω *nomen fingo*, & μελοποιέω *melicè compono*. regularius apud Demosth. πεπαιδοποίηται à παιδοποιέω liberos procreo.) Porrò in his compositionibus, præpositio in vocalem desinens vocalem finalem amittit, quum verbum (siue auctum illud sit, siue inauctum) incipit à vocali: vt *ἐπαίρω attollo*, *ἐπῆρον attollebam*, ex *ἐπὶ ad*, & *αἴρω tollo*. sic in decompositis, *συγκαταφέρω simul defero*, *συγκατέφερον simul deferebam*, ex *σὺν cum*, *κατὰ de*, & *φέρω fero*. Quod si prima verbi vocalis sit aspirata, finalis in præpositione tenuis vertitur in aspiratam: vt *ἀφαρπάζω abripio*, *ἀφήρπαζον abripiebam*, ex *ἀπὸ ab*, & *ἁρπάζω rapio*. Sic Doricè *ποτείδω* & *ποθοράω aspicio*, ex *ποτὶ* quod est *πρὸς ad*, & *εἴδω* atque *ὁράω video*. Iones verò & Æolenses retinent tenues: vt *ἀπίκετο deuenit*, ex *ἀπὸ ab, de*, & *ἱκνέομαι venio*. Περὶ tamen & πρὸ non abiiciunt finales: vt *περιάγω circumduco*, *περιῆγον circumducebam*: *προορῶ prauideo*, *προώρων prauidebam*. ἀμφὶ modo retinet, modo amittit, siue auctum sit verbum, siue inauctum. Retinet, vt *ἀμφιεννύων induens*, apud Plutarch. *ἀμφιέννυται induitur*, apud Gregor. ex *ἀμφὶ circum*, & *ἐννύω* siue *ἕννυμι induo, vestio*. indeque perfectum pass. *ἀμφιεσμένος circumuestitus, indutus*, teste Budæo. Amittit sæpius, præsertim ante augmentum: vt *ἀμφαφόων* circumcirca contrectans, apud Apollonium: *ἀμφεκάλυψε circumtexit*, apud Hesiodum: *ἀμφέστησαν circumsteterunt*, apud Sophoclem. Nonnunquam post ἀμφὶ omittitur augmentum, vt *ἀμφιποτᾶτο circumuolabat*, apud Homerū: *ἀμφιδεδμήκει circumcirca extruxerat*, apud

apud Iosephum. Interdum augmentum fit in ipsa præpositione: vt ἠμφίεσε *induit*, & ἠμφιεσμένη *induta*, apud Xenoph. ab ἀμφιέννυμι *induo*. Interdum vtrobique: nam ab ἀμφιβάλλω apud Euripidem est ἀμφέβαλεν φόνῳ, *obruit cæde*: & ἠμφίβαλλον, apud Demosth. teste Budæo. Eadem ratio est in Æolico ἀμπί. sic enim idem Budæus ex Athenæo affert ἀμπεχόμην, ab ἀμπέχομαι *induor*: & ἠμπισχόμην ex Platone, ab ἀμπίσχομαι *induor, amicior*: necnon ἠμπείχετο ex Luciano, augmento duplicato. at Homerus Od. ζ, φάρεας ἄμπεχεν ὤμους, sine augmento. Obseruandum verò, hanc præpositionem in compositis resumere aspiratam, quum initium verbi aspiratur, vt apud Eustath. μηδ᾽ ἀγροίκως ἄνω γόνατος ἀμφέξῃ, ab ἀμπέχομαι, in quo themate, sicut etiam in cognato ἀμπίσχομαι, Ionica τροπῇ φ in π versum est, propter asperitatem τῆς ἐπαλληλίας, vt testatur idem Eustath. Apud poëtas etiam cæteræ præpositiones retinent interdum vocales finales: vt ἀποαίνυτο νόστον, adimebat reditum, apud Hom. νέκυν κατα‑είνυον, mortuum conuestiebant, apud eundem. Præterea ἐκ ante syllabicum augmentum ε, redit in ἐξ: vt ἐκλείπω deficio, ἐξέλειπον deficiebam. Redit etiam ν in præpos. ἐν & σὺν, ante consonantes vel mutatum vel abiectum: vt ἐλλείπω *prætermitto*, ἐνέλειπον *prætermittebam*, ex ἐν *in*, & λείπω *linquo*: συῤῥάπτω *consuo*, συνέρραπτον *consuebam*, ex σὺν *con*, & ῥάπτω *suo*: συζεύγνυμι *coniungo*, συνεζεύγνυν *coniungebam*, ex σὺν *con*, & ζεύγνυμι *iungo*. Hac de re plura vide in tractatu de Inuestigatione in Verbo Συῤῥήγνυμι. [2] Huius fut. ἀπολαύσω: aorist. prim. ἀπέλαυσα, ἀπέλαυσας, ἀπέλαυσε, tertia plur. ἀπέλαυσαν: dicitur & ἀπήλαυσα vt ἀπήλαυον, Atticè augmento syllabico ε in temporale η mutato: perfect. ἀπολέλαυκα: infinit. ἀπολελαυκέναι. [3] Futur. ἐπιχειρήσω: aorist. prim. ἐπεχείρησα: perfect. ἐπικεχείρηκα: pass. ημαι, ησαι, ηται: aorist. prim. ἐπεχειρήθην, ης, η: part. ἐπιχειρηθείς, εῖσα, έν. [4] Futur. ἐγκωμιάσω: perfect. ἐγκεκωμίακα: pass. ασμαι, ασαι, αται: aorist. prim. ἐνεκωμιάσθην: part. ἐγκωμιασθείς, έντος, *laudatus*. sunt qui scribant imperf. ἐνεγκωμίαζον pro ἐνεκωμίαζον, per pleonasmum literæ γ. [5] Sic δυσφημέω, *maledico, infamo, irreligiosè loquor*: fut. δυσφημήσω: aorist. prim. ἐδυσφήμησα, ἐδυσφήμησας, ἐδυσφήμησε. δυσχεραίνω, *indignor, ægrè fero*: imperfect. ἐδυσχέραινον, ες, ε: fut. δυσχερανῶ: aor. prim. ἐδυσχέρανα: & in optat. Æolico δυσχεράνεια, ας, ε: atque in subiunct. δυσχεράνῃ, μὴ δυσχεράνητε, *ne grauiter feratis*. [6] Imperf. ἐδυσώρκειν, εὐώρκειν huic opponitur ἐπιορκέω, ῶ, *peiero, falsò deiero*: fut. ἐπιορκήσω:

Marginal notes:

2 ἀπολαύω.

3 ἐπιχειρέω.

4 ἐγκωμιάζω.

5 δυσφημέω.

δυσχεραίνω.

6 εὐορκέω. ἐπιορκέω.

εὐεργετέω. 7 perfect. ἐπιώρκηκα. [7] Futur. εὐεργετήσω : aor.prim. εὐηργέτησα. repentur tamen perfect. ſine augmento, εὐεργέτηκα,ας,ε:paſſ.εὐεργέτημαι:particip.εὐεργετημένος, *beneficiis*

εὐαγγελίζομαι. 8 *affectus*. [8] Imperf.εὐηγγελιζόμην : fut.med.εὐαγγελίσομαι & Atticè εὐαγγελιοῦμαι : part.εὐαγγελιούμενος, *nuntiaturus*,

εὐαγγελίζω. forma futuri ſecundi. ſic actiuum εὐαγγελίζω:fut.εὐαγγελίσω & Atticè εὐαγγελιῶ:aor.prim.εὐηγγέλισα,εὐηγγέλισας, εὐηγγέλισε : med. εὐηγγελισάμην , εὐηγγελίσω, εὐηγγελίσατο: perf.paſſ. εὐηγγέλισμαι,ισαι,ισται : part.εὐηγγελισμένος:aor. prim. εὐηγγελίσθην : imperat.εὐαγγελίσθητι, εὐαγγελισθήτω.

εὐαγγέλλω. dicitur & εὐαγγέλλω : aor.ſec. εὐήγγελον : paſſ.εὐηγγέλην, *bonus nuntius mihi allatus eſt.* [*Verbi* εὐαγγέλλω *non*

ANNOTATIO. *immerito deſideraueris exempla. nec magis probata ſunt in Indice* εὐκλίζω, εὐκρίνω, εὐπλίσομαι, εὐστέλλω: *niſi* εὖ *cum horum verborum temporibus ita coniungitur apud poëtas, vt in proſa quidam coniunctè ſcribunt* εὐποιεῖν, εὐπάσχειν, εὐπράττειν, *pro* εὖ ποιεῖν, εὖ πάσχειν, εὖ πράττειν. *Euſtathius ſanè, pag.1054. innuit* εὖ *cum huiuſmodi verbis (integris ſcilicet) non ſolere coniungi, niſi quum Ionicè reſoluitur in* ἐΰ, *vt* ἐΰτρεφεν, ἐϋκρίνας, ἐϋπλήσασα, *pro* εὖ τρέφεν, εὖ κρίνας, εὖ πλήσασα: *vt alibi* εὖ δέσμαξ, εὖ νοῆσαι: *item* εὖ εἰδώς, εὖ γεγονώς. *Idem tamen etiam in dialyſi huius diphthongi, diuisè ſcribit* ἐΰ, *Iliad.γ.* ἔοικεν ἐΰ γνοίην. *In* εὐαγγελίζομαι *diuerſa eſt ratio : id enim non eſt immediatè compoſitum, ſed è compoſito deriuatũ, vt* εὐεργετέω, εὐτυχέω, *& ſimilia.*]

Aucta in medio. 9 [9] His adde ex Budæo, ἀπενεόω, *obſtupefacio*: fut.ώσω : aor. prim.paſſ.ἀπηνεώθην, *obſtupui*. ἀποδιοπομπέομαι, *amando, ablego* : ἀπολογέομαι, *rationem reddo, pro me reſpondeo* : ἐμβατεύω, *incedo* : ἐνδοιάζω, *dubito* : ἐπιπολάζω, *in ſuperficie ſum, per ſumma feror, innato* : κάθημαι, *ſedeo* : (interdum tamen augetur etiam initio: vnde ἐκάθηντο vel καθῆντο, *ſedebant*) παρανομέω, *iniquè & contra leges ago* : προπηλακίζω, *probro afficio* : προφασίζομαι, *capio occaſionem, prætexo* : imperf. προεφασιζόμην, & craſi

προὐφασιζόμην. προὐφασιζόμην. (verùm de huiuſmodi contractione plura circa finem Annot. in verba.) καταγλωττίζω, *ſuauior*, item *lingua vinco,*

κατεγλωττισμένος. vel *deblatero*: cuius particip.perf.paſſ. eſt κατεγλωττισμένος, pro καταγεγλωττισμένος : non enim repetitur prima conſona thematis ſimplicis, quamuis ε ſit anceps. ἀφηνιάζω autem, *frenum non admitto*, caret augmento, propter η immutabilem.

Appendix. MVLTA Alia quæ hîc non enumerauimus hoc aut illo modo facientia, recenſentur à CLENARDO in Inueſtig. them. in verbo ἁλίσκομαι, & illius compoſito

Augmenti va- ἀναλίσκω. Cæterùm hæc augmenti varietas Attica, non ſolùm

solùm habet locum in compositis quorum simplicia non sunt in vsu, sed etiam aliquando in iis quorum simplicia sunt vsitatissima: vt ποιοῦμαι, *facio*: compositum παιδοποιοῦμαι, id est, *filios procreo*, augetur initio, πεπαιδοποίημαι: quòd componatur ex nomine παῖς, παιδὸς, *puer*, *filius*. Ab ἵημι, *mitto*, compositum ἀφίημι, *dimitto*, nunc augetur initio, ἠφίει *dimittebat* (imperf. tanquam ab ἀφιέω, vt habes, 234, 18.) nunc in medio, ἀφεῖμαι, *dimissus sum*, perf. pass. nunc vtrinque, ἠφείθη, *dimissus est*, aor. prim. pass. pro ἀφέθη. Verùm huiusmodi varietas rarò inuenitur in compositis è præpositionibus & verbis simplicibus vsitatis. nam hæc ferè semper augentur in medio. [10] Poëtæ verò nonnunquã augmentum syllabicum causa metri positione producunt, geminata videlicet consona sequente, vel assumpta externa consonante: vt à λήγω, *cesso*, futur. λήξω: aor. prim. ἔληξα, & geminato λ, ἔλληξα. à δουπέω, *sonitum do*, aorist. prim. ἐδούπησα, & poëticè ἐγδούπησα, aduocato externo γ. 10

Varietas vbi habeat locum.

πεπαιδοποίημαι.

ἠφίει.

ἀφεῖμαι.

ἠφείθη.

Augmentum ε à poëtis positione productum.

ἔλληξα.

ἐγδούπησα.

Perfecto Attici penultimam ε disyllabi primæ & secundæ coniugationis vertunt in ο: πέμπω, *mitto*, πέπεμφα communiter, πέπομφα Atticè: βρέχω, βέβρεχα, βέβροχα, *irrigo*.

De perfecto ε in ο.

πέπομφα.

βέβροχα.

Verbum μένω [1] facit μεμένηκα, tanquam à μενέω, *maneo*. 1

μεμένηκα.

[2] Attici inchoatorum ab ε, ο, & α breui, præterito communi præfigunt duas priores literas præsentis: ἐρείζω, *contendo*, ἤρεικα, ἐρήρεικα, passiuum ἐρήρεισμαι: ἀγείρω, *congrego*: ἤγερκα, ἀγήγερκα, [3] ἀγήγερμαι: ὄλλω, *perdo*, ὦλα, ὄλωλα, præteritum medium est. 2 3

Reduplicatio Attica in præterito inceptorum ab ε, ο, α

ἐρήρεικα,

ἐρήρεισμαι.

ἀγήγερκα,

ἀγήγερμαι.

ὄλωλα.

[4] Corripitur autem præteriti Attici tertia syllaba, si trium syllabarum numerum excesserit: hoc modo; vertitur η in ε, ω in ο, ει & αι abiiciunt ε, οι & ου subiunctiuam: ἀλήθω, ἤληκα, [5] ἀλήλεκα, *molo*: ἐρωτῶ, ἠρώτηκα, ἐρηρότηκα, *interrogo*: ἀλείφω, [6] ἤλειφα, ἀλήλιφα, *vngo*: ἐλεύθω, ἤλευθα, [7] ἐλήλυθα, *venio*: ἑτοιμάζω, ἡτοίμακα, ἐτητόμακα, *paro*: ἀκούω, ἤκουα, ἀκήκοα, *audio*. 4 5 6.7

Atticismus.

ἀλήλεκα.

ἐρηρότηκα.

ἀλήλιφα.

ἐλήλυθα,

ἐτητόμακα.

ἀκήκοα.

At ἐρείδω, *firmo*, *fulcio*, [8] ἤρεικα, ἐρήρεικα, [9] ἐρή- 8.9

ἐρήρικα.

ἐρήρεισμαι, ἐρήρειδα.

ρεισμαι, ἐρήρειδα; vt differat ab ἐρήεικα verbi ἐρί-
ζω, *contendo.*

ἐδήδοκα, ἐδήδομαι. ἀγήοχα.

Verbum ἔδω, *edo*, ἦκα, ἔδηκα, & interiecta syl-
laba δο, ἐδήδοκα: passiuū † ἐδήδομαι. sic ἄγω, *duco*,
assumit γο, ἦχα, ἄγηχα, ἀγήγοχα: sed euphonia
10 tollit γ, [10] ἀγήοχα.

ε ante { ω, ῳ, ο }

Inceptis ab ο vel ω, pręteritū Atticum præfi-
git ε: ὁράω, *video*, ὤρακα, ἑώρακα: οἴγω, *aperio*, ῷγα,
11 [11] ἔῳγα; vnde fit [12] ἀνέῳγα, *aperui seu apertus sum:*
12 ὤθω, *impello*, ὦσμαι, ἔωσμαι: ὠνέομαι, *emo*, ὤνημαι, ἑώ-
νημαι. Idē fit in præterito imperfecto; ἑώρων, *vi-*
13 *debam:*[13] ἑωνούμην, *emebam*,[14] & consimilibus.

ἑώρακα. ἔῳγα, ἀνέῳγα. ἔωσμαι. ἑώνημαι. ἑώρων. ἑωνούμην. ἔοικα.

14 Sic εἴκω, *assimilo, item similis sum:* medium præ-
15 teritum facit οἶκα, vnde [15] ἔοικα, *similis sum, con-
gruo.* Accidit hoc & in aoristis aliorum quoq;
verborum; ἧκα, ἕηκα, *misi:* vnde ξυνέηκα, *commisi:*
16 *item, intellexi:* εἶπα, [16] ἔειπα, *dixi:* προσέειπα, *allocutus
sum:* ὤσάμην, ἐωσάμην, *impuli:* sed huiusmodi
magis poëtarum sunt.

ἧκα, ξυνέηκα, ab ἵημι, ξυνίημι. ἔειπα, προσέειπα, ab ἔπω, προσέπω. ἐωσάμην, ab ὤθω.

Spiritus ε augmenti Attici.

17 [17] Cæterùm augmentum Atticum, spiritum
sortitur præsentis: ὁράω, ὤρακα, ἑώρακα: *vidi:*
ὠνέομαι, ὤνημαι, ἑώνημαι, *emi.*

Atticismus, ει pro { λε, με. }

Attici præterea pro incremento λε & με, po-
nunt ει diphthongum: λήβω, *sumo*, λέληφα, εἴληφα:
18 μείρομαι, *partior, sortior*, μέμαρμαι, [18] εἵμαρμαι.

Attica reduplicatio etiam in præsentibus.

1 [1] FVTVRVM Tamen μενῶ regulare est, 157, 23.
& aoristus primus ἔμεινα, 177, 12. particip. μείνας, αντος.
2 [2] Huiusmodi reduplicatio non solùm habet locum in
præteritis, sed etiam interdum in præsentibus; præci-
3 puè verborum in μι. vide 232, 39. [3] Hinc tertia plura-
4 lis Ionica ἀγηγέραται, *congregati sunt*, 190, 15, 28. [4] Dori-
cè verò nonnunquam manet longa: at quæ sola posi-
tione producitur, ne Atticè quidem aut communiter
5 corripitur, vt patet ex ἀγήγερκα. [5] Passiuum ἀλήλεσμαι:
6 particip. ἀληλεσμένος, *molitus.* [6] Pass. ἤλειμμαι, Atticè
ἀλήλιμμαι, ἀλήλιψαι, ἀλήλιπται non ἤλειπται: particip. ἀλη-
7 λιμμένος: aorist. secund. est ἤλιφον, 178, 11. [7] Et poëticè
εἰλήλουθα, *veni:* vbi ε producitur aduocato ι, & tertia
sylla

ἀγηγέραται. Dorismus. Notio. ἀληλεσμένος. ἀλήλιπται. εἰλήλουθα

syllaba Doricè manet longa: prima plur. εἰληλέθαμεν, — εἰλήλουθμεν.
& syncope εἰλήλουθμεν. ⁸ Hinc particip. ἠρικὼς, ότος, *qui* 8
fixit. ⁹ A tertia sing. ἐρήρεισται fit tertia plur. Ionica ἐρη- 9 — ἐρηρέδαται.
ρέδαται, *nixi sunt*, 190, 15. & 20. plusquamperfect. sumit
aliud incrementum, ἠρηρείσμην, *innixeram.* ¹⁰ Bœoticè 10 — ἠρηρείσμην.
ἄγειοχα, η in ει mutato, 234, 25. ¹¹ Præteritum est me- 11 — ἄγειοχα.
dium: participium ὁ ἐωγὼς, ἡ ἐωγυῖα, *apertus*, *aperta.* — ἔωγυῖα.
¹² Et rursus aucta præpositione, ἀνέωγα. ¹³ Tertia plu- 12. 13 — ἀνέωγα.
ral. ἐωνίοντο ἐωνοῦντο, *emebant*, ab ὠνέομαι. ¹⁴ Vt ab οἰνο- 14
χοέω, ῶ, *vinum fundo*, imperfect. ᾠνοχόει, ᾠνοχόεις, ᾠνοχόει & — ἐῳνοχόει.
ἐῳνοχόει, Ιλ. γ. Cæterùm his quæ hoc loco à CLENARDO — *Notio.*
recensentur, non vtuntur doctiores qui prosa oratione
scripserunt, nisi cum appositione huius augmenti ε.
at poëtæ illud non rarò detrahunt: vnde ὥρα pro ἑώρα, — ὥρα, ἑώρα.
intuebatur, tertia imperfecti ab ὁράω. sic ab οἴγω, οἴξω:
aorist. prim. ᾦξα pro ἔωξα, & soluta diphthongo ὤιξα, — ᾦξα, ἔωξα.
ὤιξας, ὤιξε: perfect. ᾦχα: pass. ᾦγμαι: plusquamperfect. — ὤιξα, ας, ε.
ᾤγμην, ᾦξο, ᾦκτο. vnde tertia plural. Ionica (190, 15.)
ᾤχατο, cum ἐπὶ, ἐπῴχατο, *clausi erant*, Ιλ. μ. ¹⁵ Atque hinc 15 — ἐπῴχατο.
vsitatissimum illud participium ὁ ἐοικὼς, ότος, *similis.* at — ἐοικὼς, ότος.
ὁ εἰκὼς, ότος, *similis, conueniens*: & neutrum τὸ εἰκὸς, — εἰκὼς, ότος.
ότος, *par, consentaneum, vero proximum, signum ne-* — εἰκὸς, ότος.
cessarium, ducuntur ab εἶκα pro ἔοικα, quod formam — εἶκα.
habet præteriti medij ab εἴκω, retento ει, non in η mu-
tato: sunt qui velint, Bœoticum esse pro aoristo primo
εἶξα, *similis sum*; in cuius tertia plur. reperitur εἴξασι — εἶξα.
pro εἶξαν, ab εἴκω: cuius futur. εἴξω: perfect. εἶκα: pass.
εἶγμαι, εἶξαι, & soluta diphthongo, versoque ε in η,
ἤιξαι, *similis es*: sic in plusquamperfecto ἠίγμην, ἤιξο, — ἤιξαι.
ἤικτο, *similis erat.* tertia perfecti εἶκται, cum augmen- — ἤικτο.
to ε, ἔϊκται, *similis est.* Hæc præterita præsentis signi- — *Annotatio.*
ficationem habent, & plusquamperfectum imperfecti.
¹⁶ Sic in aoristo secund. εἶπον, ἔειπον, ab ἔπω *dico*, quod 16 — ἔειπον.
per ει augetur. ¹⁷ Hoc fit contra regulam generalem, 17 — *Regula.*
quæ vult ε augmentum syllabicum notari semper spi-
ritu tenui. ¹⁸ Tertia persona εἵμαρται, *fatum est*: ter- 18 — εἵμαρται.
tia plusquamperfecti εἵμαρτο, *fato decretum erat*: par- — εἵμαρτο.
ticip. εἱμαρμένος, *fatalis.* Pro εἵμαρμαι reiecto ι, & me- — εἱμαρμένος.
tathesi, dicitur ἔμβραμαι, *fatatus sum*: inseritur β, — ἔμβραμαι.
quòd μ ante ρ non ponatur, 6, 9. hinc ἡ ἐμβραμένη, vt — ἐμβραμένη.
ab εἵμαρμαι ἡ εἱμαρμένη, id est, *fatum, sors, fatalis* — εἱμαρμένη.
cursus. sunt qui scribant cum spiritu aspero εἵμαρμαι,
εἱμαρμένη. Ab eodem μείρομαι præteritum med. est με-
μορα, *sortitus sum*, & poëticè ἔμμορα facta meta- — ἔμμορα
thesi: quia etiam in quibusdam aliis præteritis vtuntur

vt

ἔσυμαι: ἐσυμθμώς. ἐπέσυται.

vt ἔσυμαι, *motus ʃum*, pro σέσυμαι, à σεύω, *moueo*: part.
ἐσυμθμ@, *properans*: hinc aduerb. ἐσυμθμώς, *ʃtudioʃè,*
certatim, properè: tertia perfecti ἔσυται, cum ἐπὶ, ἐπέσυται,
impetũ fecit: pluʃquamperf. ἐσύμην, ἔσυσο, ἔσυτο, *ruebat.*

διέσυτο.

cum διὰ, διέσυτο, *peruadebat*: poteʃt tamẽ etiam cenʃeri
imperfectum à σύμαι: aor. prim. ἐσύθην, tertia plur. ἐσύ-

ἔσυθεν.

θησαν, & Bœoticè ἔσυθεν, *ruerunt*, 192, 29.

De pluʃquamperfecto actiuo & medio.
Atticiʃmus.
ἐκεχήνη.
ᾔδη.

1 [1] Pluʃquamperfecti & prima & tertia ʃingu-
laris, Atticè per η ʃine ν: ἐτετύφη ἐγὼ, *verberaue-*
2 *ram ego*: ἐτετύφη ἐκεῖν@, *verberauerat ille*: [2] vnde
ἐκεχήνη pluʃquamperfectum medium à χαίνω,
3 *dehiʃco*: & ᾔδη pro [3] ᾔδειν ab εἴδω, *video, ʃcio.*

ἐτετύφεσαν, ᾔδεσαν, ἀκηκόεσαν, à τύπτω, εἴδω, ἀκούω.

4 [4] Tertiam pluralẽ εισαν Atticus effert per εσαν
5 elidendo ʃubiunctiuam: [5] ἐτετύφεσαν, ᾔδεσαν, ἀκη-
κόεσαν, *verberauerant, nouerant, audiuerant.*

τεθεμελίωτο.

6 [6] Eʃt quandoque hoc tempus contentum
incremento perfecti: τεθεμελίωτο, *fundatus erat*;
pluʃquamperfectum paʃʃiuum à θεμελιόομαι,
fundor, aris.

Pluʃquamperfectum cum triplici augmento: ἠγηγέρκειν, ὠρωρύχειν, ἠκηκόειν, ab ἀγείρω, ὀρύσσω, ἀκούω.

Atticum pluʃquamperfectum temporaliter
7 initio augetur: ἀγήγερκα, [7] ἠγηγέρκειν, *congregaui,*
8 *congregauerã*: ὀρώρυχα, [8] ὠρωρύχειν, *fodi, foderam*: ἀκή-
κοα, ἠκηκόειν, *audiui, audiueram.* Excipe ἐληλύθειν &
9 [9] ἐληλύθειν, *veneram*, ab ἐλήλυκα & ἐλήλυθα, ab
ἐλεύθω, *venio.* At ἔολπα, *ʃperaui*, ἐώλπειν: ἔοργα, *feci,*

ἐώλπειν, ἐώργειν, ἐῴκειν: ab ἔλπω, ἔργω, εἴκω.

10 *patraui*, ἐώργειν: ἔοικα, *ʃimilis ʃum*, [10] ἐῴκειν, [11] augen-
11 tur ʃecunda ʃyllaba, pro ἠόλπειν, ἠόργειν, ἠοίκειν.

Ioniʃmus.

1 [1] I D Fit arrepta ab Ionibus occaʃione, qui primam
perʃonam pluʃquamperfecti actiui & medij per εα, &
tertiam per εε efferunt; quæ Attici & Dores in η con-

ὀδώδη: ὀδωδέναι: ὀδωδώς.

2 trahunt. [2] Sic ὀδώδη, *oluerat*, ab ὄζω: præt. med. ὦδα, 197, 8.
Atticè ὄδωδα, δ pro ζ repetito, (hinc infin. ὀδωδέναι, &
part. ὀδωδὼς, ότος) pluʃquãperf. ὠδώδειν, ὠδώδεις, ὠδώδει, & Io-
nicè detracto priori augmẽto ὀδώδεα, † ὀδώδεας, ὀδώδεε,
3 & craʃi Attica ὀδώδη. [3] Vide Inueʃtigationẽ thematis in

ᾔδεα, ας, ε.

verbo εἴδω. Reperitur & Ionicum ᾔδεα, ᾔδεας, ᾔδεε, *noue-*
ram, as, at: vnde factum eʃt Atticum ᾔδη, *noueram* & *no-*

Doriʃmus.
ἐλελοίπεσαν.
ἐπεπράγεσαν.

4 *uerat.* [4] Idem & Dores obʃeruant. His ʃimilia ʃunt
ἐλελοίπεσαν, *reliquerãt*, à λείπω: præt. med. λέλοιπα, 197, 21.
ἐπεπράγεσαν, *egerant*: à πράττω: præt. med. πέπραγα, 197, 8.

ἐκεχωρήκεσαν, *cesserant*, & detracto ε Ionicè, κεχωρήκεσαν, à χωρέω, μ. ήσω, π. ηκα. [5] Ionicè sine ε, πετύφεσαν. [6] Iones & poëtæ id in multis obseruant: imò non rarò perfecti quoque augmentum plusquamperfecto pass. detrahunt; atque nonnunquam imperfecti augmentum tantummodo illi concedunt: vt δέδεκτο, δέκτο & ἔδεκτο, atq; ectasi poëtica δείδεκτο, pro ἐδέδεκτο, *susceperat*: & prima persona ἐδέγμην pro ἐδεδέγμην, à δέχομαι. ex δείδεκτο fit tertia plur. Ionica (190, 15.) δειδέχαται: sic in tertia plurali perfecti, δεδέχαται, *susceperunt*. ἔλεκτο pro ἐλέλεκτο, *cubuerat*, à λέχομαι seu (vt Eustath.) λέγομαι. ἐλέλικτο, *conuolutus erat*, pro ἠλήλικτο, ab ἑλίσσω: fut. ἑλίξω: præt. ἥλιχα: pass. ἥλιγμαι, & per reduplicationem Atticam ἐλήλιγμαι; vnde plusq. ἠληλίγμην, ἠλήλιξο, ἠλήλικτο, & sublato vtroq; augmento, remanente tamen reduplicatione, ἐλέλικτο. ἀπάμειπτο pro ἀπήμειπτο *responderat*, ab ἀπαμείβομαι. Sic enim restituit Sylburg. quod erat in primis editionibus mendosè, ἐπάμειπτο pro ἐπήμειπτο: respondendi enim (inquit) significationem habet, non ἐπαμείβεσθαι, (quod est *mutare, & alternare*) sed ἀπαμείβεσθαι. Idque passim apud Homerum. sed & apud Xenoph. ὧδε ἀπημείφθη, *sic respondit*. ἔπληκτο pro ἐπέπληκτο, *impletus erat*, vel *implebatur*: & in tertia plurali ἔπληντο pro ἐπέπληντο, à πλάω τὸ πλήθω. nisi malis esse imperfectū à πλῆμι, penultima remanente longa in voce pass. πλῆμαι, ἐπλήμην, ἔπλησο, ἔπλητο. κεκάρκειν, κεκάρκεις, κεκάρκει, *totonderam, as, at*, pro ἐκεκάρκειν, à κείρω, fut. κερῶ, 157, 34. perfect. κέκαρκα, 175, 7. pass. κέκαρμαι. κέκλαστο, pro ἐκέκλαστο, *fractus erat*, à κλάω: fut. κλάσω: perf. κέκλακα: pass. κέκλασμαι. πάλτο, *vibratus fuerat*, pro ἐπέπαλτο, à πάλλομαι, *vibror*. παραπολελαύκειν pro παραπελελαύκειν, vel pro παρηπολαύκειν, *obiter fructum ceperam*. à παραπολαύω, quod componitur ex παρὰ & ἀπολαύω, atque ἀπολαύω ex ἀπὸ & inusitato λαύω. πεφόβητο, *territus erat*: vnde tertia plur. Ionica (197, 15. & 34.) πεφοβήατο pro ἐπεφόβηντο, à φοβέω, μ. ήσω. χύτο, *fusus erat*, pro ἐκέχυτο: in tertia plur. χύντο pro ἐκέχυντο: cum solo imperfecti augmento ἔχυτο, cum ἀμφὶ, ἀμφέχυτο, *circumfusus erat*, vel *circumfundebatur*. [7] Potest duci ἐγηγέρκειν ab ἀγείρω, de quo suprà, 297, 28. vel ab ἐγείρω, *excito*: quorum perfectum ἤγερκα, *collegi* vel *excitaui*: pass. ἤγερμαι, *collectus sum* vel *excitatus sum*: Atticè ab ἀγείρω, ἀγήγερκα, ἀγήγερμαι: ab ἐγείρω, ἐγήγερκα, ἐγήγερμαι: plusquamperfectum ab vtroque ἐγηγέρκειν, *congregaram* vel *excitaram*. [8] At ἀρωρέκειν, *porrexeram*, ab ὀρέγω: pass. ὀρώρεγμαι, ὀρώρεξο, ὀρώρεκτο: hinc detracto priore augmento fit

Marginalia: κεχωρήκεσαν. 5. 6 πετύφεσαν. *Augmētū plusquamperfecti apud Iones & poëtas.* δέδεκτο, δέκτο, ἔδεκτο, δείδεκτο. δειδέχαται. ἔλεκτο. ἐλέλικτο. ANNOTATIO. ἔπληκτο. ἔπληντο. κεκάρκειν. κέκλαστο. πάλτο. παραπολελαύκειν. πεφόβητο. χύτο. ἀμφέχυτο. 7 ἤγερκα, ἤγερμαι. ἀγήγερκα. ἐγήγερκα. ἐγηγέρκειν. 8 ἀρωρέκειν.

ὀρωρέχατο. fit tertia plur. Ionica (190,15.) ὀρωρέχαται, *porrecti erant.*
ἐληλύθεσαν. 9 [9] Tertia plur. ἐληλύθεσαν, & Atticè ἐληλύθεσαν. [10] Et
10 sine augmento, ἐοίκειν: in tertia plur. ἐοίκεσαν, & Atticè
ἐοίκεσαν. 11 ἐοίκεσαν, *similes erant.* [11] Sic ἑορτάζω, *festum diem ago:*
ἑώρταζον. imperf. ἑώρταζον pro ἥορταζον.

De aorist. 1. — εἶπα. ἤνεγκα. ἔθηκα. ἔδωκα. ἧκα.

Aoristus primus consonantem seruat futuri, præter quinque, ἔπω, εἶπα, *dico*: ἐνέγκω, ἤνεγκα, *fero*: τίθημι, ἔθηκα, *pono*: δίδωμι, ἔδωκα, *do*: ἵημι, ἧκα, 1 *mitto*: [1] duo primi, etiam in reliquis modis vsurpantur; tres vltimi, minimè.

ἔχεα, ἔχευα. ἔσσευα. ἤλευα. ἔκηα.

2 Quatuor scribūtur purè: χέω, ἔχεα vel [2] ἔχευα, 3 *fundo*: σεύω, ἔσσευα, *moueo*: ἀλεύω, ἤλευα, *vito*: [3] καίω vel κάω, ἔκηα, *accendo*, sublata futuri consonante.

Ducta ab εἶπα & ἤνεγκα.

δίημι. *Eustath. tetrasyllabon thema statuit,* ἐνδίημι, *compositum ex* ἐν *&* δίημι *: accipi tradens & neutraliter pro* ἐνδιέτριβον, immorabantur, *(vt idem sit cum* ἐνδιάω, *atq; adeo deriuatum ab eodem, sine reduplicatione, 231, 16. & 34. sic enim & Suidas* ἐνδιάει *exponit* ἔνεστιν, ἐνδιατρίβει, *in hoc elegiaco hemistichio,* οἷς ἐλπὶς μείλιχος ἐνδιάει, in quibus placida spes habitat, *vel* inest) *& actiuè pro* ἐδίωκον, insequebantur, *vt à* δίω *(quod est* persequor, insector) *sit primum* δίημι, *atque inde compos.* ἐνδίημι: *quomodo & Hesych. exp.* ἐπεδίωξαν, insecuti sunt. *vbi etiam nota,* ἐνδίεσαν *ab Eustathio pro imperfecto, ab Hesychio pro aoristo haberi.]* cum ἀνὰ, ἄνεσαν, *remiserunt, aperuerunt.* [5] Reperitur tamē prima pluralis † ἀνῆμεν, longa penultima, pro ἀνεῖμεν, *remisimus.* sic ἀφεῖμεν pro ἀφέιμεν, *omisimus.*

ἀνῆμεν.

ANNOTATIO.

[ἀνῆμεν *&* ἀφεῖμεν *sola penultimæ quantitate conueniunt an vero eiusdem etiam temporis sint, disquiri merito potest.* ἀφεῖμεν *in vulg. lex. exponitur* omisimus : *quod si ita est, per syncopen factum est ex* ἀφείκαμεν, *(perfecti verbi* ἀφίημι, 319, 26.) *vt* ἀνῆμεν *apud Varinum quibusdam videtur ex* ἀνήκαμεν *(aor. primo verbi* ἀνίημι, 319, 28.) *factum eadem syncope. alias* ἀφεῖμεν *posset etiam Optatiuo modo, tempore aoristo 2. pro* ἀφείημεν *poni, vt* εἶμεν *pro* εἴημεν, 3̣08, 36. ἀνεῖμεν *autem &* ἀφεῖμεν, *quæ etiam hic ab Antesignano ponuntur, rectius efferuntur proparoxytone* ἄνεμεν *&* ἄφεμεν, *vt non modo patet ex* ἄνεσαν *&* ἄφεσαν *quæ præcedunt, sed etiam ex* ἄπεσαν *apud Etymologum. nam paroxytonως* ἀνέμεν *&* ἀφέμεν *infinitiua sunt Ionica & poëtica pro* ἀνεῖναι *&* ἀφεῖναι, 182, 10. *Quod si quis* ἀφεῖμεν *esse velit aor. 2. indic. ex* ἄφεμεν *factum assumptione* τοῦ ι, (286, 16, 2̣. .) *accentus mutationem tuebitur regula in sequenti scholio tradita.]* [6] Cum ἐν, ἐνίεθι, ἐνιέτω : in secunda plurali ἐνίετε, *immittite:* cum συὼ, συνίετε, *intelligite.* Pro ἵεθι dicitur etiam ἵει à circumflexo ἱέω, ἱῶ, imperat. ἵεε, ἵει, 235, 16. cum συὼ, συνίει, Atticè (249, 21.) ξυνίει *intellige.* [7] Ionicè ἄπες, 118, 30. componitur ex ἀπό: cum ἀνὰ, ἄνες, *omitte.* Vide 235, 11. & 234, 23. [8] Poëticè ἕω, ἕοις, ἕοι, &c. à Barytono ἕω. [9] Atticè & Doricè (182, 6.) ἕμεναι: Ionicè ἕμεν, vnde cum πρὸ, προϊέμεν, *præmittere.* A communi ἱέναι cum ἀνὰ, ἀνιέναι, *cessare, omittere* : cum συὼ, συνιέναι, *intelligere.* est etiam συνιέναι, & Ionicè συνιέμεν, *vnà ire, congredi,* à σύνειμι, 318, 12. [10] Sic composita, ἀνιείς, ἐντείς, *remittens:* ἐνιείς, *immittens* : συνιείς, *intelligens.* [11] Hoc fit per pleonasmum τοῦ ι, vt ε producatur. Vide 234, 35, 37. Nam Iones syllabas circumflexas dissoluunt interposito ε, ... secunda plur. ἕετε, *miserunt.*

ἵει. ξυνίει.
ἄνες.
ἕω.

deinde poëtæ arrepta occasione, suo more ε producunt
aduocato ι, εἴω, εἴης, εἴῃ. Præterea non rarò Atticè more
ε in η mutant, ἥω, ἥῃς, ἥῃ. è posteriori η tollitur punctum
subscriptum. hinc ἀνήῃ pro ἀνῇ, *dimiserit*. in præsenti
reperitur ἀνιῇ, *cesset*, ab ἰῶ, ἰῇς, ἰῇ, de quo paulò antè. ἐφείω,
immisero, vt ἀφείω, quod communiter ἀφῶ: & rursus
cum ἐπὶ, ἐπαφῶ, *immisero*: tertia plur. ὦσιν, ἀφῶσιν, ἐπα-
φῶσιν. [12] Atticè & Dor. ἕμεναι: Ionicè ἕμεν: vnde cum 12
μετὰ, μεθέμεν, *dimisisse, prætermisisse*: ἐξέμεν, *emisisse*: προέμεν,
præmisisse. [13] Sic ἀνεῖναι, *omittere vel omisisse*. [14] Fœmi- 13
ninum ἡ ἀφεῖσα, *derelinquens*, vel *quæ dimisit*. sic & alia 14
composita: cum ἀνὰ, ἀνεὶς, ἀνέντος, *qui omisit*: in plurali
ἀνέντες, *remittentes, indulgentes*: cum διὰ, διεὶς, *madefa-
ciens*: cum ἐν, ἐνεὶς, *qui immisit*: cum ἐξ, ἐξεὶς, *qui emisit*:
cum ὑπὸ, ὑφεὶς, *submittens* vel *qui submisit*. [15] ἵεμαι, 15
ἵεσαι, ἵεται: cum ἀνὰ, ἀνίεται, *euanescit*: tertia plur. ἵενται,
cum ἀπὸ, ἀφίενται, & Ionicè (118,30.) ἀπίενται, *dimittunt*.
part. ἱέμενος, cum ἀνὰ, ἀνιέμενος, *licenter agens & vagabundus*. [16] εἷμαι, εἷσαι, εἷται, sine augmento ἕμαι: vnde 16
cum ἀπὸ verbale ἀφετέον, *dimittendum*, 261, 20. infin.
εἷσθαι, *missum esse*: ἀνεῖσθαι, *solutum esse*: part. ἀνειμένος, *disso-
lutus, venereus*: hinc aduerb. ἀνειμένως, *remissè*. Ex εἷμαι
& alia multa componuntur, cum ἀπὸ ἀφεῖμαι, *dimissus
sum*: part. ἀφειμένος, *dimissus*: cum διὰ, διεῖμαι: infin. διεῖ-
σθαι, *transmissum esse*: part. διειμένος, & poëticè διαειμένος,
traiectus, dilutus, 172,30. cum κατὰ, καθεῖμαι, *demissus sum*:
part. καθειμένος, *demissus*: cum ὑπὸ, ὑφεῖμαι, part. ὑφειμέ-
νος, *submissus*. [17] Sic tertia plur. plusquamperfecti εἷντο, 17
cum ἐπὶ ἐφεῖντο, *irruerant*. [18] Sic παρείθην, *dimissus sum*. 18
ab ἑθῶ subiunctiuus ἑθῶ, ἑθῇς, ἑθῇ, tertia plur. ἑθῶσι, *mit-
tantur*: ἀνεθῶσι, *remittantur*: infinitiuus ἑθῆναι & εἱθῆναι:
(hinc ἐνεθῆναι & ἐνειθῆναι, *immissum esse*) part. ἑθεὶς, ἑθέν-
τος, *missus*: vnde ἀνεθεὶς, *absolutus, venia donatus*: ἀφεθεὶς,
dimissus: διεθεὶς, *dilutus*: ἐνεθεὶς, *immissus, infusus*: παρεθεὶς,
labefactatus. [19] Tertia persona προσήκατο, *admisit*. 19
[20] Communiter quidem ἕσο, Ionicè verò ἕο: & contra- 20
ctione Attica οὗ. Idem iudicium de imperatiuo ἕσο, ἕο, οὗ.
vide 186,23. & 239,5. [21] Hinc προῶμαι, *deseram, remit-* 21
tam: prima plur. προώμεθα.

ἵημι, τὸ ἐπιθυμῶ, *concupisco*, vsitatum est in
passiuo præsenti; [1] ἵεμαι, ἵεσαι, vt τίθεμαι: & im-
perfecto, ἱέμην: à quo compositum ἐφίεμαι, *de-
sidero*: & ἐφιέμην, *desiderabam*.

De ἵημι, quod est concupisco.

ἐφίεμαι.

ἐφιέμην.

[1] VOCI. Non differt à passiuo superiori ...

ſcò, qui differat ab ἵεμαι mittor.

eſt, *mitto*: ſed ſignificatione ab eo diſcernitur, atque conſtructione: nam hoc, infinitiuum vel genitiuum poſtulat: illud verò, verborum paſſiuorum conſtructionem recipit, nempe genitiuum cum præpoſitione ἀπὸ vel ὑπό.

De ἧμαι *quod eſt* ſedeo.

κάθημαι.

1 Ἧμαι & κάθημαι, *ſedeo*, fiunt ab ἕω, [1] ἑέω, ἕημι,
2 [2] ἕεμαι, craſi ἧμαι, ἧσαι, ἧται: Dual. ἥμεθον, ἧσθον,
3. 4 ἧσθον: Plural. ἥμεθα, ἧσθε, [3] ἧνται. ſic κάθημαι, [4] κάθησαι. &c.
5 [5] Imperf. ἥμην, ἧσο, ἧτο: ἐκαθήμην, ἐκάθησο, ἐκάθητο. Imperat. ἧσο, ἥσθω: κάθησο, καθήσθω. Etiam κάθου, *ſede*, à κάθησο, Ionicè κάθεο, & ſyſtole κάθεο, craſi κάθου.

κάθου.

Ionica reduplicatio per ε.

ἧμαι.

1 [1] PRO ἱέω, ἵημι, ἵεμαι, per reduplicationem Ionicam: Iones enim per ε, non per ι, reduplicant. Porrò in ἕεμαι craſi ἧμαι, duplex εε contrahitur in η, non in ει, ne concidat cum εἷμαι, *miſſus ſum*, perfecto paſſiuo verbi ἵημι.
2 [2] Hinc imperf. ἑέμην ſine augmento: tertia plur. ἕεντο & craſi εἷντο, *ſedebant*. Poteſt tamen cenſeri plusquamperf. ab ἕω, perf. paſſ. εἷμαι, 286, 31. plusquamperf. εἵμην, εἷσο, εἷτο: εἷντο

εἷντο.

ἕαται, εἵαται.

ἕατο, εἵατο.

ἥατο: καθήατο.

3 [3] Ionicè ἕαται, & ectaſi poëtica εἵαται: ſic tertia plur. imperfecti ἧντο: Ionicè ἕατο, & poëticè εἵατο vel
4 ἥατο: vnde καθήατο, *ſedebant*. Vide 190, 16. & 30. [4] Pro
5 κάθησαι, dicitur etiam κάθη, vt habes 306, 29. [5] Tertiam perſonam ἐκάθητο Demoſthenes ſæpenumero effert ſine augmento, καθῆτο, *ſedebat*, penultima circumflexa: & pro ἧτο poëtæ dicunt ἧστο, compoſitum καθῆστο, *ſedebat*: poteſt tamen cenſeri plusquamperfect. ab ἕζω: μ. ἕσω: π. ἧκα: paſſ. ἧσμαι: plusquamperf. ἥσμην, ἧστο, ἧσο. ſic τὸ καθῆστο à καθέζω: ſed in eo deſiderabitur augmentũ Ionicum.

καθῆτο.

καθῆστο.

Appendix.

ANNOTATIO.

Infinit. ἧσθαι, καθῆσθαι: particip. ἥμενος, καθήμενος. fut. med. ἥσομαι καθήσομαι. [Verũ καθῆστο nõ caret augmento, vt videtur Anteſignano: ſed habet illud in medio. nam ab ἕζω perfectum paſſ. eſt εἷσμαι, Doricè (287, 42.) ἧσμαι: vnde plusquamperf. ἥσμην, ἧσο, ἧστο, & in compoſitione καθῆστο, inquit Etymologus. Eadem ratio eſt in iſ καθῆντο, à quo apud Demoſth. eſt καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ, *aſſidebant in Macedonia.* nam ab ἕω (vt idem Etymol. præmonſtrat) perf. paſſ. eſt ἧμαι, plusquamperf. ἥμην, ἧσο, ἧτο, atque inde compoſitum καθῆτο, vt act. aor. καθεῖσε à καθίζω, Il. ξ, γαίης νέρθε καθεῖσε, *infrà ſub terra collocauit*: & Il. σ, καθεῖσεν ἐπὶ θρόνου, *collocauit in throno.* at καθεῦδε Il. α, (ἔνθα καθεῦδ' ἀναβὰς, *ibi cubabat aſcẽſo lecto*) propterea caret augmento, quia ευ illud reſpuit, 171, 14. nec

neque perpetua eſt regula quam CLENARDVS tradit 289, 34. præſertim apud poëtas: quapropter etiam ἀνοίγω, etſi nihil addit ad ſimplicis οἴγω ſignificatum, (vtrumque enim ſignificat *aperio*) non modo ἤνοιγον facit, (vt apud Xenoph. ὡς ἕκαστοι ἤνοιγον, *vt ſinguli aperiebant*) ſed etiam ἀνῷγον, vt Il. ξ. τὴν οὐ θεὸς ἄλλος ἀνῷγεν, *quam non alius Deus aperiebat*. Sed qui fit, inquies fortaſſe, vt diuerſus ſit accentus in ἐκάθητο & καθῆτο, ἐκάθευδον & καθεῦδον, ἐκάθιζε & καθεῖζε, ἤνοιγον & ἀνῷγον? In his & ſimilibus præteritis compoſitis (quorum ſimplicia diſyllaba ſunt, & à vocali vel diphthongo incipiunt) ſi augmentum ſit in medio, properiſpωmenως efferentur, eodem videlicet cum ſimplicibus accentu: vt ἀνάγω ἀνῆγον, ſicut ἄγω ἦγον: κατέχω κατεῖχον, ſicut ἔχω εἶχον: ἐπαίρω ἐπῇρον, ſicut αἴρω ᾖρον. itemque in paſſiuis, κατῆργμαι, ἀνῷγμαι, à κατάρχω & ἀνοίγω: συνῆπτο, à συνάπτω. Idem fit in iis quæ augeri communiter non ſolent, vt παρεῖδεν, καθεῦδεν, ἐφεῦρεν. etiam iis quæ augeri non poſſunt: vt καθῆκεν εἰς ἡμᾶς ὁ λόγος, *deuenerunt ad nos dicendi partes*, apud Æſchinem, à καθήκω *deuenio*: ἀπῶσεν ὀχῆας, *retruſit obices*, Iliad. φ, ab ἀπωθῶ *repello*, à quo & paſſ. ἀπῶσμαι *repulſus ſum*, apud Etymologum. horum enim ſimplicia, ἥκω venio, & ὤθω (ſiue ὠθῶ) *pello*, quum à longis incipiant, augeri quantitate nequeunt. Excipiuntur primum compoſita ex οἶδα, vt ἔξοιδα & κάτοιδα *perſpectum habeo*, σύνοιδα *conſcius ſum*: itemque κάτοισθα *noſti*, teſte Etymologo. quibus adde ἐξῶσε *expulit*, Act. apoſt. cap. 7, v. 45. ab ἐξωθῶ *expello*. Secundo excipiuntur ea quorum initialis non eſt naturaliter longa. ſic enim ab ἵζω communiter eſt ἐφῖζε *inſidebat*: Atticè verò & poëticè proparoxytonως ἔφιζε, teſte Etymologo. apud Homerum tamen Od. δ eſt, Τηλεμάχῳ δὲ παρῖζε, *Telemacho aſſidebat*, à παρίζω: & apud Thucyd. ἀφῖκται *deuenit*, ab ἀφικνοῦμαι, cuius ſimplex & primitiuum ἵκω rarum eſt. Tertio ea in quibus vocalis longa vel diphthongus reſoluitur Atticè vel Ionicè. hęc enim per illam dialyſin è properiſpωmenis fiunt proparoxytona, vt ἐξέωσαν apud Thucyd. pro ἐξῶσαν, *expulerunt*, ab ἐξωθῶ. ſic ἀνέῳξε pro ἀνῷξε, *aperuit*, apud Chryſoſtomum, ab ἀνοίγω, à quo & paſſ. ἀνέῳκται pro ἀνῷκται, ac medium ἀνέῳγε pro ἀνῷγε, *apertum eſt*. ſic etiam ἀπέοικε *abſimile eſt*, παρέοικε *aſſimile eſt*: quorum ſimplex εἴκω in perf. med. Atticè pro εἶκα facit ἔοικα, 298, 14. Talia apud Homerum ſunt ξυνέηκε pro ξυνῆκε *commiſit*, à ξυνίημι, cuius ſimplex & primitiuum ἕω non eſt in vſu

συνέεργον pro συνειργον, à συνείργω vel συνέργω conuinco, colligo. Quarto ea quæ augentur in præpositione: vt ἐκάθευδε cubabat, ἐκάθισε collocauit vel ſedit: quæ etiam in proſa obtinuerunt, pro καθεῦδε, & καθῖσε, à them. καθεύδω & καθίζω. ſimiliter ἐκάθητο ſedebat: cuius etiam præſens κάθημαι accentum retraxit, propterea fortaſſe quod ſimplex ἧμαι è præterito tranſiit in præſens: infinito tamen modo καθῆσθαι dicitur & περιῆσθαι, vt ἐγκεῖσθαι, προσκεῖσθαι & ſimilia, à proparoxytonis them. ἔγκειμαι & πρόσκειμαι, more paſſiuorum præteritorum, vel præſentium contractorũ. at ἐξυνῆκε à ξυνίημι, apud Anacreontem, (teſte Etymologo) manet properiſpωmenon, quia non tantum in prępoſitione, ſed etiam in verbo recepit augmentum. Quinto excipiuntur ea quibus omne penitus augmentum Ionicè vel poëticè detractum eſt: vt ἄμπεχε pro ἀμπεῖχε, ὑπείρεχε pro ὑπερεῖχε, δίεπε pro διεῖπε, apud Homerum, apud quẽ itidem καθῖσε pro ἐκάθισε, à καθίζω: nec non ὑπόειξε pro ὑπεῖξε, ab ὑπείκω cedo.]

De κεῖμαι, quod eſt iaceo.

1 Κεῖμαι, iaceo, à κέω, [1] κεέω, κέημι, κέεμαι, & craſi
2 κεῖμαι, κεῖται, [2] κεῖται. Imperf. ἐκείμην, ἔκεισο, ἔκειτο. [2]
3 Futurum medium, [3] κείσομαι, κείσῃ, κείσεται.

ἀνάκειμαι. ἐπίκειμαι. διάκειμαι.

Compoſita ſunt, ἀνάκειμαι, ἐπίκειμαι, διάκειμαι: recumbo, adiaceo, diſpoſitus ſum.

1 [1] IN κέω ſiue κέημι à κέω, ε reduplicatio Ionica non ponitur in principio, ſed in medio, nempe poſt primam conſonantem κ. ſic ὀνίνημι in ſecunda ſyllaba reduplicationem habere diximus, 232, 32. [2] Hinc tertia plur.
2 κεῖνται, & Ionicè κέαται, poëticè κείαται, 190, 30. & 35. Dicitur quoque κέονται, & in imperfecto κέοντο, iacebant, pro ἔκειντο, detracto augmento, à Barytono κέομαι: vnde &
3 & ſubiunctiuus κέωμαι. [3] Doricè κεισεῦμαι, & κεισεῦμαι.

κέαται, κείαται. κέονται, κέοντο, κέωμαι.

De ἴσημι, quod eſt cognoſco.

1 [1] ἴσημι, cognoſco, ſcio, ab ἰσέω: ἴσημι, ἴσης, ἴσησι:
2 tertia pluralis, ἴσασι, [2] accentu in antepenultima, vt participium ἰσὰς, ἰσάντος, τοῖς ἴσασι, nõ ἰσασι, ἰσάντος, ἰσᾶσι: non enim ſeruat legem verborum in μι, quæ exigit ἰσὰς acutum.

ἰσᾶσι. ἰσάς.

Imperfectum, ἴσην, ἴσης, ἴση: tertia pluralis, ἴσα-
3 σαν, ſyncope [3] ἴσαν.

ἴσαν.

Imperat. S. ἴσαθι, ἰσάτω: D. ἴσατον, ἰσάτων: P. ἴσατε,
4.5 ἰσάτωσαν. Syncope [4] ἴσθι, ἴστω: [5] ἴστον, [6] ἴστων: ἴστε, ἴστωσαν
6 vel ἴστων. ſic in præſenti, ἴσαμεν, ἴσατε, ἴσασι, ...

ἴσθι, ἴστω. ἴστον, ἴστε.

Pa-

Passiuum, ἵσαμαι, [7] vnde ἴσαμαι: compositum, 7
ἐπίσαμαι, ἐπίσασαι, ἐπίσαται, *scio*. Imperfectum, ἐπι- ἐπίσαμαι.
σάμην, ἐπίσασο, (Ionice ἐπίσαο, crasi ἐπίσω) † ἐπί- ἐπίσω.
σατο. Futurum, [8] ἐπισήσομαι. 8
[1] DORICE ἴσαμι, 118, 40. sic in imperfecto ἴσαν pro 1 ἴσαμι.
ἴσην. cum augmēto Attico εἴσαν: & rursus verso augmē-
to syllabico ε in tēporale η, ᾔσαν, *intelligebam*. [*Augmē-* ᾔσαν.
tum istud Atticum non nisi longis præponi vocalibus so- ANNOTATIO.
let, 298, 7. *&* 14. *quamobrem in hoc* ᾔσαν *Etymologus*
statuit pleonasmum τοῦ η. *ab* ἴσαμι (*inquit*) *imperfectum*
est ἴσαν, *pluraliter* ἴσαμεν, ἴσατε, ἴσαν, *& pleonasmo* τοῦ η,
ᾔσαν. *Verum & ipse testatur adiecto primæ personæ nomi-*
natiuo dici ᾔσαν ἐγὼ, *pro* ἠπιστάμην ἐγὼ, sciebam ego.
quod si ita est, necesse est vltimam esse correptam contra
morem, qui ex ᾔσην *faceret* ᾔσαν, *manente eodem vt tem-*
pore, ita etiam accentu. Alioqui plurale ᾔσαν, *pro* norunt
vel norant, *ab* εἴδω *quoque deriuari posset: vt ex aorist.* 1.
εἶσα *sit primum* εἶσα, *deinde* ᾔσα: *quo modo alterum* ᾔσαν,
quod est iuerunt, *quidam apud eundem Etymologum de-*
riuant ab εἴω, *primitiuo verbi* εἶμι, eo, vado.] [2] Sic ἄεισι, 2 ἄεισι.
flant, pro ἀεῖσι, ab ἄημι, *spiro*, 233, 34. Ex ἴσασι cum σὺν
fit συνίσασιν, *vnà sciunt*, *sunt conscij*. [3] Sumitur etiam 3
ἴσαν pro ἐπορεύοντο, *ibant*, ab εἶμι, de quo suprà, 317, 35.
[4] Cum σὺν, σύνισθι, *sis conscius*. [5] Et per pleonasmum 4.5
τοῦ ε, ἰσέον, *scitote vos duo*. [ἰσέον *pro* ἴσον, *scitote vos duo*, ἰσέον.
videtur Antesignanus ex Etymologo sumpsisse, qui, postquā ANNOTATIO.
dixit è singulari ἴσθι, *esse duale* ἴσον, *subiungit*, καὶ πλεο-
νασμῷ τοῦ ε γίνεται ἰσέον. *Sed videndum ne Etymologus ibi*
ἰσέον *non pro* ἴσον *vsurpari dixerit, sed ex illo formari, in-*
serto ε: *quemadmodum* ἰτέον, eundum, *deriuat itidem ab*
imperatiuo ἴθι, *cuius duale est* ἴτον, *thema* εἶμι. *Hesychius*
certè, Suidas, Eustathius & alij, non meminerunt huius
significationis, sed duntaxat vsitatæ, pro γνωστέον, sciendum.
Alij hæc gerundia siue (vt Græci Grammatici vocant)
aduerbia θετικὰ, *formare malunt è tertia perf. passiui*, ται
in τέον *verso, vt ab* εἴδω (*primitiuo verbi* ἴσημι) *descendit*
εἰστέον, *eiusdem significationis*.] [6] Capitur Atticè pro tertia 6
plur. ἴσωσαν, 193, 34. [7] Per pleonasmū scilicet literæ σ. sic 7
ἴσασαι, ἴσαται, &c. pro ἴσαι, ἴσαται, *scis, scit*. Pro secunda
persona ἴσασαι, dicitur etiam ἴσῃ: sic compositum ἐπίσῃ ἴσῃ.
pro ἐπίστασαι, 306, 29. [8] Coincidit cum futuro medio 8
verbi ἐφίστημι, quod componitur ex ἐπὶ & ἵστημι: huius
futurum actiuum στήσω, medium στήσομαι, compositum
ἐπιστήσομαι, ἐπιστήσῃ, *præficiam, es*: vel *sciam, scies*. ἐπιστήσομαι.

De φημὶ, quod est dico.

1 Φημὶ, dico, à φάω. S. [1] φημὶ, φὴς, (per η diphthongum) φησί: D. φατὸν, φατὸν: P. φαμὲν, φατὲ,

φασί: φᾶσι.

2.3 [2] φασὶ, acuta vltima, [3] licet participium sit φὰς, φάντος, τοῖς φᾶσι, per ᾶ circumflexum.

4 Imperfectum [4] ἔφην, vt ἵστην. Aoristus primus,

5. 4 ἔφησα, ex futuro [5] φήσω. Aoristus secũdus, [4] ἔφην,

Annotatio.

in singulari similis est imperfecto: quod fit quoties nõ est reduplicatio; τλῆμι, ἔτλην, *tolero*: γνῶμι, ἔγνων, *nosco*. In duali autem, ἔφητον, ἐφήτην:

6 & plurali, ἔφημεν, ἔφητε, [6] ἔφησαν, seruatur longa penultima; at imperfectum eam corripit, ἔφα-

6 τον, ἐφάτην: ἔφαμεν, ἔφατε, [6] ἔφασαν.

φάναι: φᾶναι.

7 Infinitiuus [7] φάναι acutum ά, vt ἱστάναι. nam φᾶναι, *apparuisse*, per ᾶ circumflexum, est aoristus primus à φαίνω, *appareo.*

8 Medius aoristus secund. [8] ἐφάμην, ἔφατο, &c.

φαμί. φατί. φής: φῆς. φαντί. φῶ. ῶ. ἠμί. φασῶ, εῖς, εῖ. ἔφαν: φαν. φάναι, φᾶναι, φῶναι.

1 [1] DORICE Φαμὶ, φὴς, φατί. φής accentu acuto, & per η diphthongum; vt differat à φῆς pro ἔφης, aoristi

2.3 secundi. [2] Doricè φαντί. [3] Vide 234,7. & 170,8. [4] Et

4 sine augmento φῶ, φῆς, φῆ: & per aphæresim ῶ, ...

5 sic in præsenti ἠμὶ, ἦς, ἠσὶ & ἠτὶ, pro φημι, φὴς, φησί. [5] Do-

6 ricè φασῶ, φασεῖς, φασεῖ, 118,40. & 170,8. [6] Et syncope ἔφαν, & rursus reiecto augmento φαν, *dicebant* vel *di-*

7 *xerunt.* [7] Φάναι præsentis est temporis: in aoristo secundo dicimus φῶναι, *dixisse*. est etiam Atticè φῶναι, *ap-*

8 *paruisse*, pro φᾶναι, 177,5. [8] Hinc infinitiuus φάσθαι, *dixisse*: participium φάμενος: cum παρὰ, παραφάμενος, & poeticè (173,15.) παρφάμενος, *malè suadens.*

παρφάμενος.

Annotatiuncula in verba in μι. ἵστη. πίμπλη à πίμπλημι.

ἵστη pro ἵσταθι, *siste*. quandoque imperatiuus verborum in μι, fit à tertia imperfecti; ἐπίμ-

1 πλη, *implebat*: [1] πίμπλη, *imple.*

Ionica reduplicatio. τέθνημι. τεθνᾶσι. τέτλημι. τλῆμι.

τέθνημι, *morior*, reduplicatur per ε more Ionico, à θνάω, τέθνημι: tertia pluralis τεθνᾶσι, vt

2 ἱστᾶσι. Imperatiuus est [2] τέθναθι: Optatiuus, τεθναίην: Infinitiuus, τεθνάναι. Sic τέτλημι, *tolero*:

3 [3] τέτλαθι, *tolera*: τετλαίην, *tolerarem*: quod & τλῆμι, à τλάω.

ἕστημι pro ἵστημι.

4 ἕστημι quoque per ε reduplicatum: [4] vnde

ἕσταμεν, ἑστᾶσι: & Optatiuus ἑσταίην, ἀφεσταίην, *de-* ἀφεσταίην.
sisterem: Infinitiuus, † [5] ἑστάναι, ἀφεστάναι, *desistere* 5 ἀφεστάναι.
vel deficere: penultima per ά acutum.

[1] ABSQVE μ, πίπλη: dicimus enim πίμπλημι & 1
πίπλημι, 231, 21, & 27. hinc cum ἐν, ἐμπίπλη, *imple*, pro ἐμπίπλη.
ἐμπίπλαθι. sic à δαίνυμι, *conuiuium præbeo*, imperfectum
ἐδαίνυν, ἐδαίνυς, ἐδαίνυ: vnde δαίνυ pro δαίνυθι. [2] τέθναθι 2 δαίνυ.
reperitur apud Homerum quoque, Etymologum & τέθναθι.
Eustathium per θ in postrema syllaba, sicut τέτλαθι: ANNOTATIO.
scribitur tamen τίθετι, non τίθεθι, posteriore aspirata in
tenuem versa. sed forsan interuentus τοῦ ν asperitatem
istam aliquantulū mitigat. Vide infrà in tract. Pet. Antesig. de Inuestig. De ἕστασαν dicetur in eod. tractatu.
[3] Et apocope τέτλα. huius infin. τετλάναι, Dor. τετλάμεναι, 3 τέτλα.
& Ionicè τετλάμεν, 186, 1. Aor. sec. ἔτλην, à fut. τλήσω: imperat. τλῆθι, & Dor. τλᾶθι: opt. τλαίην: infin. τλῆναι: participium τλὰς, τλάντος. [4] Sic in tertia plurali imperfecti 4
ἕστασαν pro ἵστασαν, *stabant*, *sistebant*: imperat. ἕσταθι, *sta*: ἕστασαν. ἕσταθι.
in plurali ἕστατε, *state*. [5] Dor. ἑστάμεναι, & Ion. ἑστάμεν, 5
cum ἀπὸ, ἀφεστάμεν, *desistere*, Ὀδυσ. ά. ἀφεστάμεν.

INVESTIGATIO THEMATIS.

VLTRA imperfectum non coniugantur finita in [2] άνω, [3] είνω, 2.3 *Verba quæ vltra imperfectū non cōiugantur.*
[4] είω, [5] άθω, έθω, ύθω, [6] ξω, [7] σκω, 4.5
χθω, λδω, νδω: & alia item plurima 6.7
vel hoc vel illo tempore carent.
Sed quia variant crebrò eiusdem verbi themata, vt κύω, κυέω, *concipio*: [8] οἴομαι, οἰέομαι, *puto*: 8
[8] θνήσκω, θνείνω, θνάω, τέθνημι, *morior*: aut à diuersis omnino pendet formatio receptorum temporum, vt [8] φέρω, οἴω, ἐνέγκω, ἐνέχω, *fero*: ideo hu- 8
iusmodi tempora referemus ad thema proprium, licet inusitatum, vnde regulariter deduci queant. φέρω in vsu habetur, non tria reliqua, tamen futurū οἴσω ab οἴω, aoristi ἤνεγκα οἴσω.
& ἤνεγκον ab ἐνέγκω: perfectum Atticum ἐνήνοχα ἤνεγκα. ἤνεγκον.
ab ἐνέχω: & ita in cæteris. quæ verò themata ἐνήνοχα
versentur in vsu, docebit lectio.

Notio. 1 [1] RARVM Apud Græcos verbum eſt, quod omnibus ſuis temporibus abſolutum, non indigeat aliquo 2 tempore ab alio themate mutuando. [2] Vnde verò finita in *αἰνω* mutuentur tempora, videbis in ſequentibus 3 in verbo *αἰσθάνομαι* & in *λαγχάνω*. [3] Hoc quidem verum eſt in hyperdiſyllabis in *είνω*, vt *φαείνω*, *luceo*, quæ deriuata ſunt & poëtica. at diſyllaborum, quæ ſeptem tantùm apud Græcos inueniũtur, tria quidem, *βείνω*, *per vim ineo*: *εἵνω*, *tego*, *veſtio*, (deriu. ab *ἕω*, teſte Euſtath.) & *σείνομαι*, *lædo*, vltra imperfectum non coniugantur: reliqua verò quatuor, *θείνω*, *percutio*: *κτείνω*, *occido*: *στείνω*, *arcto*: *τείνω*, *tendo*, formant futurũ in *ενῶ*, aoriſtũ primum in *εινα*, ſecundum in *ανον*: & perfectũ in *ακα*, paſſiuum in *αμαι*, medium in *ονα*, vt, à *κτείνω*, futurum *κτενῶ*, *occidam*: aoriſt. primus *ἔκτεινα*: ſecundus *ἔκτανον*: futurum ſecundũ *κτανῶ*, medium *κτανοῦμαι*: infinitiuus *κτανεῖσθαι*, & dialyſi *κτανέεσθαι*. perfectum *ἔκτακα*, poëticè *ἔκταγκα*, 176,10. paſſiuum † *ἔκταμαι*, *ἔκτασαι*, *ἔκταται*: & *ἔκταμμαι*, *ἔκτανσαι*, *ἔκτανται*: infinitiuus *ἐκτάνθαι*: participium *ἐκταμμένος*, & *ἐκταμένος*, (poëticè † *κτάμενος*) *interemptus*. aoriſtus primus *ἐκτάθην*, & *ἐκτάνθην*: ab *ἐκτάθην*, tertia pluralis *ἐκτάθησαν*, & Bœoticè *ἔκταθεν*, *occiſi ſunt*, 192,30. perfectum medium *ἔκτονα*, pro quo ſublato *τ* & præpoſito *κ*, poëtæ vſurpant *κέκονα*, *occidi*. pluſquamperfectum paſſ. *ἐκτάμην*, *ἔκτασο*, *ἔκτατο*. [*ἔκταμαι & ἔκταμμαι*, *cum actiuis ἔκτακα & ἔκταγκα*, *præterita quæ præcedunt*, *poſſunt etiam à diuerſis thematibus deduci. priora*, *ἔκτακα & ἔκταμαι*, *vel à κτείνω*, *vt τέτακα & τέταμαι à τείνω*, 175,21. *vel à κτάω*, (*à quo apud Heſych. eſt infin. κτᾶν*, occidere) *retenta præſentis characteriſtica*, *ſicut κέκρακα & κέκραμαι per ſyncopen à κεράω*: *vel à κτῆμι*, *quod à præcedente κτάω deriuat Etymologus*, *vt ἕστακα & ἕσταμαι ab ἵστημι*, 238,3. *poſteriora vero*, *ἔκταγκα & ἔκταμμαι*, *referri poſſunt ad κτάνω*, *cuius infinit. κτάνθην*, *pro κτείνθην*, occidere, *citat Heſychius. vel etiam ad κτείνθην aut Æolicum κτένθην*, (*quod apud Etymologum eſt*) *ε futuri in α verſo*, (175,6.) *& ν in γ*, 175,23. *quomodo reperitur ἐκτανθεὶς pro ἐκταθεὶς ab ἐκτείνω*, (*contra regulam quæ traditur* 175,20.) *in reſponſo Pergamenſium ad 2. epiſtolam Bruti*, *τῶν παρὰ δύναμιν ἐκτανθέντων*, eorũ qui neruos ſuos vltra vires extenderunt. *κτάμενος verò*, *quod Æolico more factum cenſent ex ἐκταμένος*, *vt φάμενος ex πεφασμένος*, *δέγμενος ex δεδεγμένος*, *detracto augmento & retracto accentu*, *poteſt etiam referri ad præſens paſſiuum vel aoriſtum 2. medium inuſitati verbi κτῆμι*, *ſecundum Euſtath. & Etymologum*, *ſicut φάμενος*

Margin notes: *αἰνω.* — *είνω.* — *Tempora à κτείνω.* — *κέκονα.* — ANNOTATIO.

ἀ φθῆμι, φάρθυ@ ἀ φημί.] Sic à τείνω futurum τενῶ, aoriſtus primus ἔτεινα: perfectum τέτακα: paſſiuum τέταμαι, τέτασαι, τέταται: tertia pluralis τέτανται: aoriſtus primus ἐτάθην. perfectum medium τέτονα: vnde τόνος, *tonus, tenor, contentio.* [4] Verba in είω ferè omnia ducuntur vel à præſenti vel à futuro aliorum verborum: de quibus vide in verbo γαμέω: atque hæc quidem vltra imperfectum non coniugantur, ſed ſua tempora à primitiuis mutuantur. quæ autem ab aliis verbis non deriuantur, ea in aliis quoque temporibus coniugantur; vt κλείω, *celebro, laudo*, μ. κλείσω, π. κέκλῃκα: ſic σείω, *quatio*, μ. σείσω, π. σέσῃκα. [5] Finita in άθω, έθω, ύθω, deriuata ſunt omnia: à ſuis igitur primitiuis tempora mutuantur. Finita in άθω, ducuntur à verbis Barytonis quæ penultimam habent longam: vt ἀμυνάθω ab ἀμύνω, *defendo, vlciſcor*: διωκάθω à διώκω, *perſequor*: εἰργάθω ab εἴργω, *arceo*: κιάθω à κίω, *vado, accedo.* Finita in έθω, ducuntur ab iis quorum penultima eſt breuis: vt νεμέθω à νέμω, *paſco, depaſcor*: σχέθω à σχέω, *habeo, teneo*: imperatiuus σχέθε, *habe*: φλεγέθω à φλέγω, *comburo*, ἠγερέθω, *cõgrego*, & ἠερέθω, *attollo, ſuſpendo*, ab ἀγείρω & ἀείρω: ſed detracto ι, corripitur prius penultima, atque α mutatur in η. Finita in ύθω, fiunt à verbis ſextæ in ύω, interpoſito θ: vt μινύθω à μινύω, *minuo*: φθινύθω à φθινύω, *corrumpo.* [6] Finita in ξω barytona, facta ſunt Atticè à circumflexis. Vide 149,33. & 38. atque hunc tractatum in verbo αὔξω. Idem iudicato de finitis in ψω, ac breuiter de omnibus Barytonis quæ à circumflexis facta ſunt, de quibus in locis citatis. ea enim vltra imperfectum non coniugantur, ſed ſumunt reliqua tempora à circumflexis vnde ducta ſunt. [7] De finitis in σκω, vide in verbo ἀρέσκω, & 216,5. & 310,41.

à τείνω.
4 είω.
5 άθω, έθω, ύθω.
άθω.
έθω.
ύθω.
6 ξω.
ψω.
Barytona facta à circumflexis.
7. σκω.

Appendix de quibuſdam aliis verbis, quæ vltra imperfectum non coniugantur.

A CLENARDO enumeratis adde finita in ίθω, μθω, σθω, ύω, άω. deſideratiua, (vt μαθητιάω ῶ, *diſcere cupio*) λω per ſimplex λ, atque polyſyllaba in ύω, quæ formant ex ſe verba in μι: de quibus vide in verbis ἄγνυμι, ἀμφιέννυμι, δεικνύω, ζευγνύω, ῥηγνύω, ὀμνύω, στρωννύω. Adde quoque verba quintæ coniugationis habentia primam ſyllabam ex reduplicatione deſinentem in liquidam; vt μαρμαίρω, [illegible] atque alia quæcunque reduplicationẽ ha

ίθω, μθω, ρθω, σω, λω, ύω.
μαρμαίρω &

δάκνω cum similibus.
A futuris & præteritis ducta.
Mutantia ε in ι ob pleonaſmum.
Multa in ίνω.

habent, de quibus in verbo πτώσκω: & quæ ante ω habent mutam cum liquida; vt δάκνω, *mordeo*: de quo ſuo loco. & grauitona quæ à futuro fiunt: de quibus in verbo ἄγω. & quæ fiunt à præteritis; vt φρίττω, *horreo*, π. πέφρικα, inde πεφρίκω, ις, ει, *horreſco*: de his videbis nonnihil in verbo ἐκέκραξα. & quæ per pleonaſmum ſunt facta, præcipuè quæ mutarunt ε in ι, vt τέκω, τίκτω, *pario*: de quibus 310,30. (hæc verò ſumunt tempora à primitiuis, vt τίκτω à τέκω, μ. τέξω, &c.) & complura in ίνω, de
8 quibus in verbo φθίνω. [8] Vide in verbis οἴομαι, θνήσκω, φέρω.

A
ἄγω.
ἀγήοχα.
ἤγαγον.
ἆξε, ἄξετε.
Futurum pro præſenti.
ἄξω. δύσω.
οἴσω. ὄρσω.
ἐδυσόμην.
οἶσε, οἰσέτω.
Ioniſmus.
ὠρσεο.
ὄρσεο.

1. 2 [1] Ἄγω, *duco*: Futurum ἄξω: Præteritum [2] ἦχα,
3 [3] Atticè ἄγηχα, & pleonaſmo τοῦ ο, ἀγήοχα. Aor.
4 ſecundus ἦγον, & [4] pleonaſmo ſyllabæ γα, ἤγα-
5 γον: vnde [5] ἄγαγε, ἀγάγοιμι, ἐὰν ἀγάγω, ἀγαγεῖν,
6 participium [6] ἀγαγών. Imperatiuus autem ἆξε,
7 ἄξετε, *duc, ducite*, præſentis eſt temporis. [7] Nam
quorundam futura pro præſenti vſurpantur;
vt ab ἄγω, *duco*: δύω, *ingredior*: οἴω, *fero*: ὄρω, *concito*;
8 futura, ἄξω, δύσω, οἴσω, & ὄρσω [8] Æolicè pro ὀρῶ;
9 [9] & vſque ad imperfectū ſolùm coniugantur.
10 itaque δύσω, imperfectum ἔδυσον, medium [10] ἐδυ-
11 σόμην. οἴσω, imperfectum [11] οἶσον: Imperatiuus,
οἶσε, οἰσέτω. ὄρσω, paſſiuū ὄρσομαι: Imperfectum,
12 [12] ὠρσόμην, ὤρσου, & [13] Ionicè ὤρσεο, Imperatiuus,
13 ὄρσεο. Sic ἄξω: Imperatiuus, ἆξε, ἀξέτω.

διάγον.
ἄγεσκε.
ἄγες. ἀγέμεν,
ἄγεν.
ἄγεο.
ἀγεόμενος.
ἦγμαι. ἤχθην.
ἤκαχον.
ἀγάγοις.

1 [1] Ab ἄγω, imperfect. & aoriſt. ſec. ἦγον, (Dor. ἆγον: cum διά, διᾶγον ες, ε, *degi, iſti, it*) ἦγες: hinc tertia perſona Ion. ἄγεσκε. *ducebat*, 170,33. præſens imperat. ἄγε, & poëticè ἄγες, *age*: infinit. ἄγειν, Ionicè ἀγέμεν, Doricè ἄγεν, 182,6. & 183,13. præſens paſſ. ἄγομαι: imperat. ἄγου, Ionicè ἄγεο, *duc*, 193,31. part. ἀγόμενος, pro quo inuenitur ἀγεόμενος pleonaſmo τοῦ ε: οἱ ἀγεόμενοι, *qui ducuntur & ad-*
2 *mirantur.* [2] Paſſiuum ἦγμαι, ξαι, κται, *actus ſum*: part. ἠγμένος, *actus*: aor. pr. ἤχθην: part. ὁ ἀχθεὶς, έντος: ἡ ἀχθεῖσα,
3. 4 είσης. [3] Vide 297,25. & 298,5. [4] Medius ἠγαγόμην. ſic ab ἄχω, *mœrore afficio*, aoriſt. ſec. ἦχον, & pleonaſmo ſyl-
5 labæ κα, ἤκαχον. vide quoque 302,33. [5] Et apud poëtas
6 Syracuſano more ἄγαγον, *duc*, 183,6. [6] Pro ἀγαγὼν in-
7 uenitur Ionicè ἀγάγοις, qui duxit. [7] Sic à βάω, βῶ, μ. βάσω: vnde præſens βάσω: paſſ. βάσομαι: imperfectum, ἐβασόμην

ἐβήσε, ἐβήσετο: compositum ex ἀπὸ, ἀπεβήσετο, *abiit*, Iliad. α. — ἀπεβήσετο.
Item δοάζω vel δοιάζω, *delibero*, μ. δοάσω: præsens δοάσω:
pass. δοάσομαι: imperfectum, ἐδοασόμην, ἐδοάσε, ἐδοάσετο, &
poëticè δοάσσετο, reiecto augmento, & geminato σ. λέ-
γω, *dico*, fut. λέξω: vnde præsens pass. λέξομαι: imperatiuus
λέξε, & Ionicè λέξεο. τείρω, *attero, infesto*: futur. τερῶ, — λέξεο.
Æolicè τερσω: vnde præsens pass. τέρσομαι: imperfect.
ἐτερσόμην, ε, ετο, detracto augmento τέρσετο, *siccabatur*. — τέρσετο.
lege scholion sequens. [8] Nam Æoles futurũ primum 8 — *Æolismus.*
quintæ Coniugationis verborum in ρω, per σω efferunt,
seruata præsentis characteristica, & retracto accentu
167, 5. & 16. Ab ὄρω, μ. ὀρῶ, π. ὦρκα, pass. ὦρμαι, plusquam-
perfect. ὠρμην, ὦρσο, ὦρτο, cum ἐν, ἐνῶρτο, *irruerat*. [9] Di- 9 — ἐνῶρτο.
cimus tamen in aor. primo ὦρσα, *concitaui*: non quidem — ὦρσα.
à præsenti ὄρσω, sed habentes rationem futuri Æolici
ὄρσω. [10] Tertia persona ἐδύσετο, sublato augmento δύ- 10 — δύσετο:
σετο: & rursus poëticè geminato σ, δύσσετο, *subibat*. — δύσσετο.
[11] Pro ὦσον: nam augmento destituitur. Inuenitur quo- 11
que hæc vox in aor. pr. imperatiui, οἶσον, οἰσάτω, *fer, fe-* — οἶσον.
rat: sed ab οἴω. [12] Et imperfectum actiuum ὦρσον, ὦρσες, 12 — ὦρσον, ες, ε.
ὦρσε, *concitabam, as, at*. [13] Vide 186, 23. & 193, 31. 237, 41. 13
238, 11.

Ἄγνυμι, *frango*: Præteritum mediũ ἦγα sumit — ἄγνυμι ab ἄγω.
ab ἄγω, & [1] ἔαγα pro ἦγα, [2] solutione η in εα. 1. 2 — *Augmentum η*
Aoristus primus, [3] ἦξα & ἔαξα. Aoristus sec. 3 — *resoluitur in* εα.
pass. ἤγην & ἐάγην. [4] Sic in composito, κατέαγα, 4
fractus sum: κατέαξα, *fregi*: κατεάγην, *fractus sum*.

Desinentium in γνύω aut γνυμι, tempora for- — *Annotatio de*
mabis à finitis in γω; ἄγνυμι tanquam ab ἄγω: — *finitis in* γνύω
sic [5] ζεύγνυμι, *iungo*: [6] μιγνύω, *misceo*: [7] μοργνύω, *ab-* 5. 6 — *&* γνυμι.
stergo: [8] πηγνύω, *figo*: [9] ῥηγνύω, *rumpo*. 7. 8

Ἅδω, [10] *placeo*: Præteritum med. ἦδα, [11] & so- 9 — ἅδω.
lutione ἔαδα. Participium, ἑαδώς, [12] vt ἐάγην 10 11 — *Solutio η in* εα.
pro ἤγην, *fractus sum*: [13] ἑάλων pro ἥλων, *captus* 12
sum, & similia. 13

[1] Hinc Participium ἐαγὼς, cum κατὰ, κατεαγὼς, *fractus*. 1 — *Solutio diph-*
[2] Nam poëtæ vnicam vocalem longam aut diphthon- 2 — *thongi aut vo-*
gum in duas breues resoluunt, præcipuè in augmento. — *calis longæ in*
sic ἄτω, *noceo, lædo*: aoristus primus ἆσα per α longum — *duas breues.*
Doricè, pro ἦσα, & solutione α longi in duplex breue,
ἄασα: in aoristo primo medio ἀασάμην, *iacturam feci*: — ἄασα, ἀασάμην.

in passiuo ἀάσθην, *læsus sum*. sunt qui interpretentur *siccatus sum*, ab ἄζω, *sicco*: tamen eadem semper erit ratio
ἀάσθην, ἄσθην. solutionis. pro ἀάσθην, remoto augmento poëtæ dicunt
ἀάθην. ἄσθην, ἄσθης, ἄσθη. In eodem aoristo † ἀάθην pro ἤθην, *deceptus fui*, ab ἄω siue ἄημι, vt ἐστάθην, ab ἵστημι, 227, 21. &
ANNOTATIO. 238, 7. [*Sed melius fortasse deriuabitur ab* ἀασκω, *quod Hesychio est* βλάπτω *lædo, & φθείρω corrumpo, sicut* ἐπράθην *à* πιπράσκω.]
ἑανδανον: ἑάνδανον, ες, ε, & ἑήνδανον, ες, ε, pro ἥνδανον, ες, ε, *placebam, as, at*, imperfectum ab ἁνδάνω.
ἑήνδανον.
ἐάφθην. ἐάφθην, *accensus sum*; item *connexus sum*: ἐάφθη, *connexum est*, pro ἥφθην, ἥφθη, aorist. prim. pass. verbi ἅπτω, *accendo, connecto*.
ἔα. ἔα, *eram*, Ionice pro ἦν reiecto ν, ab εἰμί, 316, 25.
ἕαται. ἕαται, *sedent*, quod & ἕαται Ionicè; pro ἧνται, ab ἧμαι, de quo 324, 8.
ἔερτο. ἔερτο, *nexus seu consertus erat*, plusquamperfect. pass. pro εἷρτο, ab εἴρω: sic & perfect. pass. ἔερμαι pro
ἐερμένος. εἷρμαι: vnde partic. ἐερμένος. sunt qui dicta putent per
ἔεργμαι. syncopen pro ἔεργμαι & ἐεργμένος ab ἔργω sine augmé-
ἔελμαι. to: vel ab εἴργω, dissoluta diphthongo ει in εε. ἔελμαι verò alij ex ἔεργμαι factum volunt, ab εἴργω *includo*: alij ab εἰλέω *voluo*, siue *inuoluo*: alij ab ἐλαύνω siue ἐλάω, *pello, compello*. hinc partic.
ἐελμένος. ἐελμένος, *compulsus, conclusus*.
ἔελσαι. (tamen & aorist. prim. act. κατὰ τείχεα λαὸν ἔελσαι, *intra muros populum claudere*.)
ANNOTATIO. [*Perfecti* ἔελμαι *verior est postrema deductio, nimirum ab* ἐλάω, *extrito* α. *nam ex* ἐλάσαι *fit* ἔλσαι, *per syncopen, vt* κένσαι *ex* κεντῆσαι *factum iudicant nonnulli: inde poëtica prosthesi* τοῦ ε, ἔελσαι, *sicut* ἐέλδεται *ex* ἔλδεται *apud Homerū: ex hoc nascitur* ἔελμαι *sine augmento, eiusdem significationis cum* ἤλαμαι *siue Attico* ἐλήλαμαι, *compulsus sum*.] In aliis quoque ει dis-
ἐέργαθον. soluitur in εε: vt ἐργάθω, εἴργαθον, ἐέργαθον, *arcebam*: ἔεστο, *in-*
ἔεστο. *dutus erat*, plusquamperf. pass. pro εἷστο, ab ἕω, quod augetur
ἐεστάμην. per ει, 286, 21. & 31. hinc & in aor. pr. med. ἐεσσάμην, *indui*, pro εἰσάμην, σ Æolicè geminato. His similia & alia
3 quędā apud poëtas inuenies. [3] Hinc imperat. ἆξον *frāge*: optat. ἄξαιμι, ἄξαις, *fregerim, is*: cum κατὰ, κατάξαις: pro quo
καυάξαις. Hesiodus dixit καυάξαις, sublato τ, & inserto υ Æolicè,
καυάξαι. vt in αὐὴρ pro ἀὴρ, *aër*: sic in infin. ἄξαι, κατάξαι, καυάξαι, *fregisse*. sunt tamen qui fingant thema καυάζω, *μ.* ἄξω,
ξυνέαξα. 4 *contero, frango*. [4] Sic etiam συνέαξα, Atticè ξυνέαξα, *confregi*, 249, 20. Notandum aor. sec. κατεάγην, seruare εα in reliquis etiam modis: vnde in tertia plur. subiunctiui,
κατεαγῶσι. κατεαγῶσι pro καταγῶσι, *fracti fuerint*. inuenitur etiam
κατεάξει. cap. xij. Euang. Matth. futurū κατεάξει, *confringet*, pro κατάξει. nam simplicis ἄγνυμι futurum est ἄξω, ξεις: perf. ἔαγα: pass. ἔαγμαι, ξαι, κται. vnde aor. prim. ἐάχθην, ἐάχθης,

ἐάχ

ἐάχθη: cum κατὰ, κατεάχθη, *fractus est.* ⁵ Tanquam à ζεύγω, fut. ζεύξω: aor. prim. ἔζευξα: imperat. ζεῦξον, ζευξάτω. perf. ἔζευχα: pass. ἔζευγμαι (hinc verbale τὸ ζεῦγμα, ατος, *iunctura*, & *figura zeugma*, quæ Latinè *ligatio* vel *adnexio* dicitur 261, 1. & 5.) ἔζευξαι, κται: aor. prim. ἐζεύχθην: hinc part. ζευχθείς, *iunctus, copulatus*. Aorist. sec. ἔζυγον, 178, 10. pass. ἐζύγην, *iunctus sum*: part. ζυγείς, έντος. ⁶ Tanquam à μίγω: fut. μίξω: aor. prim. ἔμιξα, ας, ε, tertia plur. ἔμιξαν. perf. μέμιχα: pass. μέμιγμαι, ξαι, κται: infin. μεμίχθαι: part. μεμιγμένος: plusquamperf. ἐμεμίγμην, ἐμέμιξο, ἐμέμικτο, poëticè ἔμικτο, 301, 3. aor. prim. ἐμίχθην: tertia plur. ἐμίχθησαν, & Bœoticè (192, 30.) ἔμιχθεν: particip. μιχθείς, *commixtus*. Aor. sec. ἔμιγον: pass. ἐμίγην, & Ionicè detracto augmēto μίγην, μίγης: (hinc fut. sec. μιγήσομαι) Optatiuus μιγείην: subiunct. μιγῶ, ῇς, ῇ: tertia plur. μιγῶσι, & Ion. μιγέωσι, 237, 2. infin. μιγῆναι, & Atticè (182, 6.) μιγήμεναι, *misceri, rem habere*: part. μιγείς. ⁷ Quasi à μόρζω, fut. μόρξω. ⁸ A † πήσσω, cuius fut. πήξω, *figam*: aor. prim. ἔπηξα, ας, ε, *compegi*: νῆας ἔπηξε, *naues coagmentauit*: part. πήξας: aor. prim. med. ἐπηξάμην: subiunct. πήξωμαι: prima plur. πηξώμεθα: part. πηξάμενος, *qui compegit*. Perfect. actiuū πέπηχα: pass. πέπηγμαι, ξαι, κται: aor. prim. ἐπήχθην tertia plur. Bœotica detracto augmento πῆχθεν pro ἐπήχθησαν, *fixi sunt*. Perfect. med. πέπηγα, *concreui*: in plusquamperf. ἐπεπήγει, *defixum erat*: part. πεπηγώς, *infixus, coagulatus, congelatus*. Aor. sec. actiuus ἔπαγον: pass. ἐπάγην, *concretus sum*: subiunct. παγῶ, ῇς, ῇ, prima plur. παγῶμεν, *defigamur*: part. παγείς, *cōcretus*. ⁹ De ῥηγνύω, vide hunc tractatū de Inuestigatione thematis suo loco inter verba quæ à ρ incipiunt. Sunt & alia quædam in γνύω aut γνυμι finita: sed omnia à desinentibus in γω tempora mutuātur: vt ὀμόργνυμι, *abstergo*, ab ὀμόργω: fut. ὀμόρξω: aor. prim. ὤμορξα: med. ὠμορξάμην: part. ὀμορξάμενος: in duali ὀμορξαμένω, *detergentes*. sic ὀρέγνυμι, ab ὀρέγω, *porrigo, præbeo*: fut. ὀρέξω: aor. pri. ὤρεξα, infi. ὀρέξαι: aor. prim. med. ὠρεξάμην, ὠρέξω, ὠρέξατο, deposito augmēto ὀρέξατο, *porrectis manibus cepit vel captauit*: tertia plur. ὠρέξαντο, *apprehenderūt*: imperat. ὄρεξαι, ὀρεξάσθω, *prehende, prehendat*: fut. med. ὀρέξομαι: part. ὀρεξόμενος, *appetiturus*. Perf. med. ὤρεχα verso ε in ο: part. ὠρογώς, ὁ ὀρογυῖα, & detracto augmento † ὀρογυῖα, *quæ porrexit*.

[*Apud Etymol. proparoxytonως legitur* ὄρόγυια. ὀρέγω *inquit*, τὸ ἐκτείνω *extēdo, præt. perf. med.* ὤρεγα: *part.* ὠρεγώς, *fœm.* ὠρεγυῖα, *& istole & trope* ὀρόγυια. *Videndum ergo* [illegible] *proprium nomen, vt* ἀγυια, ἄρπυια, [illegible] *alia*.] [illegible] *etiam referuntur* [illegible] & [illegible], *de quibus* [illegible]

Marginalia: κατεάχθη. ζεῦξον. ζεῦγμα. ζευχθείς. ἐζύγην. ζυγείς. ἔμιξα. μεμίχθαι. ἔμικτο. ἔμιχθεν. μιχθείς. μίγην. μιγέωσι. μιγήμεναι. πῆχθεν. ἐπάγην. ὀμόργνυμι. ὀρέγνυμι. ὀρογυῖα. ANNOTATIO.

ANNOTATIO. 10 [10] ἄδω τὸ ἀρέσκω agnoſcit non Etymologus modo, ſed
etiam Heraclides apud Euſtathium. ac Etymologus
quidem deriuat inde præteritum medium ἧδα, & dia-
lyſi ἕαδα: Heraclides vero deducit inde ἁνδάνω, vt λαμ-
βάνω à λάβω. poteſt tamen & hoc & illud deriuari ab
vſitatiore themate ἥδω *oblecto*. nam vt præteritum
medium omittam, ſicut à λήθω eſt λαθεῖν & λανθάνειν, ita
etiam ἁδεῖν & ἁνδάνειν ab ἥδω. præterea vt λήθειν actiue
inter alia ſignificat *celare*, λαθεῖν verò & λανθάνειν neu-
traliter *latêre*, ſic ἥδειν *oblectare*, ἁδεῖν & ἁνδάνειν *placere*.
λαθεῖν autem accipe hoc loco non tam pro præſenti
quam pro aor.2. cuius indicatiuus eſt ἧδον, & reſolutus
ἕαδον. Euſtathius quoque ἅδε apud Homerum (in iſto
hemiſtichio, ἅδε δ' Ἕκτορι μῦθος, *placuit Hectori ſermo*)
ſcribit eſſe vel ab ἁδεῖν, vt ἔκτυπεν à κτυπεῖν, vel Æolico
ἕασας. 11 more factum ab ἥδω. [11] Sic in aoriſt. prim. ἕασα, ἕασας,
exhilaraui, iſti, pro ἧσα, ἧσας. & in imperf. & aoriſt. ſec.
ἕαδον : εὔαδον. ἕαδον, Æolicè εὔαδον, pro ἧδον: quod & detracto augmen-
ἅδον, ες, ε. to dicitur ἅδον, ἅδες, ἅδε. *placebam, as, at*, ſeu *placui, iſti, it*.
ἁδεῖν : ἁδών. eſt & ἅδον tertiæ plur. *placuerunt* : hinc infin. ἁδεῖν, *pla-
cuiſſe* : particip. ἁδὼν, *gratus*. Alij hæc ad ἁνδάνω referre
malunt, quod mutuatur tempora ab ἁδέω, vt reliqua in
ἁδήσεις. άνω ab έω: vnde & futur. ἁδήσω, ἁδήσεις, *gratificabor, grati-
ficaberis*. ſunt qui in ἕαδα, ἑαδὼς, ἕασα, & ἕαδεν, ſpir.
aſpero notent ε, vt α in themate ἅδω : alij per lenem
12 efferre malunt, vt ε in augmentis. [12] De hoc paulo ſu-
13 prà, in ἄγνυμι, 333, 28. [13] De hoc infrà, in ἁλίσκομαι, 338.

αἰσθάνομαι ab 1.2 [1] Αἰσθάνομαι, *ſentio* : Fut. med. [2] αἰσθήσομαι : Præ-
αἰσθέομαι. 3 teritum paſſ. [3] ᾔσθημαι: Infinitiuus, ᾐσθῆσθαι. Aori-
4 ſtus ſecundus medius, [4] ᾐσθόμην, ab αἰσθέομαι.

Annotatio de 5 [5] Ex άνω & άνομαι deduces tempora, vt ex έω
finitis in άνω *&* 6.7 & έομαι; [6] ἁμαρτάνω, vt ἁμαρτέω, *pecco*. ſic [7] ἀπεχθά-
άνομαι. 8.9 νομαι, *ſum odio*: [8] αὐξάνω, *creſco*: [9] βλαστάνω, *germino*:
10 [10] καταδαρθάνω, *dormio*: vt ἀπεχθέομαι, αὐξέω, &c.
1 [1] IMPERFECTVM ᾐσθανόμην, ᾐσθάνου, ᾐσθάνετο, &c.
2 [2] Ab αἰσθήσομαι, αἰσθήσῃ : participiũ αἰσθησόμενος, *ſenſurus*:
3 aor. pri. ᾐσθησάμην, *ſenſi*. [3] Hinc pluſquamperfect. ᾐσθή-
4 μην, ᾔσθησο ᾔσθητο: part. ᾐσθημένος, *qui ſenſit*. [4] Ab ᾐσθόμην,
ᾔσθου : Opt. αἰσθοίμην, αἴσθοιο, αἴσθοιτο : ſubiunct. αἴσθωμαι,
αἴσθῃ, αἴσθηται : tertia plur. αἴσθωνται : infin. αἰσθέσθαι : part.
Finita in άνω 5 αἰσθόμενος. [5] Finita in άνω & άνομαι, deriuata ſunt om-
vnde deriuen- nia. ex his quædam formantur à verbis circumflexis
tur. obſoletis in έω ῶ, έομαι οῦμαι, ε in α mutato, & interpoſito
, poſt

ν post α; vt κιχέω ῶ, κιχάνω, *inuenio, consequor*: οἰδέω ῶ, οἰδάνομαι, *tumesco, turgesco, inflor.* atque in huiusmodi verbis locum habet CLENARDI regula: κιχάνω, fut. κιχήσω, med. κιχήσομαι: aorist. sec. ἔκιχον: *nactus est*: infin. κιχεῖν, Doricè κιχείομαι, 182, 6. & etiam poëtica κιχάνθαι, *deprehendere.* Sunt & alia in άνω quæ fiunt à Barytonis disyllabis, verso ω in άνω, correpta penultima, & ν post eam assumpto: vt λείπω, λιπω, λιμπάνω, *linquo*: λήβω, λαμβάνω, *sumo, capio*: λήθω, λανθάνω, *lateo, fallor, & imprudēs aliquid facio*: λήχω, λαγχάνω, *sortior, adipiscor*: μήθω, μανθάνω, *disco*: πεύθομαι, πυνθάνομαι, *audio, sciscitor, interrogo*: τεύχω, τυγχάνω, *fio compos, sortior*: φεύγω, φυγγάνω, *fugio, vito*: sic compositum καταφεύγω, καταφυγγάνω, *refugio.* in his exemplis ν ante γ & χ mutatum fuit in γ, ante β & π in μ, ob orthographiam: vide 7, 13. & 10, 12. & 175, 18. Hæc autem atque cætera id genus in άνω, à suis primitiuis tempora mutuantur: μανθάνω tamē sumit futurum med. μαθήσομαι à μαθέω: sic aorist. prim. ἐμάθησα: & perf. μεμάθηκα: sed aor. sec. à μήθω, vel etiā ab eodem μαθέω. nam ab vtrouis erit semper ἔμαθον, 178, 4. & 213, 35. vide hunc tractatum in verbis λαμβάνω, πυνθάνομαι, & τυγχάνω. [6] Fut. ἁμαρτήσω: perf. ἡμάρτηκα: infin. ἡμαρτηκέναι: perfect. pass. ἡμάρτημαι: part. ἡμαρτημένος, *delictus*: τὰ ἡμαρτημένα, *errata, peccata.* Aor. sec. ἥμαρτον, ες, ε, & sine augmento Ionicè ἅμαρτον, ες, ε: poëticè ἤμβροτον, ες, ε, tanquam ab ἀμβροτέω: vel pro ἥμαρτον, traiectione literæ & mutatione α in ο, ἥμροτον: sed quia μ non habet locum ante ρ, (7, 7.) inseritur β, & mutatur spiritus, ἤμβροτον. [7] Imperf. ἠπεχθανόμην, pro ἀπηχθανόμην, augetur initio: tertia plur. ἠπεχθάνοντο, *inuisi erant*: futur. med. ἀπεχθήσομαι, ἀπεχθήσῃ, aor. sec. med. ἀπηχθόμην, ἀπήχθου, ἀπήχθετο, augetur in medio: & sine augmento ἀπεχθόμην: infinit. ἀπεχθέσθαι: part. ἀπεχθόμενος: perf. pass. ἀπήχθημαι, *odio fui.* Sic simplex ἐχθάνομαι ab inusitato ἔχθομαι: fut. med. ἐχθήσομαι, *inuisus ero*: perf. pass. ἤχθημαι, *exosus fui*: aor. sec. med. ἠχθόμην, *odio fui.* [8] Vide infra in verbo αὔξω. nam vtrumque idem significat. & ab αὐξέω tēpora mutuatur. [9] Fut. βλαστήσω: perf. βεβλάστηκα: in plusquamperfecto ἐβεβλαστήκει, *pullulauerat*: aor. sec. ἔβλαστον, ἔβλαστες, ἔβλαστε: part. βλαστὼν, *ortus, natus.* [10] Aor. sec. κατέδαρθον: infin. καταδαρθεῖν, Atticè [illegible] penultima: aor. sec. pass. κατεδάρθην, vide [illegible] *dormiui.* Sic simplex [illegible] fut. med. δαρθήσομαι, *dormiam* [illegible] metathesi [illegible]

κιχάνω.
οἰδάνομαι.
ἔκιχε.
κιχάνθαι.
λιμπάνω.
λαμβάνω.
λανθάνω.
λαγχάνω.
μανθάνω.
πυνθάνομαι.
τυγχάνω.
φυγγάνω.
μανθάνω à μαθέω & μήθω.

6 Tempora ab ἁμαρτάνω.
τὰ ἡμαρτημένα.
ἤμβροτον, ες, ε.

7 [illegible]
ἀπεχθάνομαι.
[illegible]

8

9 [illegible] à [illegible] στέω.

10 καταδαρθάνω à [illegible]

ἁλίσκομαι ab ἀλόω & ἅλωμι.

1 Ἁλίσκομαι, *capior*: Fut.[1] ἁλώσομαι: Præter. ἥλωκα & ἑάλωκα: passiuum ἑάλωμαι: vnde verbalia, ἅλωσις, *captiuitas*: ἁλωτὸς, *captiuus*, ab ἁλόω. Aorist.
2 sec. ἥλων, ἑάλων:[2] Infinit. ἁλῶναι: Particip. ἁλοὺς, ἁλόντος, ab ἅλωμι: quę sunt omnia vocis actiuæ, sed significationis passiuæ: id quod frequentissimum est in † compositis verbi ἵστημι, vt

Vox actiua significationis passiua.

καθεστῶτα.

3 [3] καθεστῶτα, *constituta*.

ἀναλίσκω.

Augmentorum in quibusdam compositis varietas.

4 Compositum ἀναλίσκω, *consumo*,[4] valde variat in augmento præteriti: dicitur enim ἀνάλωκα, *consumpsi*, sine augmento; & ἀνάλωται, *consumptum est*: etiam ἀνήλωκα, ἀνάλωκα: ἀνήλωται, ἀνάλωται. Atque hęc incrementorũ diuersitas in multis præterea contingit. ἐγγυάομαι, *despondeo, promitto*:

ἐγγυάομαι.

5. 6 Imperfectũ,[5] ἠγγυᾶτο: Perf. act.[6] ἐγγεγύηκα.

ἐγχειράζομαι.

7 ἐγχυράζομαι, *oppignero*: Perfectum,[7] ἐγκεχυρασμένον & ἐνεχυρασμένον: quod tamen fieri possit ab ἐνεχυράζομαι: vtrumq; enim inuenitur. ἐγγυάω, *do fidem*,

ἐνεχυράζομαι.

ἐγγυάω.

8 [8] ἐνεγγύησε, ἐνεγγυησάμην, & ἠγγύησε: sed

παρεγγύησε.

9 [9] ἐγγυᾶτο & [10] παρεγγύησε, *fideiussit, spopondit*:

βλακεύομαι.

10 sine augmento. Βλακεύομαι *torpeo*:[11] ἐβλάκευμαι

Composita à λέγω.

11 & βεβλάκευμαι, *torpore dissolutus sum*. Et compo-

συλλέγω.

12 sita à λέγω,[12] per λε aut ει: συνειλεγμένοι & συλ-

διαιτέω.

13 λελεγμένοι, *collecti*. Διαιτέω, *iudico vt arbiter*.[13] δε-
14 διῃτημένος, vt [14] ἠνώχλησε, *turbauit*, per duplex

ἀμπέχομαι.

15 augmentum. Ἀμπέχομαι,[15] ἠμπεχόμην, *induor*,

ἀνέχομαι.

16 *circumdo*.[16] Ἠνέσχετο, *sustinuit*; & ἠνείχετο, *sustinebat*.

παροινέω.

17 Παροινέω, *debacchor*,[17] πεπαρῴνηται, *debacchatum*

ἐπιδημέω.

ἐπιορκέω.

18 *est*.[18] Ἐπιδημῶ, ἐπιδεδήμηκα, *peregrè dego*. Ἐπιορκῶ, ἐπιώρκηκα, *peiero*. Ἐπιστατῶ, ἐπεστάτηκα, *præsum*.

ἐπιστατέω.

ἐμπολάω.

κτάομαι.

11 Ἐμπολῶ, ἐμπεπόληκα & ἠμπόληκα, *emo, lucror*.[11] κτῶμαι, κέκτημαι & ἔκτημαι, *possideo*: & plurima item alia generales canones augmenti non exactè seruauerunt: de quibus copiosè Budæus in Commentariis linguæ Græcæ.

ἀμφιέννυμι &

19 Ἀμφιέννυμι & † ἀμφίεμαι, *induo*: Fut.[19] ἀμφιέσω:

Præt.paſſ.ἠμφιεσμαι,ab ἀμφιέω.ſiquidem ννύω &
νυμι habenda ſunt vt ω,[20] quæcunq; pręcedat 20
vocalis:[21] ζωννύω,*cingo:*[20] κεραννύω,*miſceo:*[20] κορεν- 21
νύω, *ſaturo:*[20] πετάννυω,*expando:*[22] ῥώννυμι,*valeo:* 20
[23] στρώννυμι, *ſterno:*[20] σοβεννύω,*ſterno,ſopio;*[24] χων- 22
νύω,*aggere munio*: tanquam ζώω,&c. 23

20

24

ἀμφίεμαι ab ἀμφιέω.

Annotatio de finitis in νυω *&* νυμι.

[1] Pro ἁλώσομαι doctiores vſurpant ληφθήσομαι, fu- 1
turum prim. paſſiuum verbi obſoleti λήβω:à quo etiam
λαμβάνω ſua capit tempora. [2] Imperatiuus ἅλωθι, *ca-* 2
piaris,vt γνῶθι,235,6. Optat.ἁλοίην,*captus ſim,caperer*,vt
δοίην,228,22. & Doricè ἁλῴην,ης,η, vt χρυσῴην pro χρυ-
σοίην,219,36. [3] Eſt participium perfectum. vide 235,34. 3
& 236,3. [4] De huiuſmodi augmentorum varietate in 4
verbis compoſitis,vide quoque 289,40.& 290,20. Hæc
autem in quadruplici ſunt differentia.nam aut augmē-
to prorſus deſtituuntur,vt perfectum actiuum ἀνάλωκα,
& tertia perſona perfecti paſſ. ἀνάλωται: vel augentur
ſolùm in medio,id eſt, in principio verbi ſimplicis, &
non initio compoſiti; vt ἀνήλωκα: vel tantùm initio,
id eſt,in principio verbi compoſiti,& non ſimplicis; vt
ἠνάλωκα, paſſ. ἠνάλωμαι,ἠνάλωσαι,ἠνάλωται: vel vtrinque,
id eſt,& initio compoſiti,& initio ſimplicis;vt ἠνήλωμαι,
ἠνήλωσαι,ἠνήλωται.hinc in aoriſto primo actiuo ἀνάλωσα,
ἀνήλωσα,& ἠνάλωσα,*inſumpſi,conſumpſi*.vnde infinit.ἀνα-
λῶσαι,à fut.ἀναλώσω: in aor.primo paſſ. ἀνηλώθη,*abſum-*
ptus eſt. ſic μεμελοπεποίηται, in tertia perfecti paſſiui, à
μελοποιέω ῶ,*carmina modulor & pango*; quod componi-
tur è τὸ μέλος,εος,*cantus,modulatio,carmen*;& ποιέω,*fa-*
cio. ſic etiam ὠνοματοπεποίηται, ab ὀνοματοποιέω ῶ,*voca-*
bula facio ſeu fingo: è nomine τὸ ὄνομα ατος,*nomen*. † at
ἐβαρυώπησαν ὀφθαλμοὶ,*grauati ſunt & caligauerunt oculi*,
non eſt aor. ſec.paſſ. verbi βαρυόπτομαι,quod non repe-
ritur; ſed aor.prim. actiuus verbi βαρυωπέω,vt ὀξυωπέω,
ἀμβλυωπέω, & ſimilia. [5] Eſt tertiæ perſonæ ſing. per 5
craſim ab ἠγγυάετο. augetur initio. [6] Tertia perfecti 6
ſingularis: in medio augetur. [7] Sunt participia neutra 7
perfecti paſſiui. Atque ἐγκεχυρασμένον quidem augetur
in medio, repetita tenui κ pro aſpirata χ: vt habes 175,1.
ἠνεχυρασμένον verò, ſi ducatur ab ἐγχυράζομαι,augebitur
vtrinque:vbi notādum γ, quod in themate ἐγχυράζομαι
ponebatur pro ν præpoſitionis ἐν propter χ ſequens, in
ἠνεχυσμένον rediiſſe in ν,cùm iam non ſequatur χ, neque
κ,ſed ε. Vide 7, 13. & 10, 12. atque hanc traditionem in

ληφθήσομαι.

ἅλωθι.

ἁλῴην.

καθεστῶτα.

ἀνάλωκα:
ἀνάλωται.

ἀνήλωκα.

ἠνάλωκα.

ἠνήλωται.

ἀνηλώθη.

μεμελοπεποίηται.

ὠνοματοπεποίηται.

ἐβαρυώπησαν.

ἠγγυᾶτο.

ἐγγεγύηκε.

ἐγκεχυρασμένον:
ἠνεχυρασμένον.

verbo συνδέδυνται. Aduertendum quoque hoc loco, in ἠνεχυρασμένον augmentum medium factum esse absque reduplicatione, quamuis sit breue, pro ἠγκεχυρασμένον. sic à προσπατταλεύω, affigo, appingo, perf. pass. προσεπατταλεύμαι. atque à simplici χαλκεύω, fabrico seu fabricor, fit ἐχάλκευμαι pro κεχάλκευμαι. & à νωχαλίζω, delicior. ἐνωχάλισμαι pro νενωχάλισμαι. [NOTANDVM ἐπατταλεύμαι, ἐχάλκευμαι, ἐνωχάλισμαι. & infrà 342, 14. ἔκτημαι, ἐδολίχευμαι, ἔσφαλμαι, ἔγλυμμαι, ἐθλασμαι, & similia, censentur Ionica magis quàm Attica. apud Herodotū quidem certè passim obuium est ἔκτημαι.] Sed quia hoc rarum est, malim dicere ἠνεχυρασμένον fieri ab ἐνεχυράζομαι, cùm id & inueniatur, & significet idem quod ἐνεχυράζομαι. atque hoc modo ἠνεχυρασμένον augetur tantum initio. sic ab actiuo ἐνεχυράζω, pignora capio, (cuius futurū ἐνεχυράσω, ἐνεχυράσεις) fit aor. prim. ἠνεχύρασα, ας, ε, & sine augmento ἐνεχύρασα, ας, ε. [8] ἐνεγγύησεν augetur in medio: ἠγγύησε vero initio. vtrumque est tertiæ personæ singul. aoristi primi actiui. ἐνεγγυησάμην, est aoristi primi medij, & augetur in medio, vt ἐνεγγύησεν. vbi notandum γ ob euphoniam geminatum esse, pro ἐνεγύησεν, ἐνεγυησάμην. sic ἐγκωμιάζω, ἐνεγκωμίαζον, pro ἐνεκωμίαζον: de quo 295, 35. malim tamen scribere ἐνεκωμίαζον, sine γ: ac dicere † ἐνεγγύησεν & ἐνεγγυησάμην esse composita ex ἐν, & ἐγγύησεν, ἐγγυησάμην, quæ augmēto destituuntur, pro ἠγγύησεν, ἠγγυησάμην, vt παρεγγύησε, pro παρηγγύησε. Verùm thema ἐνεγγυάω videbitur compositum è geminata præpositione ἐν ἐν & insitato γυάω: quod Græcis nō omnino nouum: dicunt enim προπροκυλινδόμενος, supplex ad pedes deuolutus. ἐγγυάω simplex videri potest quibusdā: sed perfectum ἐγγεγύηκα, ας, εν, arguit esse compositum. [Aoristum ἐνεγγύησε mauult Antesignanus ex composito ἐνεγγυάω quam ex simplici ἐγγυάω deducere. cui opinioni non refragandum iudicarem nisi apud Budæum inuenissem imperfectum παρενεγγύα, eadem significatione qua παρηγγύα apud Xenophontem: ideoque formatum non à παρενεγγυάω (cuius nulla fit apud Lexicographos mentio) sed à παρεγγυάω. nam vt apud Xenoph. est, παρηγγύησα ἐπαναγαγεῖν, præcepi pedem referre: sic in illo loco, παρενεγγύα αὐτῷ Πέρσαις μὴ συμπλέκεσθαι, mandabat ei ne cum Persis congrederetur. Vt igitur de ἐγγυάω & compositis eius meam tibi sententiam explicem, sic habe. Reperiuntur hæc interdum sine augmento, vt ἑάλωκα, ἑαλώκειν, 38, 20. sic enim ἐγγυᾶτο apud Isæum, & παρεγγύησε apud Synesium reperiri testatur Budæus. Interdum augentur in principio,

De προσπατταλεύμαι. ἐχάλκευμαι. ἐνωχάλισμαι.

ANNOTATIO.

ἐνεγγύησε. ἠγγύησε. ἐνεγγυησάμην.

Annotatio, ἐνεγκωμίαζον.

Eadem præpositio in cōpositione geminata: ἐν ἐν, πρὸ, πρό.

ANNOTATIO.

Quod vero notatur 376,36. ἐδάλω à δάημι est potius aor. 2. pass. ab eodem δαίω sic enim Herodianus, καίω, ἔκαον, ἐκάλω· παύω, ἔπαυον, ἐπάλω, καὶ ἀνεπάλω. At trisyllabũ δαίω, quod 376, 16. ponit, legitur etiam apud Etymologum in δαΐς: scribit enim ibi, ex δαίω per dialysin fieri δαιω, atque inde pleonasmo τοῦ ζ, δαΐζω. Nulla tamen huius dissoluti δαιω proferũtur exempla, quum δαΐζω sæpe occurrat apud Homerum, vt Il. τ, χερσὶ δαΐζων. at δεδαϊσμένος, δαΐσεις, & similia, referri possunt æquè ad δαΐζω atque ad δαΐω: nam quædam in ζω, vtramque recipiunt characteristicam in futuro & temporibus inde formatis, 168,41. Ex δαΐζω autẽ per syncopen fit δάζω, quod idem Etymologus agnoscit, ac deducit inde non modo aor. ἐδάσαντο, sed etiam verbale δασμὸς, vt σκεδασμὸς à σκεδάζω. Sed præter hoc δάζω ponit & aliud thema, δάσσω. sic enim ille in δασμῷ, ἡ παρὰ τὸ δαίω τὸ μερίζω, ἀφ' οὗ τὸ δάζω καὶ δάσσω: atque ab eodem deducit aor. δάσσαντο diuiserunt, *& fut.* δάσσονται *partientur: quum alij hæc quoque forment è δάζω seu δάζομαι, poëticè hic σ geminatum censentes, 177,32. Quod vero attinet ad δαίω, 376,18. natum est illud ex verbi δαίω futuro 2. δαῶ, per dialysin, vt supra quoque in paginam 361, docui è futuris noua existere themata.*

E

Ἐγῷδα, pro ἐγὼ [1] οἶδα, *ego noui*: vt ἐγῷμαι pro 1 ἐγῷδα.
ἐγὼ [2] οἶμαι, *ego puto*, per crasim. 2 ἐγῷμαι.
[3] Ἔδω, *edo*. [4] Præt. Atticũ ἔδηκα, & pleonasmo, 3. 4
ἐδήδοκα: Pręt. med. [5] ἔδηδα. Fut. sec. med. [6] ἔδομαι, 5. 6 ἐδήδοκα.
pro ἐδοῦμαι, vt [6] φάγομαι, πίομαι, *edam, bibam*. 6 ἔδηδα. ἔδομαι.
Εἴδω, *scio*. Futurum, [7] εἴσομαι, vel [8] ἴσομαι, re- 7. 8 εἴδω ab εἰδέω &
moto ε: Præterit. med. [9] οἶδα. Sed futurum εἰ- 9 εἴδημι.
δήσω, ab εἰδέω: Præterit. εἴδηκα: Plusquamperfe-
ctum, εἰδήκειν: syncope εἶδα, εἴδειν: Infinit. εἰδέναι: εἶδα syncope.
Participium, εἰδώς: Plusquamperf. εἴδειν, [10] At- 10
ticè ᾔδειν, ει in η. [11] Aorist. sec. εἶδον, *vidi, noui*; 11 ᾔδειν, ει in η.
poëticè ἴδον, sine ε: id quod in reliquis perdu- ἴδον.
rat: ἴδε, ἴδοιμι, ἐὰν ἴδω, [12] ἰδεῖν: Participium, ἰδών. 12
Optatiui præsens [13] εἰδείην ab εἴδημι. 13 εἰδείην.
[14] Εἰπὸν pro εἰπὲ, *dic*, aor. sec. [15] Syracusio mo- 14 εἰπόν.
re, ον pro ε: At [16] εἶπον, εἰπάτω, primus, vt τύψον. 15 16 ον pro ε Syr…

[1] VIDE In εἴδω. [2] Quære in οἴομαι. [3] Huius infi- 1. 2 οἶδα. οἶμαι.
nitiuus ἔδειν, Doricè & Atticè [illegible] & syncope

ἔδμεναι. — 4.5 ἔδμεναι, *comedere*. 4 Vide 297,25. & 298,4. 5 Ab ἐδη-
δόντα, particip. ἐδηδοκὼς: & ab ἐδηδώς, ἐδηδῶς, *qui comedit*.
6.7 6 Vide 309,22. 7 Secūda persona εἴσῃ & Ionicè (186,23.)
εἴσεαι. — εἴσεαι. Huius fut. actiuum est εἴσω vel ἴσω, *sciam*: vnde
præsens (348,14.) † εἴσκω & ἰσκῶ: imperfect. ἴσκον, ἴσκες,
ἴσκε. — ἴσκε, *sciebam, as, at*. A futuro εἴσω, aor. prim. εἶσα: medius
ἐεισάμην. — εἰσάμην, & poëticè (298,15.) ἐεισάμην, *visus sum*, vel *similis sum*: Optat. εἰσαίμην: tertia persona εἴσαιτο: part. εἰσά-
8 μενος, & poëticè ἐεισάμενος, *visus, assimilatus*. 8 Hinc
ἰσόμενος. — 9 participium ἰσόμενος, *sciturus*. 9 Augmentum non recipit, sed ε mutatū fuit in οι, vt in πέποιθα à πείθω, 197,25.
Ab οἶδα, οἶδας, οἶδε. pluralis οἴδαμεν, οἴδατε, οἴδασι, *nouimus,*
10 *nostis, norunt*. 10 Vide 290,16. & 300,12. Sumitur ᾔδειν etiam pro ᾔδεσαν siue ᾔδεσαν, *sciebant*. sic ἦν (315,34.) pro ἦσαν, *erant*. Secunda persona ᾔδεις, Æolicè (315,35.) ᾔδεισθα,
ἦσθα. — & syncope ἦσθα, *noueras*. Pro tertia persona ᾔδει siue ᾔδεε
ἤιδε. ἠείδει. — Nonnus dixit ἤιδε, *sciebat, nouerat*: & Homerus ἠείδει.
ANNOTATIO. — [Nisi fortè cum Sylburgio dicere malis, ἤιδε ex εἶδε factum per dialysin & ectasin, vt ἤιε ex ᾖε.] in tertia duali
ἤστην. — ᾐδείστην, syncope ἤστην, *nouerant illi duo*: vbi δ mutatum
11 est in σ, vt in plurali ᾔδειμεν, ἦσμεν, ᾔδειτε, ἦστε, 365,28. 11 Vide 302,33. Poëtæ quoque in futuro primo pro εἰδήσω,
ἰδήσω. — dicunt ἰδήσω sine ε, & Doricè ἰδησῶ, vltima circumflexa. de huiusmodi Dorismo vide infrà in πίπτω. Atque Plu-
ἴδονται. — tarchus dixit in tertia plurali præsentis pass. ἴδονται, *videntur*, per ι: modò codex mendo careat. Ab ἴδον, ἴδες,
ἴδεσκε. — fit tertia Ionica (170,30.) ἴδεσκε, pro ἴδε, *vidit*. Huius
ἰδοῦ. ἰδού. — aoristus sec. med. ἰδόμην, ου, ετο: imperat. ἰδοῦ: at ἰδού, *ecce*, aduerbium: Opt. ἰδοίμην, οιο, οιτο: tertia plur. ἰδοιντο, & Io-
ἰδοίατο. — 12 nicè (190,16.) ἰδοίατο, *vidissent*: infin. ἰδέσθαι. 12 Ἰδεῖν, dia-
ἰδεν, ἰδῆν, ἰδέειν. — lectis valde variat: Doricè ἰδεν, 183,13. Æolicè & Doricè ἰδῆν, 183,15. Ionicè ἰδέειν, 183,16. rursus Doricè & Atticè
ἴδμεναι, ἴδμεν. — ἰδέμεναι, Ionicè ἰδέμεν, 182,15. & syncope ἴδμεναι, ἴδμεν, *vidisse, scire*. Ab ἰδεῖν cum σὺν, συνιδεῖν, *cognoscere, videre*: & part. συνιδὼν, *contuitus, qui vidit ac cognouit*: atque
13 Opt. συνίδοιμι, συνίδοις, συνίδοι, *intelligam, as, at*. 13 Vt πείθω, 224,35. & subiunctiuus εἰδῶ, *videam, cognoscam*.
εἰδῶ. εἰδῶ. εἴδομεν. — vt πιθῶ, 225,5. at εἰδῶ, εἰδῇς, (vnde & in prima plur. εἴδομεν, pro εἰδῶμεν, *sciamus*, 306,15.) est aoristus secundus
εἰπεῖν. — 14 ab εἶδον. 14 Ab inusitato ἔπω, quod sumit augmentum per ει, atque illud seruat in vtroque aoristo per omnes
Syracusiasmus siue Dorismus. — 15 modos, 302,15. & 286,25. 15 Nam Syracusani, qui & Dores, aoristum secundum imperatiui actiui, primo aor. eiusdem modi similem terminatione faciunt: vt
θίγον. — θίγον, pro θίγε, *tange*, à θίγω, *tãgo*: sic τύπον pro τύπε, 180,5.

16 Vt

[16] Vide 302, 7. & 14. Cæterùm εἰπὲ & εἰπὸν habent ac- 16
centum in vltima, cùm τύπε & τύπον habeant in penul-
tima: de qua re habes 305,37.

Ἐκέκραξα, *clamaui*, aoristus primus, à κεκράγω,
clamo. quandoque [1] præteritum fit præsens: à 1
[2] κράζω, *vociferor*. præteritum medium κέκραγα: 2
inde κεκράγω: Futurum, [3] κεκράξω: Aoristus, ἐκέ- 3
κραξα. A πείθω, *persuadeo*, præteritum med.
[4] πέποιθα: vnde [5] circumflexum πεποιθέω ῶ, *con-* 4.5
fido: à quo verbale πεποίθησις, *confidentia, fiducia*.

ἐκέκραξα. *A præterito fit præsens.* πεποιθῶ. πεποίθησις.

Γρηγορέω, *vigilo*: Præteritum medium [6] ἐγρήγορα: 6
vnde præsens ἐγρηγορῶ, *vigilo*.

ἐγρηγορῶ.

Ἔρομαι, *interrogo*: Futurum, ἐρήσομαι ab ἐρέομαι:
Aoristus secundus medius, ἠρόμην. nam εἰρό-
μην fit ab [7] εἴρομαι, *interrogo*. 7

ἐρήσομαι ab ἐρέομαι.

[8] Εὑρίσκω, *inuenio*: Futurum, εὑρήσω ab εὑρέω: 8
Aoristus primus passiuus, εὑρέθην.

εὑρίσκω ab εὑρέω.

[1] Id Est, à præterito medio formatur præsens, si- 1
gnificans idem quod primitiuum. Sic ab ἄρω, *apto, con-
gruo*, præteritum medium ἦρα, & Atticè duabus priori-
bus præsentis literis præfixis (vt dictum est 297, 25.)
ἄρηρα, ἄρηρας, ἄρηρεν: vnde præsens ἀρήρομαι, idem
quod ἄρω. [*Vnde frequẽs quoque est compositum* προσαρή-
ρομαι adapto, *apud Hesiodum Erg.* Γόμφοισιν πελάσας
προσαρήρεται ἱστοβοῆϊ. *Alias* ἀρήρομαι *est etiam* aratus sum,
ab ἀρόω, 297,25. & 217,35. *vnde particip.* ἀρηρομένη arata,
apud Hesych. & Suid.] A perfecto medio ἄρηρα, ducitur
plusquamperf. ἀρήρειν, ἀρήρεις, ἀρήρει, & cum altero augmẽ-
to (319,19.) ἠρήρειν, εις, ει, *compegeram, adaptaueram, as, at*:
part. ἀρηρὼς, ότος, & sine augmento, seruata tamen re-
duplicatione, ἀραρὼς, ότος, *compactus, aptatus*: sic & in
subiũctiuo ἀράρω, ἀράρῃς, ἀράρῃ, *congruero, is, it*, pro ἀρήρω,
ῃς, ῃ: atque in indicatiuo ἄραρα, ας, ε, pro ἄρηρα, *me ac-
commodaui, placui, isti, it*. [*ἀράρω est etiam præs. indic. ex
med. præt. ἄραρα natũ, suprà v. 5. inde enim apud Hom. est
ἄραρον, & ἀραρυῖαι apud Apollonium, Ionicè pro ἀραρυῖαι,
infrà in tractatu Antesignani in Inuestigatione præsentiũ.
nisi fortè hæc velis esse aor. 2. ab ἄρω, per anadiplasias-
mum, 172,17.*] Sic à θάλλω, *vireo, germino*, præteritũ med.
τέθηλα, 197,1. dicitur & τέθαλα, vnde part. τεθαλὼς, τεθα-
λυῖα, *virens, germinans*. Cæterùm è τέθηλα & transpositi-
lite

ἄρηρα. ἀρήρομαι. ANNOTATIO. ἠρήρειν. ἄραρα. ANNOTATIO. τεθαλυῖα.

τηλεθάω.
literis τήλεθα, fit præſens τηλεθάω, τηλεθάεις, τηλεθάει, idem
quod θάλλω: hinc part. τηλεθάων, οντος, ἡ τηλεθάουσα, craſi
τηλεθόωσα.
τηλεθῶσα & poëticè τηλεθόωσα, vt ἀντιόωσα, 220,37. Rurſus è τηλεθάω fit Barytonum τηλέθω, τὸ θάλλω. A ῥιγέω ῶ,
rigeo, algeo, exhorreo, futur. ῥιγήσω: aoriſt. prim. ἐρρίγησα,
ἐρρίγησας, ἐρρίγησε, ſine augmento ῥίγησεν, *obſtupuit*. perfect. ἐρρίγηκα: vnde medium (213,35.) ἔρριγα, *rigui*: à quo
præſens ἐρρίγω, τὸ ῥιγέω: ſubiunctiuus ἐρρίγω, ἐρρίγῃς, ἐρρίγῃ,
ἐρρίγῃσι.
& Ionicè (306,15.) ἐρρίγῃσι, *timeat*: part. ἐρρίγων, οντος, οιπ.

ἔκραγα.
2 [2] Huius fut. κράξω, 168,1. aoriſt. pri. ἔκραξα. In præterito
medio reperitur etiam ἔκραγα pro κέκραγα, *clamaui*, vt
ἐβλάκδυμαι pro βεβλάκδυμαι, 338,22. Cur præteriti medij
characteriſtica ſit γ, habes 197,8. ſic aoriſt. ſec. ἔκραγον.

κεκράξονται.
3 [3] Medium κεκράξομαι, *clamabo*: tertia plur. κεκράξονται, *clamabunt*. poteſt tamen cenſeri paulopoſtfuturum à κέκραγα
4 ζω, μ. ξω. [4] Vide 197, 25. pluſquamperfect. ἐπεποίθειν,

πεποίθεα.
ἐπέπιθμεν.
(Ionicè πεποίθεα) ἐπεποίθεις. ab huius prima plurali ἐπεποίθειμεν, ſunt qui per ſyncopen ducant † ἐπέπιθμεν, Il. β.
ſed penultima eſſet οι. alij ab aoriſto ſec. ἔπιθον, (178,11.)
quod Ionica reduplicatione (172, 17.) eſt πέπιθον, cui
præponunt aliud augmentum. ſed hoc fieri non ſolet:
quare malim compoſitum dicere ex ἐπὶ, & prima plurali aoriſti ſec. ἐπίθομεν, per ſyncopen τοῦ ο. inuenitur
enim compoſitum ἐπιπείθω: vnde in imperatiuo paſſ.

ἐπιπείθεο.
ἐπιπείθεο, *pare*, Ionicè (193,29.) pro ἐπιπείθου, vel pro ſimplici πείθου: & in ſubiunctiuo ἐπιπείθηται pro πείθηται, *pareat, audiens ſit*. Dicitur tamen in aoriſto ſec. πέπιθον

πέπιθον.
Ionicè pro ἔπιθον: vnde Optat. πεπίθοιμι, οις, οι: prima pluralis πεπίθοιμεν, *ſuaſiſſemus*. Hinc aliud quoq; verbum,

πεπίθοιμεν.
vtpote πεπιθέω, cuius fut. πεπιθήσω, *perſuadebo*. Ab aoriſto
ſec. ἔπιθον, medius ἐπιθόμην: Opt. πιθοίμην, οιο, οιτο: tertia

πιθοίατο.
πίθηται.
pluralis Ionica (190, 29.) πιθοίατο, *credant*, pro πίθοιντο:
ſubiunctiuus, πίθωμαι, πίθῃ, & Ionicè (186,23.) πίθηαι, *perſuaſus ſis*. [*Euſtathius & Etymologus* ἐπέπιθμεν (*Il.* β,

ANNOTATIO.
de ἐπέπιθμεν cõtra Anteſign.

καὶ δεξιαί, ἧς ἐπέπιθμεν) *factum tradunt non ex compoſito*
ἐπιπείθω, *vt vult Anteſignanus, ſed è ſimplici* πείθω, *Ionico
videlicet diplaſiaſmo, & ſyncope Æolica: qua de re vide
annotata in Inueſtigatione 2. Aoriſt. & Fut. 2. verborum
quæ habent Characteriſticam* γ, δ, π, μ, λ. *in tractatu* P.
ANTESIGNANI. *Sed diſſentiunt in expoſitione. Euſtathius*
enim à fine interpretatur ἐπείσαμεν, perſuaſimus, ſiue
mus, nos ipſos, & reliquos Græcos: *Etymologus autem neutraliter*, ἐπεπείσμεθα, crediderámus.] [5] Atque barytonum πείθω: prima pluralis πεποίθαμεν, *confidimus*. [6] Vide 213,35. & 238,8. Pluſquamperfectum [illegible]

5

6

[illegible]

augmentum non accipit,176,18. Particip. ἐγρηγορὼς, ότος:
& deposito augmento γρηγορὼς, *vigilans*. [7] Huius se- 7 γρηγορώς.
cunda persona εἴρῃ, & Ionicè (186,23.) εἴρεαι, *interrogas*: εἴρεαι.
in imperfecto εἰρόμην, εἴρου, Ionicè εἴρεο, *interrogabas*, & εἴρεο.
interroga: in imperatiuo,193,29. sic ab ἔρομαι impera-
tiuus Ionicus ἔρεο, & producta penultima εἴρεο, *interro-* εἴρεο.
ga.360,28. [8] Vide 310,37. & 348,14. & 365,11. A fut. εὑ- 8
ρήσω perfectum εὕρηκα, & Atticè (286,35.) ηὕρηκα. aorist. ηὕρηκα.
sec. εὗρον, infin. εὑρεῖν, Doricè & Atticè εὑρέμεναι, *inuenisse*. εὑρέμεναι.
aorist.sec.med. εὑρόμην, *nactus sum*: Optat. εὑροίμην, οιο,
οιτο: subiunct. εὕρωμαι, ῃ, ηται: infinit. εὑρέσθαι: part. εὑρό-
μενος, *nactus, assecutus, qui reperit*.

[1] Ἔχω, *habeo*: Futurum, [2] ἕξω, per ἕ aspiratum. 1. 2 ἔχω à σχέω, σχῆμι & ἴσχω.
Præteritum, ἔσχηκα: [3] Aoristus secundus, ἔσχον, à 3
σχέω. Imperatiuus σχές, [4] ἐπίσχες, *inhibe, differ*: 4 ἐπίσχες, πρόσχες, ab ἐπέχω, προσέχω & προέχω.
[5] πρόσχες, *intende, præoccupa*, à σχῆμι, vt σπές, *dic* vel 5
sequere, à σπῆμι: [6] φρές, *fer*, à φρῆμι, ad morem 6 σπές. φρές.
[7] θὲς à τίθημι. Aoristus sec. medius, [8] ἐσχόμην, 7. 8
[9] ἀνεσχόμην, *toleraui*. Imperatiuus, [10] σχοῦ, [11] ἀπό- 9 ἀπόσχου.
σχου, *abstine*: at [12] ἰσχόμην, *me reprimebam* seu *re-* 10 11
pressi, ab ἴσχω, *habeo, teneo*. Verbale, ἄσχετος, *intolera-* 12 ἄσχετος.
bilis, à σχῆμι. Preteritum passiuum, ἔσχεμαι, tertia
persona ἔσχεθ), σχετὸς, ἄσχετος: sic [13] verbale σχέσις, 13 σχέσις.
habitus, ab eodem. Aorist.pri.pass. [14] ἐσχέθην, si- 14
militer ab ἔσχεθ). sic illi aoristi quos notauimus
pag.308,4,7 & 9. ἀφέθην, ἡρέθην, ἐπανέθην, ἐῤῥέθην,
regulariter deduci possunt à passiuo perfecto
verborũ in μι. In summa: verbalia quæ lõgam Annotatio.
habent vocalem, proficiscuntur à circumfle-
xorũ præterito: contrà quæ breuem, à verbo
in μι. nam huius preteritum passiuum penul-
timam breuiat: vt σχῆμα, *figura, forma*, ab ἔσχημαι: σχῆμα.
σχέσις, *habitus*, ab ἔσχεμαι: [15] ἅλωσις, *captiuitas*, ἁλω- 15 σχέσις.
τὸς, *captiuus*, ab ἥλωμαι, *captus sum*: δόσις, *datio*, à 16
[16] δέδομαι, *datus sum*: & ita in reliquis.

[17] Ἕω, *induo* vel *colloco*, augetur per ει. Præte- 17 ἕω.
ritum passiuum, εἷμαι: Plusquamperfect. εἵμην:
Participium, εἱμένος. Aoristus primus, εἷσα:

Par

εἷμαι. ἱμάτιον. ἰστέον. ἰτέον.

Participium ἑσας. Verbale, εἷμα εἵματος, *vestis*,
augmentum seruat: vnde ἱμάτιον, *vestimentum*,
18 ablato ε: [18] sic ἰστέον, *sciendum*, ab εἴδω, *scio*:
[18] ἰτέον, *eundum*, ab εἶμι, *eo*.

ἐχέμεν. ἔχον.

1 [1] Hvivs Infinitiuus ἔχειν, Atticè & Doricè ἐχέμεναι,
Ionicè ἐχέμεν, *habere, tenere*. Imperfect. εἶχον: augetur
enim per ει, 286,16. sine augmento ἔχον, ες, εν, *habebam*,
2 vel *habebant, as, at*. [2] Et medium ἕξομαι, *adhærebo*.
3 vide 304, 1. & 305, 1. [3] Vide 214,9. Hinc imperatiuus
σχὲ, *habe*: ἐπίσχε, *mane, subsiste*: subiunct. σχῶ: prima pluralis σχῶμεν. cum κατὰ, κατάσχωμεν, *contineamus*: infinit.
σχεῖν, Ionicè (182,6.) σχέμεν, *obtinuisse*: cum præpositione
Æolica ἀμπὶ (250,4.) ἀμπισχεῖν, *induere*. particip. σχὼν
σχόντος, *occupans, potitus*: σχόντες, *tenentes*. A σχέω, optatiui
præsens σχέοιμι σχοῖμι, & Atticè (214,14.) σχοίην, σχοίης,
σχοίη, *haberem, es, et*. A σχέω quoque ducitur futurũ σχήσω:
vnde medium σχήσομαι: infinit. σχήσεσθαι, *assecuturum esse*.
sic & composita, vt ἀνασχέω, τὸ ἀνέχω, μ. ἀνασχήσω, ἀνασχήσεις, ἀνασχήσει, *tollam, es, et*: ἀποσχέω, μ. ἀποσχήσω, εις, ει, *abstinebo, is, it*: ἐπισχέω, εις, ει, *inhibebo, is, it*: infinit. ἐπισχήσειν, *repres-*
4 *surum esse*. [4] Referendum ad ἐπέχω siue ad ἐπισχέω. hinc
etiam infinitiuus ἐπισχεῖν, *expectare*: & part. ἐπισχὼν, *expectans*: ἐπισχόντες, *differentes*. ab ἐπισχέω, in tertia singu-
5 lari subiunct. passiui ἐπισχέηται ἐπισχῆται, *inhibeat*. [5] Thema
est προέχω, vnde aor. secundus προέσχον, quasi à προσχέω,
medius προεσχόμην: tertia pluralis προέσχοντο, *prætendebant*:
participium actiuum προσχὼν, *prætendens* vel *præeminens*:
at προσσχὼν per duplex σ, *appellens*, à προσέχω: vnde aoristus secundus προσέσχον, προσέσχες, προσέσχεν, *appuli, isti, it*,
quasi à προσσχέω, quòd componatur è πρὸς & σχέω: tamē
hæc differentia passim confunditur, dum concurrit duplex σ ante χ. nam alterum abiicitur: vt incertum fiat
ad προέχω ne, an ad προσέχω huiusmodi tempus sit re-
6.7 ferendum. [6] Quære in φέρω. [7] Vide 235, 9. & 236,25.
8 [8] Optatiuus σχοίμην, σχοῖο, σχοῖτο, *continerem, es, et*: tertia
pluralis σχοῖντο, & Ionicè (190,16.) σχοίατο, *continerent*:
9 particip. σχόμενος, *qui tenuit*. [9] Et cum altero augmēto
ἠνεσχόμην, 290,6. Imperatiuus ἀνάσχου, & Ionicè (193,31.)
ἀνάσχεο, *fer patienter, patere*: Optat. ἀνασχοίμην, ἀνάσχοιο,
ἀνάσχοιτο, & poëticè ἄνσχοιτο, *toleraret*, 173,14. part. ἀνασχόμενος, *tolerans, attollens*. Aorist. sec. act. ἀνέσχον, *extuli
vel extulerunt*: part. ἀνασχὼν, όντος, *sustinens*. Hæc sunt
referenda ad ἀνέχω & ἀνέχομαι, vel ad ἀνασχέω. reperitur
etiā ἀνίσχω, *attollo, orior*: vnde in subiunct. ἀνίσχωσι, *eleuent*:
& par

σχὲ. ἐπίσχε. κατάσχωμεν. σχέμεν. σχοίην. προσχών. προσσχών. σχοίατο. ἀνάσχεο. ἄνσχοιτο.

& particip. ἀνίσχων, οντος: ἀνίσχοντες, *eleuantes*. Impera-
tiuus passiuus ἀνίσχου & Ionicè (193,31.) ἀνίσχεο, *te cōtine*. ἀνίσχεο.
Ionicè σχέο, *tene*. [11] In indicatiuo ἀπεσχόμην, *me con-* 10 σχέο.
tinui: subiunctiuus ἀπόσχωμαι, *abstinuerim*: particip. ἀπο- 11
σχόμενος, *abstinens*: & aoristus actiuus ἀπέσχον, ες, εν, *ab sti-*
nui, isti, it: infinitiuus ἀποσχεῖν: participium ἀποσχών, ab
ἀπέχω siue ἀποσχέω, quod & ἀπίσχω, *abstineo*. [12] Est im- 12
perfectum vel aoristus secundus vocis mediæ: hinc
cum præpositione Æolica ἀμπὶ (250,4.) ἠμπισχόμην, *in-* ἠμπισχόμην.
duebar: augetur initio vt ἠμπεχόμην ab ἀμπέχομαι, 338,25.
Ab ἴσχομαι imperatiuus ἴσχου, & Ionicè (93,31.) ἴσχεο, *con-* ἴσχεο.
tinere: participium ἰσχόμενος, *se reprimens*. [13] At alte- 13
rum verbale eiusdem formæ ἡ ἕξις, εως, *habitus*, ducitur ἕξις.
tanquam ab ἕξαι secunda persona perfecti passiui for-
mata ab ἔχω, cuius futurum ἕξω: perfect. † εἶχα. [Augetur
per ει, 285,16. & præsentis spiritum seruat, sicut etiam ANNOTATIO.
εἶχον: tenuatur enim prima propter sequētem aspiratam:
in ἕξαι, ἕξω, & similibus, quoniam secunda non est am-
plius aspirata, prima resumit spiritum quem in secundę
gratiam deposuerat, asperum videlicet. Idem fit in τρέχω
θρέξω, τρέφω θρέψω: sic à θάπτω fit τάφος, à θρύπτω τρύφος,
à θύπτω τύφος. sic etiam à nom. θρὶξ fit gen. τριχός.]
Pass. εἶγμαι, εἶξαι. sic à tertia εἶκται fit ἑκτέον, *habendum*, ἑκτέον.
261,18. cum ἀπὸ, ἀφεκτέον, *abstinendū est*, ab ἀπέχομαι, *ab-* ἀφεκτέον.
stineo: cum ἐν, ἐνεκτέον, *ferendum est*, ab ἐνέχω: verùm ἐνεκτέον.
referri debet ad φέρω, quod sumit quædam tempora, ab
ἐνέχω, vt suo loco dicetur. Ab eadem tertia persona
εἶκται fit aoristus primus ἔχθην: vnde participiū ἐχθεὶς,
ἐχθέντος, cum ἀνὰ, ἀνεχθέντες, *suscepti*. [Quod afferunt ANNOTATIO.
etiam vulg. lex. *pro retracti*. quo significato dicitur po-
tius ἀνενεχθέντος, ab ἀναφέρω refero. Ab ἔχω sanè perrarū
esse puto aor. 1. & actiuum & passiuum.] [14] Cum ἀνὰ, 14
ἠνεσχέθην, *sustinui*: augetur in principio & in medio, vt ἠνεσχέθην.
ἠνεσχόμην, de quo paulò antè numero 9. mentionem
fecimus. [15] Vide 338,3. [16] Vide 238,1. [17] De hoc 286, 15
21. & 30. & copiosè 344, 10. & 26. [18] De ἰστέον & ἰτέον 16
vide infrà inter ea verba quæ ab iota incipiunt. 17

Ἐλαύνω, *impello, agito, abigo*: futur. ἐλάσω, *abigam*, ab 18 *Appendix.*
ἐλάω: aor. prim. ἤλασα, ἤλασας, ἤλασε, sine augmento ἔλα- ἐλαύνω ab ἐλάω.
σα, ἔλασας, ἔλασεν, *exagitaui, isti, it*. pro ἤλασεν, Ionicè ἐλά-
σασκε, *exagitauit, impulit*, 170, 30. sic in imperfecto
ἐλάασκον, ες, ε, *ducebam, as, at*, pro ἤλαυνον, ες, εν, ab ἐλαύνω, ἐλάασκον.
siue pro ἤλαον, ἤλαες, ἤλαε, ab ἐλάω. vnde & in tertia persona
ἐλάει ἐλᾷ, & poëticè (220,21. & 23.) ἐλάᾳ siue ἐλάα, *cur-* ἐλάα.
sum init: sic & in infi. ἐλάειν ἐλᾶν, & poëticè ἐλάαν, *incitare*. ἐλάαν.
sed

sed redeamus ad aoristum primum ἤλασα: tertia plur.
ἔλασαν. ἤλασαν, sine augmento ἔλασαν, & syncope ἔλσαν, compulerunt:
ἔλσαν. ἔλσαι. sic in infin. ἔλσαι pro ἐλάσαι, & pleonasmo τοῦ ε, ἐέλ-
ἐέλσαι. σαι; (apud Hesych. est etiam ἐλλάσαι, gemino λλ, quod
ἐλλάσαι. exp. conclusisse, prohibuisse) particip. ἐλάσας, ἔλσας, pro
ἔλσας. fectus: item, feriens. in subiunctiuo ἐλάσω, ἐλάσῃς, currum
agitarim, is. aor. pri. med. ἠλασάμην: infi. ἐλάσασθαι, abegisse:
ἐλασσάμενος. particip. ἐλασάμενος, & poëticè geminato σ, ἐλασσάμε-
ἐλήλακα. νος, qui abegit. Perfectum ἤλακα, Atticè (297,25.) ἐλή-
λακα, expuli, abegi: plusquamperfect. ἐληλάκειν, εις, ει, promo-
ueram, as, at: tertia pluralis ἐληλάκεισαν & Atticè (300,11.)
ἐληλάκεσαν. ἐληλάκεσαν, eiecerant: particip. ἐληλακὼς, qui peruenit.
Perfect. pass. ἤλαμαι, σαι, ται, non asciscit σ, 311,24. (vnde
aorist. prim. ἠλάθην, eiectus sum: & particip. ἐλαθεὶς, trans-
ἐλήλαμαι. fixus) cum Attica reduplicatione ἐλήλαμαι, ἐλήλασαι, ἐλή-
λαται, ductus seu impulsus sum, es, est: part. ἐληλαμένος, pro-
ductus, inductus, submotus: plusquamperfect. ἐληλάμην,
ἐλήλατο. ἐλήλασο, ἐλήλατο, immissus, eram, eras, erat: & rursus cum
ἠλήλατο. temporali augmento (300,19.) ἠληλάμην, ἠλήλασο, ἠλή-
ἠλήλαντο. λατο: tertia pluralis ἠλήλαντο, discurrebant.

ἔρχομαι ab ἐ- Ἔρχομαι, venio, accedo: futurum med. ἐλεύσομαι, veniam:
λεύθω. particip. ἐλευσόμενος, venturus, ab ἐλεύθω, aoristus sec.
ἔλυθον, ἤλυθες, ἤλυθεν, & syncope ἦλθον, ες, ε, 3‥ 2,34. & 3‥
13. & 33. cum ἀπὸ ἀπῆλθον, pro quo Theocritus dic.
ἀπῆνθον. ἀπῆνθον, abij, discessi. Infinit. ἐλθεῖν, venisse, profectum ‥
ἐλθὲν, ἐλθεῖν, Doricè ἐλθεν, Æolicè & Dor. ἐλθῆν, Atticè & Dor. ‥
ἐλθέμεναι. μεναι, 182,16. particip. ἐλθὼν, gressus. Perfectum ‥
medium ἤλευθα, & Atticè (297,36.) ἐλήλυθα, ‥
plusquamperfect. ἐληλύθειν, ἐληλύθειν, 300,22.

Η

1 Ἦν δ᾽ ἐγὼ, inquam autem ego: ἦ δ᾽ [1] ὅς, inquit au-
ἦν δ᾽ ἐγώ. tem ille; dicta sunt per aphæresim à φημὶ, pro quo
ἦ δ᾽ ὅς.
2 ἦν, ἧς, ἧ. ἠμὶ, dico: [2] ἔφην, ἔφης, ἔφη, & φῆν, φῆς, φῆ; vnde ἦν,
ἧς, ἧ, dicebam, bas, bat, vel dixi, isti, it.

ἦσθα. Ἦσθα pro ἧς, eras, pagina 305, versu 35.

3 ἥσθην. Ἥσθην, lætatus sum: & [3] Optatiuus ἡσθείην, Ao-
ristus primus ab ἥδομαι, delector, lætor.

1 [1] ὍΣ est articulus postpositiuus pro Pronomine
2 ἔφην. demonstratiuo οὗτος vel ἐκεῖνος, 246, 37. [2] ἔφην est
imperfectum vel aoristus secundus, vt habes 328,5. & ‥
reiecto augmento Ionicè dicitur φῆν, & per aphæresim ‥
‥ abiectionem primæ literæ φ, ἦν, 328, 19. & ‥
3 [3] Infinitiuus ἡσθῆναι: cum ἐπὶ, ἐφησθῆναι, lætari: parti-
cipium ἡσθεὶς, delectatus, gauisus.

[1] Θάπτω, *ſepelio:* Futurum θάψω: Aoriſt. prim. 1 Θ θάπτω à τάφω.
ἔθαψα. Aoriſtus ſecundus paſſ. ἐτάφην, à τάφω.
[2] Θέλω vel [3] ἐθέλω, *volo*, tempora ſumit à [4] θε- 2.3 θέλω à θελέω.
λέω, vel ἐθελέω. Sunt autem plurima tum verba 4 ἐθέλω ab ἐθελέω. *Annotatio.*
tum nomina διττολογούμενα, hoc eſt, *quæ duplici-* διττολογούμενα.
ter dici poſſunt; ὀρὸς & ὀῤῥὸς, *ſerum lactis:* ἄτροφος,
† ἀτροφὴς, *non ſentiens alimentũ:* σαφὶς, ἀσαφὶς, *uua*
paſſa: μικρὸς, σμικρὸς, *paruus:* σπαίρω, ἀσπαίρω, *pal-*
pito: εὐθηνῶ, εὐθενῶ, *abundo:* [5] θρυλῶ, θρυλλῶ, *diuulgo:* 5
ναυαγῶ, ναυηγῶ, *naufragor, naufragium facio:* στήκω,
ἑστήκω, *permaneo:* [6] ἀλινδοῦμαι, καλινδοῦμαι, *volutor,* 6
verſor. Multa præterea ſunt vel Barytona vel *Multa vel barytona vel circumflexa.*
Circumflexa, [7] ῥίπτω, ῥιπτέω, *proycio:* κύω, κυέω, *ute-* 7
rum fero: [8] ἕλκω, ἑλκέω, *traho:* [9] εἴδω, εἰδέω, *video,* 8.9
ſcio: [10] δόκω (vnde δόξω) & δοκέω, *puto, cenſeo:* 10 δόξω.
[11] τρύχω & τρυχόω, *attero:* vnde τετρυχωμένος, *ex-* 11
tenuatus. [12] Alia & Barytona & Circumflexa & 12. *Quædam verba & Barytona & Circumflexa & in* μι.
in μι; εἴδω, εἰδέω, εἴδημι, *ſcio.* Alia in diuerſis
coniugationibus, [13] δυνάω, δυνάζω, *poſſum:* quo- 13 *Verba diuerſarũ cõiugationũ.*
rum omnium varietas legendis authoribus
eſt obſeruanda.

[14] Θνήσκω, *morior.* Fut. θανοῦμαι Aor. ſec. [15] ἔθα- 14 θνήσκω à θείνω,
νον, à θείνω. Præteritum, [16] τέθνηκα, à θνάω: & Io- 15 θνάω, τέθνημι & θνεω.
nicè τέθνηα, [17] vt βέβηκα, βέβαα, *iui.* Imperatiuus, 16 17 τέθναα.
[18] τέθναθι: Optatiuus: [19] τεθναίην: Infinitiuus, 18
[20] τεθνάναι: Participium, τεθνὰς, à τέθνημι præ- 19
ſenti, [21] quod reduplicatur per ε; vnde fit τε- 20 *Ionica reduplicatio per* ε.
θνᾶσι tertia pluralis, vt [22] ἱστᾶσι. quamquam 21 22
poteſt τεθνᾶσι dici præteritum pro τεθνάασι, per τεθνᾶσι
craſim; vt etiam infinitiuus τεθνᾶναι per ᾶ cir-
cumflexum, pro τεθναέναι. Participium autem
τεθνεὼς, à † θνεω, τέθνημι. [23] Præteritũ Bœoticum 23
τέθνηκα per κ, & Ionicè τέθνηα, τεθνηὼς, & ablato *η* τεθνηὼς.
[24] τεθνεὼς, pro quo poëtæ [25] τεθνηὼς, *mortuus.* 24 τεθνεὼς 25 τεθνηὼς

[1] VIDE 309,8. & 310,11. Huius perfect. paſſ. τέθαμμαι, τέθαψαι: part. τεθαμμένος, *ſepultus:* paulo poſt fut. τε- 1

2 θρέψομαι, ψῃ, ψεται, *mox sepeliar, eris, etur.* ² Vide 304,1.. & 350,26. Huius subiunctiuus θέλω, θέλῃς, θέλῃ, & Doricè
λῶ, λῇς, λῇ. — λῶ, λῇς, λῇ: poterimus tamen hæc deducere à λάω, in subiunctiuo λάω, λάῃς, λάῃ, crasi λῶ, λᾷς, λᾷ, & Doricè (215,9.)
λῶ, λῆς, λῆ. — λῶ, λῆς, λῆ, *velim, is, it.* ab eodem λάω, futur. λήσω, & Do-
λησῶ. ἔλησα. — ricè (170,7.) λησῶ: aoristus primus ἔλησα pro ἔλησσα, reiecta
3 futuri consonante. ³ In subiunctiuo ἐθέλω, ἐθέλῃς, &
ἐθέλησθα. — 4 Æolicè (315,35.) ἐθέλησθα, *velis.* ⁴ Fut. θελήσω: aor. primus
θελήσων. — ἐθέλησα: particip. θελήσας, θελήσασα, θελῆσαν, *volens.* In perfecto affirmant non dicendum πεθεληκέναι à θέλω, sed
ἠθεληκέναι. — ἠθεληκέναι ab ἐθέλω, cuius fut. ἐθελήσω, ἐθελήσεις, *cupiam, es.* reperitur tamen à πεθέληκα passiuum πεθέλημαι: prima
πεθελήμεθα. — plur. πεθελήμεθα, *voluimus*: aorist. prim. ἐθελήθην: vnde
θεληθέν. — 5 part. θεληθείς, neutrum θεληθέν, *quod placuit.* ⁵ Non raro
λ è dictionibus sublatum. — λ è dictionibus sublatum offendes, vt Ἀχιλλεύς, Ἀχιλεύς, *Achilles*: genitiuus Ionicus (143,21. & 154,37.) Ἀχιλῆος.
† θάλεσαν, *virentem*, pro θάλλουσαν, à θάλλω, *floreo.* sic in principio, λείβειν, εἴβειν, *libare*: λαιψηρός, αἰψηρός, *celer*: &
6 λαιψηρῶς, αἰψηρῶς, *celeriter.* ⁶ Dicimus pro eodem κυλινδοῦμαι, κυλίνδομαι, κυλίομαι, & εἰλινδοῦμαι. Primæ coniugationis Circumflexorum sunt ea verba quæ hîc à CLE-
7 NARDO recensentur, finita in ῶ & οῦμαι. ⁷ De his
8. 9 351,1. & 11. ⁸ Vide 286,18. ⁹ De his 377,28. ¹⁰ Vide
10 351, 38. ¹¹ Inuenitur quoque τεύω in eadem significa-
11 tione, vnde τετυγμένος, idem quod τετυχωμένος. ¹² Sic ex
φέρησι. — 12 φέρω, φερέω φέρημι, vnde † φέρησι, *fert*: βρίθω, βριθέω, βρί-
βρίθησι. — θημι, vnde βρίθησι, *oneratur, fructu grauatur*: ἀνέχω, ἀνεχέω,
ἀνέχησι. — ἀνέχημι, vnde ἀνέχησι, *sustinet.* [*Tria ista,* φέρησι, βρίθησι,

ANNOTATIO. — ἀνέχησι, *leguntur apud Homerum vno eodemque in loco, Od.* τ: *ac Indicatiua ostendunt sequentia verba* τίκτει *&* παρέχει. sic enim ibi, Εὐδικίας ἀνέχησι, φέρησι δὲ γαῖα μέλαινα Πυροὺς καὶ κριθὰς, βρίθησι δὲ δένδρεα καρπῷ. Τίκτει δ' ἔμπεδα μῆλα, θάλασσα δὲ παρέχει ἰχθῦς. *Eodem modo (vt Eustath. testatur) alibi dicit,* λαμπρὸν παμφαίνησι: *atque Odyss.* η, *quædam exemplaria habent,* Πείσεται ἅσσα οἱ αἶσα κατάκλωθές τε βαρεῖα. *Sunt autem (vt idem annotauit) hæc verba Rheginorum dialecti, qui, secundum Heraclidem, tertias singulares barytonorum, & circumflexorum primæ coniugationis, modo Indicatiuo, finiunt in* ησι. *nam pro* λέγει, φέρει, νοεῖ, φιλεῖ, *dicunt* λέγησι, φέρησι, νόησι, φίλησι. *vocaturque istud schema* Ἰβύκειον, *propterea quod Ibycus poëta plurimum hac lingua delectatus fuit. Hæc Eustathius. Sunt igitur ista vel tanquam è verbis in* μι, *vel* ει *versum Æolicè in* η, *(169,38. & accedit paragoge* σι, *velut in subiunctiuis: infrà in tractatu Antesign. de Inuestig. them.*

vbi rationem inueniendi thema præsentium verborum Barytonorum quæ propter dialectos variantur docet. sed in subiunctiuis η diphthongum est, vt λάχῃσι, λάβῃσι : in superioribus autem monophthongum.] [13] Vide 308, 1. 13
[14] Quære 347, 32. [15] Sine augmento θάνον, θάνες, θάνε: 14
cum κατ, κάτθανεν, & poëticè (173, 15.) κάτθανε, *mortuus est,* 15 κάτθανε.
obiit : Opt. θάνοιμι : subiunct. θάνω, θάνῃς, θάνῃ, cum κατὰ
poëticè κατθάνῃ pro καταθάνῃ, *moriatur* : infin. θανεῖν, κατ- κατθάνῃ.
θανεῖν pro καταθανεῖν, *mori*. pro θανεῖν Ionicè (183, 15.) θανέειν: κατθανεῖν.
particip. θανὼν, *mortuus*. Fut. sec. θανῶ, vnde medium θα- θανέειν.
νοῦμαι, *moriar*: infin. θανεῖσθαι, & Ionica dialysi (199, 39.) θα- θανέεσθαι.
νέεσθαι, *mori*: particip. θανούμενος, θανουμένη: hinc κατθανουμένη κατθανουμένη.
pro καταθανουμένη, *moritura*. [16] Plusquamperfect. ἐτεθνή- 16
κειν, *obieram* : particip. τεθνηκὼς, *extinctus*. [17] De hoc & 17
similibus 235, 35. [18] Tertia persona τεθνάτω, *interficiatur*. 18
[19] Tertia τεθναίη : cum κατ, κατατεθναίη, *moriatur*: in plur. 19
τεθναίημεν, τεθναίητε, τεθναίησαν, syncope τεθναῖμεν, τεθναῖτε, τεθναῖμεν.
τεθναῖεν, 365, 17. [20] Doricè (182, 9.) τεθνάμεναι, & Ionicè 20
τεθνάμεν. [21] Vide 328, 32. [22] De hoc 234, 11. [23] Vide 21 τεθνάμεν.
234, 23. & 235, 35. [24] Huius obliqui per ῶ circumflexum, 22 τεθνεὼς, τοῦ
τοῦ τεθνεῶτος, τῷ τεθνεῶτι, τοῖς τεθνεῶσι : & fœm. ἡ τεθνεῶσα, 23 τεθνεῶτος.
τῆς τεθνεώσης. quare magis placet vt sit dictum per epen- 24
thesim vocalis ε, pro contracto τεθνὼς, τοῦ τεθνῶτος, ab
Ionico τεθναὼς, τεθναῶτος: vt γεγαὼς, γεγαῶτος, per epen-
thesim τοῦ α, pro contracto γεγὼς, γεγῶτος: & ἑστεὼς, ῶτος,
epenthesi τοῦ ε, pro ἑστὼς, ῶτος: de quibus 237, 20. [25] Vide 25
237, 11. vel dic inesse poëticam ectasim.

Θοάω, *incito, acuo*: aor. prim. ἐθόωσα, *excitaui, acui*: infin. θοῶσαι, *acuere, nitidum reddere,* † quasi à θοόω, μ. ώσω. — *Appendix.* θοάω à θοόω.

ANNOTATIO.

Sed nescio quomodo respuat θοόω, quum id regulariter à θοὸς descendat, vt θεόω à θεὸς (217, 32.) nec verbi θοάω, quod in vulg. Lex. exponitur *incito, sedeo, moueo,* vlla proferantur exempla. forsan eius statuendi occasionē sumpserunt ex aoristo θόασε. verum is est à θοάζω, quo Sophocles vtitur pro *sedeo*, teste Suida : agnoscitque illud θοάζειν etiam Hesychius, varias ei significationes tribuens, actiuas pariter & neutras, *perficere, turbare, festinare, currere, salire, sedere*. apud Homerum autem Il. ι, Eustath. mauult, λιπὼν ἕδος ἔνθα θάασσεν, *relicta sede vbi sedebat* : & Il. ο, λίπε δὲ θρόνον ἔνθα θάασσεν, à them. θαάσσω, à quo Od. γ est, θεῶν ἐν δαιτὶ θαασσέμεν.

[1] ἴδμεν pro ἴσμεν, *scimus*, more Dorico; vt 1 — 1 ἴδμεν. Doricum
vt ὀσμὴ, ὀδμὴ, *odor, olfactus*.

ἱκνέομαι ab ἵκομαι.

ἀφῖγμαι.

ἀφικόμην.

2 Ἱκνοῦμαι, *peruenio*. Futurum, [2] ἵξομαι: Aoristus
3. 4 sec. med. [3] ἱκόμην, ab ἵκομαι. Sic [4] ἀφικνοῦμαι, *ve-*
5 *nio, peruenio*: Præteritum passiuum, [5] ἀφῖγμαι:
6 Aoristus secundus medius, [6] ἀφικόμην.

ἵπταμαι à πτάω, πτέω & ἵπτημι.

α in ε.

7.8 [7] Ἵπταμαι, *volo, as*. Fut. [8] πτήσομαι. Aoristus se-
9 cund. [9] ἔπτην: medius [10] ἐπτάμην: Part. πτάμενος
10 ἀποπτάμενος, *auolans*: Infinitiuus [11] πτάσθαι, &
11 verso in ε dicitur [12] πτέσθαι, ἀποπτέσθαι, *deuolasse.*

Quædam verba sunt vel primæ vel secundæ coniug. circumflexorum, & in μι.

12 Quamquam sunt quædam vel primæ vel se-
cundæ coniugationis; vt τέθνημι, *morior*, à θνέω
vel θνάω: ita fuerit πτῶσι à πτάω, ἵπτημι: at πτέω
13 à πτέω, ἵπτημι. sic composita [13] ἀφίπταμαι, auolo.
14 [14] καθίπταμαι, *deuolo*. Præterit. pass. [15] πέπταμαι,
15 vel ab ἵπτημι, vel à πτῆμι. multa enim nunc re-

Annotatio de reduplicatione.

duplicatione sunt affecta, nunc carent: πτῆμι,
16 ἵπτημι: [16] τλῆμι, τέτλημι, *tolero*; & consimilia.

ἰστέον & εἰστέον.

17 [17] Ἰστέον, *sciendum*, ab εἴδω, *scio*. Præt. pass. εἶσμαι,
εἶσαι, εἶσται: verbale εἰστέον: at ἰστέον dicitur reiecto
18 ε, vt [18] ἱμάτιον, *vestimentum*, sine diphthongo:
cùm tamen fiat ab εἷμα, εἵματος, *vestis*.

ἰτέον, ἰτητέον.

θέμα, θέσις, ἄφεσις.

18 [18] Ἰτέον, & pleonasmo ἰτητέον, *eundum*, ab εἶμι,
vado. Præteritum actiuum esset εἶκα: passiuum:
εἶμαι, εἶσαι, εἶται: vnde εἰτέον, & ε sublato, ἰτέον, vt
fit in ἰστέον & ἴστωρ. Contrà fit in θέμα, θέσις, *po-*
sitio: ἄφεσις, *remissio*: & huiusmodi. siquidem fa-
ctum est θέμα à preterito passiuo τέθειμαι, vnde
regulariter deduceretur θεῖμα: sed dicitur θέ-
μα, reiecta subiunctiua. aut habenda est ratio
legitimi præteriti, neglectis Bœotis; quo mo-
mo diceremus τίθημι: perfectum, τέθεικα: pas-
siuum, τέθεμαι, corripiendo penultimam: vnde
θέμα, θέσις. & ἵημι, *mitto*: perfectum: ἧκα: pas-
siuum, ἕμαι, ἄφεμαι, *dimissus sum*: vnde ἄφεσις: &
ita in cæteris.

1. 2 [1] D. r. Hoc quoque 365. 32. & 369, 18. [2] Compositum
cum ἀπὸ, ἀφίξομαι, *perueniam*. tertia plur. ξο[illegible]

pro ἵξονται, legitur ἵσονται, *ibunt*, ξ in σ mutato. [*Verum* ἵσονται.
in eundi significatione scribendum potius ἱσονται, *vt apud* ANNOTATIO.
Hesych. est, expositum itidem προσίσονται, *ab* ἴω *nam* ἱσονται)
verius significat ἱδρύσονται, *ab* ἵζω colloco vel sedeo.] A
futuro ἵξομαι fit præsens ἵξω, (332,17.) imperfectum ἷξον, ἷξον.
quo Bœoti vtuntur pro ἷκον, *iuerunt, venerunt* : alij ma-
lunt esse ipsum ἷκον, κ in ξ Bœoticè mutato. sic ἐίξασι ἐίξασι.
(de quo 299,26.) non pro εἴξασι, vt quidam volunt; sed
pro ἐοίκασι, *similes sunt* : præteritum ab ἔικω. [3] Tertia 3
dualis ἱκέσθων, *venerunt*: & tertia plur. ἱκέσθω. Imperatiuus
ἱκοῦ (at præsens ἵκου, & Ionicè ἵκεο, *veni*, 193,29. ab ἵκομαι) ἵκεο.
Opt. ἱκοίμην, Doricè ἱκοίμαν, 118,40. subiunctiuus ἵκωμαι,
ἵκῃ, & Ionicè (186,24.) ἵκηαι, *venias*: cum ἀπὸ, ἀφίκηαι, *per-* ἵκηαι.
ueneris: tertia persona, ἵκηται, ἀφίκηται: infinit. ἱκέσθαι: part. ἀφίκηαι.
ἱκόμενος, syncope ἵκμενος, *fluens* : sunt qui spiritu tenui ἱκμενος.
efferant ἴκμενος. [4] Iones dicunt ἀπικνέομαι, 118,30. & 35. 4 ἴκμενος.
[5] Hinc infinit. ἀφῖχθαι, *deuenisse*. Vt ἀφῖγμαι, ita simplex 5 ἀπικνέομαι.
ἷγμαι, vnde part. ἱγμένος, *profectus*. [6] Participium ἀφι- 6
κόμενος, & Ionicè (118,30.) ἀπικόμενος, *progressus*. [7] ἵπτα- 7 ἀπικόμενος.
μαι, ἵπτασαι, ἵπταται, vt ἵσαμαι, (227,15.) est secundæ con-
iugationis verborũ in μι, pro πίπταμαι, à πτάω : spiritum
asperum pro π obtinuit, vt ἵημι. huius imperfectum
ἱπτάμην, ἵπτω, 239,33. [8] Et poëticè seruata reduplicatio- 8
ne (228,11.) ἱπτήσομαι. Actiuum quoque πτήσω reperitur: ἱπτήσομαι.
hinc aoristus primus ἔπτησα : particip. πτήσας, cum διὰ,
διαπτήσας, αντος, *peruolans* : at διαπτήσαντες λεπτὰ, *per*
tenue cribrũ transmittentes, à διαπτάω. *percribro*. [9] Cum 9
διὰ διέπτην, *transuolaui*. Optat. πταίην, *volem*: διαπταίην,
peruolem : infin. πτῆναι, *volare* : cum ἀνὰ, ἀναπτῆναι, *reuo-*
lare, subuolare: part. πτὰς, ἡ πτᾶσα, *volans*: διαπτὰς, τοῦ δια-
πτάντος, *transuolans*. [10] Doricè (118,40.) ἐπτάμαν : cum 10
ἀνὰ, ἀνεπτάμαν, pro ἀνεπτάμην, *sursum volaui* : tertia per- ἀνεπτάμαν.
sona ἔπτατο, sine augmento πτάτο, *volauit* : seu *volabat*, πτάτο.
vt sit imperfectum pro ἵπτατο, abiecta quoque redupli-
catione : vel quasi à πτῆμι, passiuum πτάμαι, imperfect.
ἐπτάμην, ἔπτασο, ἔπτατο, & deposito augmento πτάτο. In
Optatiuo pro πταίμην, πταῖο, πταῖτο, reperitur † πτείμην,
πτεῖο, πτεῖτο, *volem, es, et* : hinc cum ἀνὰ, ἀναπτεῖτο, *subuo-* πτεῖτο.
let, tanquam à πτέω vel πτάω, cuius aorist. secund. esset ἀνάπτειτο.
ἔπτην, medius ἐπτέμην : vnde πτείμην, vt θείμην, θεῖο, θεῖτο,
pro θείμην, θέιο, θεῖτο, 226,16. [*πτείμην & compos.* ἀνά- ANNOTATIO.
πτειτο, *possunt etiam à* πέτομαι *deduci per syncopen : iti-*
demque infin. πτέσθαι, *& particip.* πτάμενος.] [11] Hinc com- 11
posita ἀναπτάσθαι, *subuolare*: διαπτάσθαι, *trãsuolare*. [12] Cum 12
ἀνὰ, ἀναπτάσθαι, *reuolasse*. [13] Participium ἀφικόμενος : fut. 13

medium ἀποπλήσομαι, & poëticè seruata reduplicatione,
ἀφιπλήσομαι. — ἀφιπλήσομαι aorist. secundus ἀπέπτην: medius ἀπεπλάμην:
14 particip. ἀποπτάμενος, de quo paulò antè. [14] Futur. medium καταπλήσομαι, καταπλήσῃ, καταπλήσεται, deuolabo, is, it: aorist. sec. κατέπτην: subiunctiuus καταπλῶ, καταπλῇς, κα-
15 πλῇ, deuolauero, is, it: part. καταπλὰς, αντος, deuolans.
16 [15] De hoc 286,10. [16] Vide 328,35. [17] De ἰστέον, ἰμάτιον,
17 & ἰτέον, habes quoque 382, 2.

K

καθεδοῦμαι. — 1.2 [1] Καθέζομαι, sedeo: Futur. secund. med. [2] καθεδοῦμαι. cur autem per δ scribatur, dictum est in
3 [3] pagina 178, vers. 20. & pag. 197, v. 11. & 14.

καθήσομαι. — Κάθημαι, sedeo: Futurum, καθήσομαι: de hoc pagina 324, versu 6.

1 [1] IMPERFECTO Ἐκαθεζόμην præpositio capit augmentum, vt καθεύδω, (289,34.) ἐκάθευδεν, quod & in

καθεῦδον. — sine augmento καθεῦδον. non enim plus significat quàm simplex ἕζομαι, sedeo: cuius quoque futur. secund. med. ἐδοῦμαι, ἐδῇ, ἐδεῖται: & actiuum ἐδῶ ab ἕζω, fut. ἕσω: medium ἕσομαι: infin. ἕσεσθαι, poëticè geminato σ, ἕσσεσθαι:

ἐφέσσεσθαι. ἑσδώμεθα. — cum ἐπὶ, ἐφέσσεσθαι, insidere, collocare. Pro ἕζομαι Dores dicunt ἕσδομαι, 4,11. vnde in subiunctiuo ἑσδώμεθα, sedea-
2 mus. [2] Infinitiuus κατεδεῖσθαι, mansurum esse: part. κα-
3 τεδούμενος, sessurus. [3] Ibi enim ait verba quartæ coniugationis, quæ sequuntur tertiam, habere Characteristicam δ in aoristis secundis, futuris secundis, & præterito perfecto ac plusquamperfecto vocis mediæ.

Appendix. καλέεσκε. κάλουν. — Καλέω, voco. Imperfect. ἐκάλεον, ἐκάλεες: vnde tertia Ionica (170,30.) καλέεσκε pro ἐκάλει, vocabat: tertia plur. ἐκάλεον ἐκάλουν, & deposito augmento κάλουν, vocabant: in tertia plurali imperfecti passiui ἐκαλέοντο ἐκαλοῦντο,

καλεῦντο. — reiecto augmento & Doricè ου in ευ verso (119,9. & 220,8.) καλεῦντο, vocabãtur. Fut. καλέσω vel καλήσω. 213,32.

κέκληκα. — Præterit. κεκάληκα, & syncope κέκληκα: cum ἐν, ἐγκέκληκα, criminatus sum: & futur. ἐγκαλέσω, criminabor. A κέκληκα

ἐκκλησία. κλητέος. κλητός. κλητικός. κλητεύειν. κεκλήατο. κεκλήαται. κεκλέαται. — passiuum κέκλημαι, κέκλησαι: vnde cum præpositione ἐκ, reiecto augmento, fit verbale ἐκκλησία, ecclesia, conuocatio, cœtus. sic à tertia persona κέκληται ducuntur κλητέος, vocandus; & κλητός, vocatus: vnde rursus possessiuum κλητικός, vocatiuus; & verbum κλητεύειν, in ius vocare. Plusquamperfect. ἐκεκλήμην, ἐκέκλησο, ἐκέκλητο: vnde reiecto ε, fit tertia plur. Ionica & poëtica (190,16. & 33.) κεκλήατο, vocati erant, pro ἐκέκληντο: sic tertia perfecti κεκλήαται & κεκλέαται pro κέκληνται, vocati sunt.

aoristus

aoristus prim. ἐκλήθην : part. κληθεὶς, *vocatus, inuitatus.*
Aorist. sec. actiuus ἔκαλον : imperat. κάλε, & poëticè Syra-
cusio more κάλον, 180, 6. & 378, 42. & 377, 38. cũ ἀνὰ, ἀνά-
καλον, & poëticè (173, 14. & 36.) ἄγκαλον, *reuoca.* Futur. ἄγκαλον.
sec. καλῶ, quo Attici pro καλέσω vtuntur.

Κλάζω, *resono, clango.* Futur. κλάγξω, & poëticè κε- κλάζω à κλάγγω.
κλάγξω, *latrabo,* 172, 16. perfect. κέκλαγχα : aorist. prim.
ἔκλαγξα : tertia plur. ἔκλαγξαν : particip. κλάγξας, *vocife-*
ratus, à κλάγγω. aorist. sec. ἔκλαγον : at præt. medium κέ-
κληγα, pro κέκλαγα : (197, 28.) vnde participium κεκληγὼς,
ότος : ἡ κεκληγυῖα, τῆς κεκληγυίας, & Ionicè (121, 3.) κε-
κληγυίην, *clangens, entis.* Homerus dixit in masculino
plurali οἱ κεκλήγοντες pro κεκληγότες, *clangentes, latrantes:* οἱ κεκλήγοντες.
vel dicemus à præterito medio κέκληγα fieri præsens
κεκλήγω, vnde participium præsens κεκλήγων, οντος, in
plurali οἱ κεκλήγοντες. Vide 379, 6.

Κραίνω, *perficio* : futur. κρανῶ, 157, 32. medium κρανοῦ- Κραίνω à κραι-
μαι, 198, 17. & 199, 25. infin. κρανέεσθαι, & dialysi Ionica αίνω.
(199, 39.) κρανέεσθαι, *absolutum iri.* Aorist. prim. actiuus κρανέεσθαι.
ἔκρανα, Atticè ἔκρηνα, 177, 3. imperat. κρῆνον, quod &
κρήηνον, κρηηνάτω, *perfice, iat* : secunda plur. κρηήνατε, *per-* κρήηνον.
ficite, tanquam à κραιαίνω ; mutato priori αι in η, pro
κραίηνον, κραιήνατε. dicitur & κρήανον, & vtroque αι, re- κρήανον.
iecto ι.

Λ

[1] Λαγχάνω, *sortior* : λαμβάνω, *sumo* : λανθάνω, *lateo* : 1 λαγχάνω.
μανθάνω, *disco,* tempora sumunt à [2] λήχω, [3] λήβω, 2. 3 λαμβάνω.
[4] λήθω, [5] μαθέω. 4. 5 λανθάνω.

[1] HAEC Est veluti quædam exceptio regulæ de fi- 1 μανθάνω.
nitis in άνω, quam assignauit 336, 31. lege quæ in eum
locum annotauimus. [2] Futur. λήξω : perfect. λέληχα & 2 λαγχάνω à λήχω.
Atticè (298, 23.) εἴληχα, *sortitus sum.* Aorist. sec. ἔλαχον εἴληχα.
(cum διὰ, διέλαχον, *sortitus sum*) & poëticè ἔλλαχον, 297, ἔλλαχον.
14.) Optatiuus λάχοιμι, λάχοις, λάχοι, & Attica formatione
λαχοίην, λαχοίης, λαχοίη, vt ποιοίην, pro ποιοῖμι, 214, 14. λαχοίην.
dicitur etiam poëticè (172, 17.) λελάχοιμι : sic in sub- λελάχοιμι.
iunctiuo λελάχω pro λάχω, *sortitus fuero* : tertia plur. λε-
λάχωσι, *sortiti fuerint* : infin. λαχεῖν : (hinc διαλαχεῖν, *sor-* λελάχωσι.
titum esse) particip. λαχὼν, *sortitus.* sumit quoque à κλη- à κληρόομαι.
ρόομαι, fut. medium κληρώσομαι, *sortiar* : & perfect. pass.
κεκλήρωμαι, ωσαι, ωται : hinc infinit. κεκληρῶσθαι, *sortitò ac-*
cepisse : part. κεκληρωμένος, *sorte electus.* aor. prim. ἐκλη-
ρώθην. part. κληρωθείς. Præteritum med. λέλογχα, *sortitus*
sum, quasi à λείχω, 197, 22. vel à λογχέω, 213, 35. [3] A λήβω, 3 à λείχω vel
fut. λήψω : med. λήψομαι, λήψῃ & Doricè (118, 40. & 119, 9. λογχέω.

λαψοῦμαι: λαψεῦμαι: λαψῆ. εἴληφα.

atque 170,6.) λαψοῦμαι siue λαψεῦμαι, λαψῆ, *sumam, sumes*. Perfect. actiuum λέληφα, & Atticè (298,23.) εἴληφα: vnde infin. εἰληφέναι: (cum σὺν, συνειληφέναι, *concepisse*.) part. εἰληφὼς, *qui cepit*: hinc συνειληφώς: ἡ συνειληφυῖα, *quæ concepit*. Perfectū passiuum λέλημμαι & εἴλημμαι, *captus sum*: εἴληπται, *assumptus est*: part. λελημμένος & εἰλημμένος, *deprehensus*: συνειλημμένος, *comprehensus, captus*: aoristus primus ἐλήφθην: infinitiuus ληφθῆναι, *captum esse*: participium ληφθεὶς, *captus*: cum ἀπὸ in nominatiuo plurali ἀποληφθέντες, & Doricè (118,40.) ἀπολαφθέντες, *interclusi*: sic in part. perfecto ἀπολελαμμένος pro ἀπολελημμένος, *interclusus*. † ab aoristo primo ἐλήφθην, ἐλήφθης, fit fut. prim. ληφθήσομαι, *capiar*. Aorist. secund. act. (178,4.) ἔλαβον, ἔλαβες: hinc tertia Ionica (17[illegible]) λάβεσκε, *sumpsit*, pro ἔλαβε: pro ἔλαβε quoque poëtæ dicūt ἔλλαβε, 297,14. Imperat. λάβε, & Atticè λαβέ, [illegible] subiunct. λάβω, λάβῃς, λάβῃ, & Ionicè (306,14.) λάβῃσι, *capiat*. infi. λαβεῖν, Doricè (119,5.) λαβῆν, & Æolicè (119,4[illegible]) λάβεν: particip. λαβὼν, *nactus*. Aoristus secundus medius ἐλαβόμην, ἐλάβου, ἐλάβετο, & poëticè (297,14.) ἐλλάβετο: pro ἐλαβόμην dicunt etiā poëtæ (172,17.) λελαβόμην: hinc in infinitiuo λελαβέσθαι pro λαβέσθαι, *cepisse*. part. λαβόμενος, *qui*

λάβεσκε. ἔλλαβε. λάβῃσι. λαβῆν. λάβεν. ἐλλάβετο. λελαβέσθαι.

4 *cepit*. ⁴ Futurum λήσω: medium λήσομαι, λήσῃ, λήσεται, *latebo, is, it*, seu *obliuiscar*: particip. λησόμενος. Perfectum pass. λέλησμαι, λέλησαι, λέλησται, *oblitus sum, es, est*: infinit. λελῆσθαι, *oblitum esse*: particip. λελησμένος, *oblitus*; pro quo Doricè η in α mutato (118,26.) inuenitur λελασμένος à λάθομαι pro λήθομαι: vnde & λάθεται pro λήθεται, *immemor est*: in prima plurali perfecti λελάσμεθα pro λελήσμεθα, *obliti sumus*: & aoristus primus ἐλάσθην: infinitiuus λασθῆναι, & Ionicè (182,6.) λασθήμεναι pro λησθῆναι, *oblitum esse*. Aoristus secundus act. ἔλαθον, ἔλαθες, ἔλαθεν, & poëticè (172,17.) λέλαθον, ες, ε, *latui, isti, it*: Optat. λάθοιμι, λάθοις, λάθοι: subiunct. λάθω: infin. λαθεῖν: part. λαθὼν, όντος, *qui latuit*. Aoristus secundus medius ἐλαθόμην, & poëticè quoque λελαθόμην: vnde in Optat. λελάθοιτο, pro λάθοιτο, *oblitus fuerit*: & infinit. λελαθέσθαι pro λαθέσθαι, *obliuisci*. Rursus pro ἐλαθόμην, ου, ετο, Iones reiecto augmento & verso α in η, ληθόμην, λήθεο, λήθετο: nisi malis imperfectum esse à λήθομαι. Perfectum medium λέληθα, ας, ε, *latui, isti, it*: plusquamperfect. ἐλελήθειν, εις, ει, & Ionicè (3[illegible]) ἐλελήθεα, ἐλελήθεας, ἐλελήθεε, *oblitus eram, as, at*: tertia plur. ἐλελήθεισαν, & Atticè (300,13.) ἐλελήθεσαν, *obliti fuerant*: particip. λεληθὼς, ότος: hinc aduerbium λεληθότως, *latenter, sensim*. ⁵ De hoc 337,17.

λελασμένος. λάθεται. λελάσμεθα. λασθήμεναι. λέλαθον. λελάθοιτο. λελαθέσθαι. λήθετο. ἐλελήθεε. ἐλελήθεσαν.

5

¹ Οἴομαι

[1] Οἴομαι, & syncope οἶμαι, *puto*: Imperf.[2] ᾤμην. 1. 2
Futurum,[3] οἰήσομαι: Aoristus,[4] ᾠήθην, ab οἰέομαι. 3. 4

οἶμαι. ᾤμην.
οἰήσομαι. ᾠήθην.

Οἶσθα, *nosti*, ab [5] εἴδω, *scio*: præteritũ medium, 5
οἶδα: secũda persona οἶδας, Æolicè οἶδασθα, deinde per syncopen οἶσθα. Est auté pleonasmus θα familiaris personæ in σ, [6] εἶσθα, *is vel ibis*: [7] ἦσθα, 6. 7
eras: [8] παρῆσθα, *aderas vel adfuisti, interfuisti*: [7] ἔφησθα, *dicebas vel dixisti*: [9] ἐπεξίησθα, *eruperis*: [10] πίησθα, 8. 7
biberis: [11] ᾔδησθα vel ᾔδηθα per η, *noueras*. 9 10

οἶσθα.
θα *adiectio Æolica.*

Οἷός τε pro οἷος, *qualis, potis, possibilis*: vt ἐφ' ᾧ τε, pro ἐφ' ᾧ, *ob quod*. nam Ionicè abundat particula τε. 11

οἷός τε. ἐφ' ᾧ τε.
τε *Ionicè abundat.*

Ομνύω & [12] ὄμνυμι, *iuro*. Futurum,[13] ὀμόσω ab ὀμόω: Præteritum Atticum, ὀμώμοκα. 12 13

ὀμνύω ab ὀμόω.
ὀμώμοκα.

Οὐθὲν pro [14] οὐδὲν, *nihil, nullum*, † Doricum est, 14
vt [15] ἐξουθενῶ pro ἐξουδενῶ, *pro nihilo habeo, sperno*. 15

οὐθέν.
ἐξουθενῶ.
θ *pro* δ *Doricè.*

[16] Οφείλω, *debeo*. Futurum, ὀφειλήσω, ab ὀφειλέω, 16
syncope autem ὄφλω: Futurum, [17] ὀφλήσω: Præteritum, [18] ὤφληκα: Aoristus primus, ὤφλησα: 17 18
Aoristus secundus,[19] ὦφλον. 19

ὀφείλω & syncope ὄφλω ab ὀφειλέω & ὀφλέω.

[1] Vide 306, 34. & 307, 1. [2] Et absque syncope 1. 2
ᾠόμην, ᾤου, ᾤετο: tertia pluralis ᾤοντο. [3] Hinc aoristus pri- 3
mus med. ᾠησάμην, ᾠήσω, ᾠήσατο, facta syncope & reiecto
augmento † οἴσατο, & rursus soluta diphthongo & geminato σ, ὀίσσατο, *putauit*: sic part. ὀισσάμενος, *ratus*: sic
& presens ὀίομαι, & participium ὀιόμενος. [4] Perfectum, 4
ᾤημαι, ᾤησαι, ᾤηται: vnde ᾠήθην, ᾠήθης, ᾠήθη: tertia plur.
ᾠήθησαν, *putauerunt, arbitrati sunt*: infin. οἰηθῆναι, *putasse*.
[5] Vide 377, 29. [6] Quære 318, 38. [7] De ἦσθα & ἔφησθα 5. 6
habes 315, 35. [8] Componitur ex παρὰ & ἦσθα. [9] Vide 7. 8
319, 9. [10] Est aoristi secundi subiunctiui à πίνω, *bibo*: 9
sed quasi à πίω, vnde aoristus secund. ἔπιον, vt suo loco 10
dicetur. [11] Secunda persona plusquamperfecti ab εἴδω, 11
37 7, 32. Penultima verò in ᾔδησθα scribitur per η pro ει,
quadam analogia ad primam personam Atticam ᾔδη,
quæ per η quoque scribitur, vt habes 3 o o, 12. [12] Ab 12
ὄμνυμι, ὄμνυς, ὄμνυσι, imperfect. ὤμνυν, ὤμνυς: cum ἀπὸ,
ἀπώμνυς, & poëticè seruato ο præpositionis ἀπὸ (172, 30.)
ἀπόμνυς, *deierabas*: imperat. ὄμνυθι, & apocope ὄμνυ, vt
ra: sic δαίνυ, pro δαίνυθι, *præbe conuiuium*, à δαίνυμι

ᾠόμην.
οἴσατο.
ὀίσσατο.
ὀισσάμενος.
ὀίομαι.
παρῆσθα.
πίησθα.
ᾔδησθα.
ἀπόμνυς.
ὄμνυ. δαίνυ.

infinit. ὀμνυύαι, *iurare* : particip. ὀμνὺς, ύντος· ὀμνυῶντες, *iu-*
rantes. Ab ὀμνύω, imperfectum ὤμνυον, ὤμνυες, ὤμνυεν, ac
cipitur pro aoristo secundo, id est, *iureiurãdo me astrin-*
ὀμῦμαι. ὀμεῖ. 13 *xi, isti, it.* [13] Poëticè ὀμοῦμαι, ὀμῇ, & Atticè (306,35.) ὀμεῖ,
iurabo, iurabis. videtur futurũ secundum med. ab ὀμόω,
quamuis CLENARDVS (213,35.) dixerit tertiam coniu-
gationem Circumflexorum nõ agnoscere futurum se-
cundum : quod verum est in iis authoribus qui prosa
oratione scripserunt. at poëtæ nihil non sibi permissum
arbitrantur. † possumus tamen deducere ὀμοῦμαι quasi ab
ὄμνω, futurum ὀμῶ, mediũ ὀμοῦμαι, 198, 15. A futuro ὀμόσω,
aoristus primus ὤμοσα, ὤμοσας, ὤμοσε, *iuraui, isti, it*: tertia
pluralis ὤμοσαν : perfectum ὤμοκα, 158, 6. vnde Atticum
ANNOTATIO. ὀμώμοκα, 297, 25. [*Non est opus fingere* ὄμνω : ὀμοῦμαι *enim*
ita est ab ὀμόω, *vt* πεσοῦμαι *à* πεσέω. *sic etiam ex* δουπῶ, *fu-*
turo verbi δουπέω, *est compos. aor.* κατέδουπεν *apud Hesy-*
14 *chium*, *& perf. med.* δέδουπεν *apud Homerum.*] [14] De
15 hoc 143, 27. [15] Hinc participium perfectum passiuum
ἐξουθενημένος, *contemptus, nihili habitus.* augmẽtum non
habet, quòd simplex ab ου diphthongo immutabili in-
16 cipiat. [16] Vide 304, 10. [17] Ab ὀφλέω. sunt qui hæc
17 tempora referant ad ὀφλάνω, quod ab ὀφλέω, vnde est
formatum, tempora mutuatur, 336, 31. & 40. [18] Infini-
18 tiuus ὠφληκέναι, *damnatum esse* : part. ὠφληκὼς, *obnoxius.*
19 [19] Optat. ὀφλοίμι infin. ὀφλεῖν : part. ὀφλῶν, όντος, *damn...*
ὤφελλον: Dicimus & in hoc aoristo sec. ὤφελλον, ες, εν, ab ὀφλέω,
ὤφελον: 213, 35. & ὤφελον, ες, εν, ab ὀφείλω, 178, 14. & Ionicè depo-
ὄφελον. sito augmento ὄφελον, ὄφελες, ὄφελε, *debui, isti, it* : sumitur
& pro aduerbio optandi: † ὤφελλον, ὤφελον seu ὄφελον, *vti-*
nam ego : & *vtinam illi*, in tertia plur. ὤφελλες, ὤφελες seu
ὄφελες, *vtinam tu* : ὤφελλεν, ὤφελε seu ὄφελεν, *vtinam ille.*
cum significatione optationis, etiam personarum indi-
ANNOTATIO cationem habet. [*Imperf.* ὤφελλον, ες, ε: *& aor.* ὤφελον, ες, ε,
de ὤφελλον. *etiam in Optatiuis loquendi formis, verba manent, vt in-*
flexio arguit, *& structura* : *estq; in eiusmodi structuris*
absolutis ellipsis aduerbij εἴθε *vel* ὡς, ô si, vtinam. *id quod*
satis apparet ex iis locis quibus præmitti aduerbia ista so-
lent: vt Od. μ, Αἴθ' ὄφελον μεῖναι παρὰ Φαιήκεσσι, ô si de-
buissem manere apud Phæacas. *Il.* γ, ὡς ὤφελες αὐτόθ'
ὀλέσθαι, vtinam debuisses istic periisse. *Aristoph.* εἴθ' ὤφελ' ἡ
προμνήστρια ἀπολέσθαι κακῶς, vtinam pronuba debuisset
malè periisse. *Sed interdum hic aduerbium omittitur, vt*
dixi : *Sophocl.* ὤφελλον ἐκλιπεῖν βίον, ô si deberem excedere
è vita. *interdum omittitur etiam infinitiuus* : *Demosth.*
ἐπειδὴ δ' ἃ μήποτ' ὤφελε συνέβη, postquam autem con-
tige

tigerunt ea quæ vtinam nunquam debuissent, s. contingere. *Magis aduerbialiter ponitur in hoc Callimachi loco apud Etymol.* ὤφελε μηδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες, vtinam ne fuissent quidem celeres naues, *pro* εἴθε. *& in hoc Apollonij Argon. 3.* ὄφελλέ με μήτε τοκήων Δώματα τότ' εἰσορᾶαν, vtinam neque parentum tunc aspexissem domum. *nam* ὀφέλλειν *Æolicè & poëticè sæpe pro* ὀφείλειν *vsurpatur. nisi malis*, Iuuaret me neque parentum tunc aspexisse domum: *ab* ὀφέλλω iuuo. *Scribuntur autem hæc regulariter per* ω, *velut aucta temporaliter: apud poëtas vero sæpe per* ο, *neglecto augmento.*]

Ὀλλύω, *pereo, perdo*: siue ὄλλυμι, vnde & passiuum ὄλλυμαι, *pereo*: in præterito med. ab ὄλλω, ὦλα, Atticè (297,25.) ὄλωλα, *perdidi*, vel *perij*. aorist. sec. ὤλον: medius ὠλόμην, ὤλου, ὤλετο: tertia plur. ὤλοντο, sine augmento ὄλοντο, *perierunt*. Optat. ὀλοίμην, ὄλοιο, ὄλοιτο: tertia plur. ὄλοιντο, & Ionicè (190,30.) ὀλοίατο, *pereant*. Subiunct. ὄλωμαι, ὄλῃ & Ionicè (186,23.) ὄληαι, *sis perditus, pereas*: sic in præsenti ὄλλωμαι, ὄλλῃ & Ionicè ὄλληαι.

Appendix. ὀλλύω *siue* ὄλλυμι *ab* ὄλλω. ὄλοντο. ὀλοίατο. ὄληαι. ὄλληαι.

Πάσχω, *patior*. Fut. [1] πείσομαι, *patiar*, pro πήσο- 1
μαι, η in ει, à πήθω: at πείσομαι, *parebo, aut credam*, à
πείθομαι, *pareo*. Aorist. sec. [2] ἔπαθον, à πήθω. Præt. 2
med. πέπονθα, à πονέω, *laboro*: vnde præt. [3] actiuũ, 3
πεπόνηκα: mediũ, πέπονα, & pleonasmo literæ θ,
[4] πέπονθα. Participium [5] πεπονθώς, πεπονθότος. 4.5

Π — πάσχω *à* πήθω *&* πονέω. πείσομαι. η *in* ει. πέπονθα. πεπονθώς.

Πίπτω, *cado*. Futur. πεσοῦμαι, [6] Doricè vsitatum 6
est pro πέσομαι, à πέτω. Dores enim futura cir-
cumflectunt in omni coniugatione, pro πέσω
dicentes πεσῶ, vnde futurum mediũ πεσοῦμαι.
Præteritum, [7] πέπτωκα, à πτόω. Aor. prim. [8] ἐπέση- 7.8
σα: [9] Aorist. secundus, [9] ἔπεσον, à πεσέω: at ἔπεσαν, 9
[10] tertia pluralis est aoristi primi, pro ἐπέσησαν, 10
per syncopen, vt [11] ἔστησαν, ἔσταν, *steterunt*. 11

πίπτω *à* πέτω, πτόω *&* πεσέω. *Dorismus.* ἔπεσαν.

[12] Πίνω, *bibo*. Fut. πώσω: Præt. [13] πέπωκα, à πόω. 12
Aor. sec. [14] ἔπιον, à πίω. Imperat. [15] πῖθι. nam 13
legitimum πίε ascisscit pleonasmum syllabæ 14
θι, πίεθι: deinde crasi ιε in ι longum, fit πῖθι. 15
[16] Futur. sec. med. πίομαι, pro [17] πιοῦμαι, vt φά- 16
γομαι & ἔδομαι, edam, pro φαγοῦμαι, ἐδοῦμαι. 17

πίνω *à* πόω *&* πίω. πῖθι. πίομαι.

[18] Πιω

πυνθάνομαι à πεύθομαι.

18 [18] Πυνθάνομαι, *interrogo*. Futurum, [19] πεύσομαι.
19 Aoristus secũdus medius, [20] ἐπυθόμην, à [21] πεύ-
20
21 θομαι. Præteritum passiuum, [22] πέπυσμαι, pro πέ-
22 πευσμαι: vt etiam [23] ἄφυκτος, *ineuitabilis*, pro ἀφεύ-
23 κτος, elidendo ε ex diphthongo.

πέπυσμαι.

πράττω: πράξω, πράσω.

24 [24] Πράττω, *facio*: Futurũ, πράξω: Præteritum,
25 πέπραχα. sed πράττω, [25] *vendo*: Fut. πράσω: Præ-
26 teritum, [26] πέπρακα. [27] Sunt verò in quarta
27 coniugatione, quę eadem significatione, tamē
duplex habent futurum: *ἁρπάζω, rapio: βαστάζω, porto: νυστάζω, nuto, dormito: παίζω, ludo: σαλπίζω, buccino, ζω & σω.*

Duplex futurũ in quarta coniug. ξω & σω.

1 [1] A Πείσομαι, πείσῃ, πείσεται, particip. πεισόμενος, *passurus*.
2 πεισόμενοι ἀγαθὰ, *beneficia accepturi*. [2] Ab ἔπαθον, ἔπαθες, ἔπαθεν, Optatiuus πάθοιμι, πάθοις, πάθοι: secunda pluralis πάθοιτε: subiunctiuus πάθω, πάθῃς, πάθῃ: prima pluralis πάθωμεν, & poëticè (306,15.) πάθομεν, *patiamur*: infinitiuus παθεῖν, & Ionicè (183,15.) παθέειν, *pati*: part. παθών, *passus, læsus*. Ab aoristo ἔπαθον, fit παθέω præsens, idem quod πάσχω. [*Vel potius ex futuro secundo* παθῶ, *quemadmodũ supra pag. 360. & 361. ex Etymologo docui futura nonnunquam μετάγεσθαι εἰς ἐνεστῶτας.*] futurum paulo post perfectum πεπαθήκω, Ionicè (235,35.) πεπάθυια: particip. πεπαθυιὼς, crasi (236,2.) πεπαθὼς, *passus*: ἡ πεπαθυῖα, *passa*.

πάθομεν. παθέειν.

ANNOTATIO.

3 [3] Et passiuum πεπόνημαι: in secunda plur. πεπόνησθε, syncope πέποσθε, idem quod πεπόνθατε, id est, *passi estis*: plusquamperf. ἐπεπονήμην, ησο, ητο, vnde reiecto augmēto fit tertia pluralis Ionica (190,16. & 29.) πεπονήατο pro
4 ἐπεπόνηντο, *laborabant* vel *laborauerant*. [4] Infinitiuus
5 πεπονθέναι, *passum esse*. [5] In plurali πεπονθότες, πεπονθό-
6 των: hinc aduerbiũ πεπονθότως, *cum affectu*. [6] Possemus quoque dicere, esse futurum secũdum medium, à πεσέω, vt aoristus secundus ἔπεσον. Terminatione verò cum futuris secundis conueniunt huiusmodi Dorica futura prima vocis actiuæ & mediæ, ídque per omnes modos & participia verborũ Barytonorum, Circumflexorum & in μι; præterquam in subiunctiuis, in quibus Dorica flectendi ratio à Theocriti interprete locum non habere dicitur. Porrò Dores in huiusmodi futurorum terminationibus pro ε non rarò ευ vsurpant: dicunt enim πεσοῦμαι & πεσεῦμαι, *cadam*. (vide 119, 15.) huius infinitiuus πεσεῖσθαι, & Ionica dialysi (199,34. & 36.) πε-
σέ-

πέποσθε.

πεπονήατο.

σεῖαξ, *caſurum eſſe.* In crebro vſu ſunt hæc Dorica fu-
tura apud poëtas, & præcipuè apud Theocritum: hinc
ἀξῶ, ἀξεῖς, pro ἄξω, ἄξεις, *ducam, duces*, ab ἄγω. [*Sed quum* ἀξῶ.
ἀξῆς *ſit Æolicum potius quàm Doricum*, (169,37.) *malim* ANNOTATIO.
ἀξεῖς, *vt apud Theocr. id.* α, τὺ δὲ τὰν οἶν ὕστερον ἀξεῖς.] ἁρ-
παξῶ, *rapiam*, pro ἁρπάξω vel ἁρπάσω, 168,44. ſed non ἁρπαξῶ.
dicetur ἁρπασῶ: nam Dores pleraque futura in σω, per
ξῶ efferunt, 167,27. hinc καθιξῶ pro καθίσω, *ſedebo*: & καθιξῶ.
in aoriſto primo ἐκάθιξα pro ἐκάθισα, à καθίζω, *ſedeo*: ἐκάθιξα.
γελαξῶ, pro γελάσω: & in aoriſto primo ἐγέλαξε, *riſit*, pro ἐγέλαξε.
ἐγέλασεν, à γελάω. at id non ſemper obſeruatur: dicunt
enim δωσῶ, *dabo*, pro δώσω, (228,9.) non autem δωξῶ: δωσῶ.
ſic κλαυσοῦμαι ſiue κλαυσεῦμαι, κλαυσῆ, κλαυσεῖται, *flebo, is,*
it, pro κλαύσομαι, κλαύσῃ, κλαύσεται, à κλαίω: futurũ κλαύ- κλαυσεῖται.
σω, 304,18. & 305,30. νομευσῶ, *paſcam*, pro νομεύσω. ὀνασῶ, νομευσῶ.
ὀνασεῖς, ὀνασεῖ, *iuuabo, is, it*, pro ὀνήσω, εις, ει, (vbi quoque α ὀνασεῖ.
pro η poſitum eſt, 118,40.) ab ὀνάω ſiue ὄνημι, *iuuo*. Tertia
pluralis Dorici futuri non in ουσι, vt futurum ſecundum,
ſed in οῦντι deſinit: hinc λεξοῦντι, *dicent*, pro λέξουσι, à λέγω. λεξοῦντι.
vide 170,3. [7] Pluſquamperfectum ἐπεπτώκειν, *cecideram*: 7
tertia pluralis ἐπεπτώκεισαν, & Atticè (300,13.) ἐπεπτώκεσαν. ἐπεπτώκεσαν.
participium πεπτωκὼς, ότος, & ſyncope ſiue Ionica for-
matione (235,35.) πεπτὼς, ῶτος: ἡ πεπτῶσα, ώσης: τὸν πεπτῶτα, πεπτὼς, ῶτος.
& epentheſi τοῦ ε (237,20.) πεπτεῶτα, *lapſum.* [8] Atque 8 πεπτεῶτα.
ἔπεσα, *cecidi*, à πέτω: vel eſt ſyncope pro ἐπέτησα. [9] Sine 9 ἔπεσα.
augmento πέσον, πέσες, πέσε, *cecidi, iſti, it*, & πέσον, *cecide-* πέσον.
runt: cum ἐν, ἔμπεσον, ες, εν, *incidi, it, it*: cum κατὰ, κατάπεσον, ἔμπεσε.
& poëticè reiecto α, & mutato τ in literam ſequentem
π (173,15. & 23.) κάππεσον, κάππεσες, κάππεσε, *decidi, corrui,* κάππεσε.
iſti, it. Ab ἔπεσον, imperatiuus πέσε, πεσέτω: tertia pluralis
πεσέτωσαν, *cadant*: infinitiuus πεσεῖν & Ionicè (183,15.)
πεσέειν, *cecidiſſe*: participium πεσὼν, όντος, *lapſus, proſtratus*: πεσέειν.
πεσόντες, *ſtrati, iacentes*. [10] ἔπεσαν malunt alij ſine ſyn- 10 ANNOTATIO.
cope deriuare à πέτω: eius enim fut. 1. πέσω, aor. 1. ἔπεσα,
inuenitur ſanè πέσε, ἔπεσαν, & προσέπεσαν, in quibuſdam
Noui teſtamenti codicibus, vt etiam διεξεπέσατο apud
Polyænum. [11] De hoc 365,32. [12] Infinitiuus πίνειν, At- 11
ticè & Doricè (182,6.) πινέμεναι, *bibere*. [13] Pluſquam- 12 πινέμεναι.
perfectum ἐπεπώκειν, εις, ει, *potus ſeu ebrius eram, as, at*: 13
participium πεπωκὼς, *qui bibit*. [14] Infinitiuus πιεῖν, Io- 14
nicè (183,15.) πιέειν, *bibiſſe*: particip. πιὼν, όντος, *qui bibit*: πιέειν.
ἡ πιοῦσα, ούσης, *quæ bibit*. [15] Atque ſ πῶθι, à πῶμι, 235,6. 15 πῶθι.
& per apocopen πῶ, *bibe*. [πῶ & πῶθι Etymol. deriuat πῶ.
à them. πῶ. ſic enim ille, Tertiæ coniugationis eſt vt ANNOTATIO.
μυρῶ, διδῶ, ſic etiam πῶ: ὲ quo ſi [illegible] eſt,
vt

vt in ζῆθι & ζῶθι. Innuit igitur ex imp. πῶε fieri primò
πῶ, deinde per paragogen πῶθι, vt ζῆθι & πλεῖθι supr.
215,30. Idem annotat Æolicum esse hoc verbum, subiungens hoc exemplum χαῖρε καὶ πῶ, *lætare & bibe.*
16 affert & comp. σύμπωθι, *compota.*] [16] Vide 309,22. &
πιεῖσθαι. 17 377,26. [17] A πίομαι tamen reperitur infinitiuus πιεῖσθαι,
18 *bibiturum esse.* [18] Non sequitur regulam finitorum in
ανω & ανομαι, assignatam à CLENARDO, 336,32. vide
quæ in eum locum annotauimus. Huius imperfectum
ἐπυνθανόμην, & deposito augmento πυνθανόμην, *audie-*
19 *bam.* [19] Secunda persona πεύσῃ & Ionicè (186,23.)
πεύσεαι. πεύσεαι, *audies*: particip. πευσόμενος, *percontaturus.*
πεπύθοιο. 20 [20] Poëticè πεπυθόμην, 172,17. hinc in Optat. πεπύθοιο, *in-*
πεπύθωνται. *telligat*: & in subiunctiuo πεπύθωνται, *audiant.* Contra
detracto omni augmento dicitur πυθόμην, ου, ετο: tertia
πύθοντο. plur. πύθοντο pro ἐπύθοντο, *audierunt.* Imperat. πυθοῦ, *inter-*
roga, audi, Doricè (119,10.) πυθεῦ, & retracto accentu
πύθευ, *sciscitare.* Optat. πυθοίμην, πύθοιο, πύθοιτο, *intelli-*
gerem, es, et: tertia plur. πύθοιντο, & Ionicè (190,15. & 30.)
πυθοίατο. πυθοίατο, *rogauerint, intellexerint.* infinit. πυθέσθαι, *audiuisse,*
21 *accepisse*: part. πυθόμενος, *sciscitatus, edoctus.* [21] Hoc
poëtæ pro πυνθάνομαι vsurpant: hinc secunda persona
πεύθεαι. Ionica (186,23.) πεύθεαι pro πεύθῃ, *cognoscis*: tertia im-
πεύθετο. perfecti sine augmento, πεύθετο pro ἐπεύθετο, *audiebat*:
tertia pluralis præsentis Optatiui Ionica (190,15. & 30.)
πευθοίατο. πευθοίατο, *audirent*, pro πεύθοιντο: & part. πευθόμενος, *in-*
22 *terrogans.* [22] Tertia πέπυσαι, *nouit, scit*: tertia plusquam-
πέπυστο. perfecti πέπυστο sine ε (300,16.) pro ἐπέπυστο, *audierat.*
23 [23] De hoc 353,10. [24] Atticum est pro πράσσω, 118,11.
πρήσσω. 24 Ionicè mutato α in η (118,28.) dicitur πρήσσω: πρήσσειν τὰ
πρήγματα. πρήγματα, pro πράττειν τὰ πράγματα, *res administrare*: pas-
25 siuum πρήσσομαι: imperf. ἐπρησσόμην, *conficiebar.* [25] Verbi
ANNOTATIO. πράττειν in vendendi significatione nulla proferuntur
exempla. eam ob causam malim futurum πράσω cum
temporibus inde formatis referre ad περάσκω vel pri-
mitiuum eius περάω. quemadmodum enim κεράω per
syncopen facit κράσω, sic περάω πράσω: vt Etymol. quoque
testatur in πρήθω & πρήσω. Vtitur autem verbo isto in
vendendi significatione Homerus aliquoties: sed pro-
priè significat in vlteriora loca transportatum vendere,
à πέραν vltra: vt Od. ξ, Κεῖθι δέ μ' ὡς περάσῃσι, *illic vt me*
πέπρακα. 26 *venderet.* [26] Est etiam πέπρακα, *transiui*, pro πεπέρακα
27 per syncopen, à περάω. [27] Pauca quædam alia his simi-
παίζω. lia enumerantur, 168,41. παίζω verò communiter facit
παίξω, vnde in aoristo primo passiuo ἐπαίχθην, *lusus est*:
in

in particip. παιχθεὶς, *illusus*: in fut. primo pass. παιχθήσεται, *ludetur*) & Atticè παίσω: vnde in aoristo primo infinitiui παῖσαι, *ludere*.

Πέπτω, *coquo, pinso, mollio*: futur. πέψω à πέπλω: aorist. prim. ἔπεψα: particip. πέψας, αντος. Communiter dicitur πέσσω: infin. πέσσειν, & Ionicè (182,6.) πεσσέμεν, *decoquere*, vel *cauponari*.

Appendix. πέπλω à πέπλω. πεσσέμεν.

Ῥέω, *fluo*. [1] Futur. ῥεύσω, & ῥυήσω à ῥυέω: Præt. ἐῤῥύηκα. Aorist. sec. actiuus ἐῤῥύην à ῥύημι: aut secūdus pass. à ῥυέω, [2] etiamsi ῥυῶ circumflexū desinit in ῶ purum. Composita sunt ἐπιῤῥέω, *influo*: διαῤῥέω, *diffluo*, per geminum ρρ. [3] nam vt ε augmētum syllabicum duplicat ρ, ita & præpositio finita in vocalem: ῥῆμα, *verbum*; ἐπίῤῥημα, *aduerbium*: ῥήγνυμι, *rumpo*; καταῤῥήγνυμι, *dirumpo*: ῥῆξαι, *rupisse*; περιῤῥῆξαι, *circumcidisse*: proinde καταῤῥάκτης, *cataracta*, fit à verbo, ῥάσσω, *tundo*; καταῤῥάσσω, *deturbo*: sed καταράκτης (nam vtrunque inuenitur) venit ab ἀράσσω, *tundo*; καταράσσω, *deturbo*, per vnum ρ: pro quo & † ἀῤῥάσσω dicitur, vnde συναῤῥάσσω, *confringo*. nam συῤῥάσσω, *confringo, collido*, à ῥάσσω.

1 2 3

Ρ. ῥέω à ῥεύω, ῥυέω & ῥύημι.

ρρ geminum in compositis.

καταῤῥάκτης siue καταράκτης vnde ducatur.

[4] Ῥηγνύω & ῥήγνυμι, *rumpo*. Futurum [5] ῥήξω, à † ῥήγω: Aorist. sec. pass. [6] ἐῤῥάγην, *rupi*. Præt. med. [7] ἔῤῥωγα pro ἔῤῥηγα: siquidem hoc verbum pro η sæpe capit ω: sic διέῤῥωγα, *diruptus sum*: διεῤῥωγὼς, *diruptus*; vt etiam dicitur ἀρωγὸς pro ἀρηγὸς, *defensor, opitulator*.

4. 5 ῥηγνύω & ῥήγνυμι à ῥήγω.

6

7

ω pro η. διέῤῥωγα. διεῤῥωγώς. ἀρωγός.

[8] Ῥωννύω & ῥώννυμι, *roboro*. Fut. [9] ῥώσω, à [10] ῥώω, Præteritum actiuum, ἔῤῥωκα, pass. [11] ἔῤῥωμαι: Plusquamperfect. ἐῤῥώμην: Imperatiuus, ἔῤῥωσο, ἐῤῥώσθω, *vale, valeat*: Infinitiuus, ἐῤῥῶσθαι.

8. 9 ῥωννύω & ῥώννυμι à ῥώω.

10

11

[1] De hoc 3[?]4, 17. A ῥέω imperfect. ἔῤῥεον, ἔῤῥεες, ἔῤῥεεν, & ῥέεν, absque augmento. subiunctiuus ῥέω, ῥέῃς, ῥέῃ, & poëticè (360, 29.) ῥείῃ, fluat. [2] Dicit *etiamsi* ῥυῶ, &c. quia (213, 37.) visus fuerat innuere, huiusmodi verba destitui aoristo secundo, fut. secundo, & præterito med. Potest hic aoristus etiā ab Æolico ῥύω, vnde & futu

1 ῥέεν.

2 ῥείῃ.

futurum ῥεύσω, *deduci.* ab eo arist. secund. actiuus esse ἔρρυον, (vt ἔφυγον à φεύγω, 178,10.) pass. ἐρρύην, ἐρρύης, ἐρρύη, *fluxi, isti, it.* hinc subiunctiuus ῥυῶ, ῥυῇς, ῥυῇ, *fluxero, is, it*: prima plur. ῥυῶμεν: cum παρὰ, παραρρυῶμεν, & poëticè (173,14.) παρρυῶμεν, *perfluamus.* infinit. ῥυῆναι *manasse, fluxisse*: part. ῥυεὶς, *qui fluxit.* futurum secun-

Margin: παρρυῶμεν.

3 dum, ῥυήσομαι, ῥυήσῃ, ῥυήσεται, *fluam, es, et.* [3] Vide 286,

Margin: α in cōpositione ante ρ.

Sic etiam α priuatiuum, atque aliæ particulæ in vocalem finitæ, quando in compositione ante ρ locum habent, geminant ρ: vt ῥητὸς, *dictus* vel *dicendus*, *clarus*: ἄρρητος, *nefandus, non dicendus, obscurus.* poëtæ metri gratia idem obseruant ante alias quoque consonantes, vt δειδδείσασα, *verita*, pro δειδείσασα, participium aoristi primi verbi δειδίω, *vereor.* ἀναλλέξας, *qui collegit*,

Margin: δειδδείσασα. ἀναλλέξας.

4 pro ἀναλέξας, particip. aoristi primi ab ἀναλέγω. [4] De
5 hoc & similibus 333,28. & 335,28. [5] Hinc aoristus primus ἔρρηξα, ἔρρηξας, ἔρρηξεν, *rupi, isti, it*: tertia plur. ἔρρηξαν, *fregerunt*: imperatiuus ῥῆξον, *rumpe*: ῥήξατε, *rumpite*: infinit. ῥῆξαι, *rumpere, tingere*: particip. ῥήξας, *qui rupit*: aoristus primus med. ἐρρηξάμην: tertia singularis sine augmento
6 ῥήξατο, *rupit.* [6] Ab ἐρράγην, ἐρράγης, ἐρράγη, *ruptus sum, es, est*, tertia plur. ἐρράγησαν, *rupti sunt*: subiunctiuus ῥαγῶ, ῥαγῇς, ῥαγῇ, *ruptus fuero, is, it*: infinit. ῥαγῆναι, (quod & ῥηγῆναι,) *ruptum esse*: part. ῥαγεὶς, ῥαγεῖσα, *ruptus, rupta*: futurum secund. ῥαγήσομαι, vnde infinit. ῥαγήσεσθαι, *ruptum*
7 *iri.* Aoristus secundus actiuus ἔρραγον, *obsoleuit.* [7] Ab ἔρρωγα, ἔρρωγας, ἔρρωγε, *ruptus sum, es, est*: plusquamperf. ἐρρώγειν: tertia plur. ἐρρώγεισαν, & Att. (320,13.) ἐρρώγεσαν, *rupti erant*: particip. ἐρρωγὼς, ἐρρωγυῖα, *ruptus, rupta*: sine augmento ῥωγὼς: cum ἀνὰ, ἀναρρωγὼς, *apertus, hians.* Huiusmodi mutatio τοῦ η in ω, Atticorum est. hucque referunt quidam † συνοχωκότε, id est, *coarctati, in angustum coëuntes*: particip. perfectum duale sine augmento pro συνοχηκότε, à συνοχέω, ῶ. ήσω, π. ηκα: quod deriuatur à συνοχὴ, ῆς, *coarctatio, angustia*, 216, 15. hoc verò verbale est (262,36.) à συνέχω, *constringo, contineo*: sic μεμβλωκα, κας, κε, *veni, & curaui, isti, it*: quod per syncopen & τοῦ β (euphoniæ gratia) interiectionem dictum est, vel pro μεμόληκα à μολέω, (349,1.) vel pro μεμέληκα à μελέω τὸ μέλω, *curo.* è μέμβλωκε cum παρὰ fit παραμέμβλωκεν, &

Margin: ἐρρώγεισαν. ἀναρρωγώς. συνοχωκότε.

8 poëticè (173,14.) παρμέμβλωκε, *aduenit, adest.* [8] De hoc
9 & similibus in νύω & νυμι finitis habes 338,36. [9] Hinc aoristus primus, ἔρρωσα, ας, ε, *roboraui, confirmaui, isti, it*: infinitiuus ῥῶσαι, *roborasse*: part. ῥώσας, *roborans*: futurum
10 medium ῥώσομαι. [10] Huius passiuum † ῥώομαι, *roboror.* item

item *fluo*,*ruo*: in imperfecto ἐῤῥώοντο, *festinabāt*, *ruebant*. [11] Hinc particip. ἐῤῥωμένος, de quo 256,23. aoristus primus assumit σ, 13 7,34. ἐῤῥώσθην, ἐῤῥώσθης, ἐῤῥώσθη: tertia plur. ἐῤῥώσθησαν: vnde particip. ῥωσθεὶς, ῥωσθεῖσα, *roboratus*, *confirmatus*, *a*. 11

[1] Σβεννύω, σβέννυμι, *extinguo*. Futurum, [2] σβέσω & σβέσομαι, à σβέω. Aoristus secundus, ἔσβην, à σβῆμι. [3] aut est aoristus secundus passiuus à σβέω: Aorist. sec. actiuus, ἔσβον: passiuus, ἐσβέην. 1.2 3

[4] Σεύω, *agito*, *concito*, *fugo*. [5] Aorist. primus, ἔσσευα, per α purum. Aoristus passiuus, [6] ἐσύθην, pro ἐσεύθην. 4.5 6

[7] Σπένδω, *libo*. Futurum, [8] σπείσω, à σπείδω: [9] quandoque Æolicè pro subiunctiua vocali consonans; σπείρω, σπέῤῥω, *semino*: [10] γέναο, γεννάω, *genuit*. 7.8 9 10

[11] Συνίημι, *intelligo*. Aoristus primus, συνῆκα, & Atticè [12] ἐσυνῆκα, per geminum augmentum; vt [13] ἠνώχλουν, *turbabam*, & similia. Aoristus secundus, συνῶ: Imperatiuus, συνὲς: Participium, συνείς. Atticè autem ξυνίημι, ξυνῆκα, ξυνῶ, ξυνὲς, ξυνείς: vt pleraque alia communiter per σὺν, efferuntur Atticè per ξὺν, συνοικος, ξυνοικος, *contubernalis*. 11 12 13

Συῤῥήγνυσθαι, *confringi*, compositum è σὺν, *cum*, *simul*, & ῥήγνυσθαι, *frangi*. [14] Quomodo verò se habeat σὺν in compositis, docere possunt subiecta exempla; βαίνω, *vado*: συμβαίνω, *contingo*: γράφω, *scribo*: συγγράφω, *conscribo*: ζάω, *viuo*: συζάω, *commino*: κάμνω, *laboro*; συγκάμνω, *simul laboro*: λέγω, *dico* & *lego*, *id est*, *colligo*; συλλέγω, *colligo*: μανθάνω, *disco*; συμμανθάνω, *condisco*: παίζω, *ludo*; συμπαίζω, *colludo*: ῥέω, *fluo*; συῤῥέω, *confluo*: σείω, *quatio*; συσσείω, *concutio*: στέλλω, *mitto*, *trabo*; συστέλλω, *contrabo*: φημι, *dico*; σύμφημι, *consentio*, *comprobo*: χέω, *fundo*; συγχέω, *confundo*: ψαύω, *tango*: 14

Margin: σβεννύω & σβέννυμι à σβέω & σβῆμι. σεύω. ἔσσευα. ἐσύθην. σπένδω à σπείδω. Æolismus. συνίημι. συνῆκα: ἐσυνῆκα. συνῶ: συνὲς. ξυν Atticè pro συν. συῤῥήγνυσθαι. συν in compositione fit. συμ ante β, μ, π, φ, ψ. συγ ante γ, κ, χ. συ, συσ, συῤ, συλ ante ζ, σ, ρ, λ.

Ita est de ν in præpos. ἐν, nisi quòd manet sequente σ.

συμψαύω, *contingo*. Idem indiciũ de mutatione ν in præpositione ἐν, *in*: βαίνω, ἐμβαίνω, *ingredior*. γράφω, ἐγγράφω, *inscribo*, &c. nisi quòd ante σ non mutatur ν, σείω, *quatio*; ἐνσείω, *incutio*: σημαίνω, *signo*; ἐνσημαίνω, *insignio, imprimo*.

1 [1] VIDE 338, 36. Ἀ σβέννυμι particip. σβεννὺς, *extin-*
2 *guens*. [2] Hinc aorist. prim. ἔσβεσα, ἔσβεσας, ἔσβεσε (cum ἀπὸ, ἀπέσβεσεν, *extinxit*) sine augmento σβέσα, σβέσας, σβέσε: tertia plur. σβέσαν: infinit. σβέσαι, *extinxisse*. Aorist. primus pass. ἐσβέσθην, ἐσβέσθης, ἐσβέσθη, *extinctus vel mortuus sum, es, est*: subiunctiuus σβεσθῶ, σβεσθῇς, σβεσθῇ: infinit. σβεσθῆναι: cum ἀπὸ, ἀποσβεσθῆναι, *extingui, supprimi*: futurum prim. pass. σβεσθήσομαι, *extinguar*. Pro σβέσω dicitur quoque σβήσω: perfect. ἔσβηκα: participium ἐσβηκώς: cum ἀπὸ, ἀπεσβηκὼς, *extinctus*.

σβέσα. ἀπεσβηκώς.

3 [3] Prior opinio verior videtur; quòd posterior repu-
4 gnet ei quod dixit 214, 9. vide 218, 10. [4] Passiuum σεύομαι: imperfectum ἐσευόμην: tertia pluralis ἐσεύοντο, & poëticè augmento positione producto (297, 14) ἐσσεύοντο, *ibant*. Aoristus secundus, ἔσυον (vt ἔφυγον à φεύγω, 178, 10.) medius ἐσυόμην: tertia persona ἐσύετο syncope ac deposito augmento σύτο, *concitatus est, ruit*. Alij volunt dictũ pro ἐσέσυτο in plusquamperf.
5 passiuo, deposito omni augmento. Vide 301, 3. [5] hoc 302, 11. sine augmento est σεῦα, σεῦας, σεῦε, *impulisti, it*: part. σεύας: cum ἐπὶ, ἐπισεύας, & poëticè ἐπισσεύας, *exhortatus*. aoristus primus medius ἐσευάμην, ω, ατο, & deposito augmento, σευάμην, σεύω, σεύατο, *isti, it*: imperatiuus, σεῦαι, σευάσθω, & syncope σεῦσθω dicitur. [*Porro σεῦσθω quidem legitur, à σεύω τὸ σεύω, de quo paulo post dicetur in pag. 408, v. 42. at σεῦσθω per*
6 *syncopen pro σευάσθω positum, nullibi inuenio.*] [6] Ab ἐσύθην, ἐσύθης, ἐσύθη, id est, *impetu concitatus sum, es, est*, di-
7 citur participium συθεὶς, *concitatus*. [7] Huius imperfect. ἔσπενδον, ἔσπενδες: hinc tertia Ionica (170, 30.) σπένδεσκε, *li-*
8 *babat*. [8] Hinc aoristus primus ἔσπεισα, ἔσπεισας, ἔσπεισε, sine augmento σπεῖσα, σπεῖσας, σπεῖσε, *libaui, isti, it*: imperat. σπεῖσον: subiunctiuus σπείσω, σπείσῃς: infin. σπεῖσαι: particip. σπείσας. Aorist. prim. medius ἐσπεισάμην: infinit. σπείσασθαι, *inducias facere*: perfect. pass. ἔσπεισμαι: tertia persona ἔσπεισται, *transactum est*: aorist. prim. ἐσπείσθην, *libatus vel immolatus sum*: ἐσπείσθησαν ἀνοχαί, *fa-*
9 *ctae sunt induciæ*. [9] Sic ἀργεννὸς, *candidus*, pro ἀργεινός: ἀπῤῥέε pro

σευα. ἐπισσεύας. σεύατο. σεῦσθω.

ANNOTATIO.

σπένδεσκε. σπεῖσε.

ἀργεννός. ἀπῤῥέε.

pro ἄπερρε, *abi in malam rem*, ab ἀπείρω : & simplex ἔρρε, *peri* : atque in imperat. pass. ἔρρου, *abi, peri*; ab εἴρω siue φθείρω, pro quo Æoles φθέρρω dicunt; deinde per aphæresim ἔρρω. A φθείρω, *corrumpo* (vt hoc obiter dicatur) futurum φθερῶ, 157, 32. perfectum ἔφθαρκα, 174, 26. passiuum ἔφθαρμαι, 188, 28. hinc particip. ἐφθαρμένος, *interemptus*. pro ἔφθαρμαι Æoles dicunt ἔφθορμαι, ἔφθορσαι, ἔφθορται. sic à μείρω siue μείρομαι, *diuido*, *sortior*, fit μέμορμαι, μέμορσαι, μέμορται, *sortitus sum*, *es*, *est*, pro μεμάρμαι, μέμαρσαι, μέμαρται; quod & † μεμοίραμαι, μεμοίρασαι, μεμοίραται : & rursus pro eodem, μεμόρημαι, μεμόρησαι, μεμόρηται : vnde participium μεμορημένον, *factum*, *elaboratum*. Ab ἔφθορμαι & μέμορμαι in infinitiuo ἐφθόρθαι, μεμόρθαι, accentu in antepenultima, 120, 25. [μεμοίραμαι & μεμόρημαι *habent quidem eandem significationem cum* μέμαρμαι, *sed ab aliis orta sunt thematibus*, *à* μοιράω *scilicet &* μορέω, *quorum vtrumque significat* partior, diuido, *pass.* μοιρᾶσθαι *significat etiam neutraliter*, *participem esse*, *vt in 16. epist. Bruti*, *ad Caunios*, φόβου μεμοίρανται, participes sunt metus, cum metu sunt coniunctæ.] sic τέτορθαι pro τετάρθαι, à τείρω, μ. τερῶ, π. τέτερκα, id est, *infesto*, *sum molestus*. sed redeamus ad φθείρω : huius perfect. medium ἔφθορα, *corruptus sum*, 197, 22. aoristus secund. act. ἔφθαρον, 178, 12. passiuus ἐφθάρην, *perij* : particip. φθαρεὶς, έντος, *corruptus*. Pro φθερῶ futuro verbi φθείρω, Æoles dicunt φθέρσω, φθέρσεις, φθέρσει, *vastabo*, *is*, *it*, 167, 6. & 332, 24. sic ab εἴρω idem quod φθείρω, futur. ἔρσω pro ἐρῶ : vnde aorist. prim. sine augmento ἔρσα, ἔρσας, ἔρσε : cum ἀπὸ, ἄπερσεν, & poëticè seruato ο (172, 30.) ἀπόερσε, *corrupit*. sic à κείρω, *tondeo*, μ. κερῶ, Æolicè κέρσω : vnde aor. prim. ἔκερσα, *totondi* : infin. κέρσαι, *totondisse* : à fut. κερῶ, infin. κερεῖν, & Ionicè (179, 3.) κερέειν, *tonsurum esse*. ab ἄρω, *coapto*, μ. ἀρῶ & ἄρσω, *coaptabo* : aorist. prim. ἦρσα : imperat. ἄρσον, *adapta*. à κύρω, *sum*, *incido*, *adipiscor*, *nanciscor*, μ. κυρῶ & κύρσω, *adipiscar* : aorist. prim. ἔκυρσα : in secunda plur. ἐκύρσατε, *incidistis* : tertia ἔκυρσαν, *inciderunt* : cum ἐν, ἐνέκυρσαν, *inciderunt*, *offenderunt* : particip. κύρσας : cum ἐν, ἐγκύρσας, *incidens* : vide 175, 18. particip. aoristi primi pass. κυρθεὶς, *adeptus*.

ἔρρε.
ἔφθορμαι.
μέμορμαι.
μεμοίραμαι.
μεμόρημαι.
ἐφθόρθαι.
μεμόρθαι.
ANNOTATIO.
τέτορθαι.
φθέρσει.
ἀπόερσε.
ἔκερσα.
ἄρσω.
ἄρσον.
κύρσω.
ἐνέκυρσαν.
ἐγκύρσας.

[10] Vide 360, 4. [11] Componitur ex σὺν (pro quo Attici 10
ξὺν in compositis 249, 20.) & ἵημι, cuius inflexionem 11
habes 319, 20. [12] Pro ἐσυνῆκα, ἐσυνῆκας, ἐσυνῆκεν, Attici 12
dicunt ἐξυνῆκα, ἐξυνῆκας, ἐξυνῆκεν, *intellexi*, *isti*, *it* : atque ξυνέηκα, ξυνέηκας, ξυνέηκε, 298, 16. communiter verò συνῆκα, συνῆκας, συνῆκε. [13] De hoc 20., 11. [14] Quare ita 13 14

ἐξυνῆκα.

In compositis ex ἀνὰ poëtæ dicunt

ἀγκ	pro	ἀνακ
ἀγχ		ἀναχ
ἀλλ		ἀναλ
ἀμβ		ἀναβ
ἀμμ		ἀναμ
ἀμπ		ἀναπ
ἀμφ		ἀναφ

mutetur ν, vel elidatur, docuimus 7,14. & 10,12. Idem ferme iudicium de ν in ἀνὰ cùm poëticè, α finali deperdito, preponitur cõsonantibus, velut 173,15. & 23. attigimus. nam ν ante κ & χ mutatur in γ: ante λ, in λ: ante μ, π, β, in μ: vt, ante κ, ἀγκαλέω pro ἀνακαλέω, revoco. ἀγκλίνας pro ἀνακλίνας, reclinans, vt τύψας, 183,29. ab ἀνακλίνω. sic ἀγκρεμάσας pro ἀνακρεμάσας, suspendens, vt τύψας, 183,29. ab ἀνακρέμαμαι, sed tanquam ab ἀνακρεμάω, μ. άσω: aorist. prim. ἀνεκρέμασα: tertia plur. ἀνεκρέμασαν, suspenderunt: part. aoristi primi pass. ἀνακρεμασθεὶς, suspensus. ἀγκρίνω pro ἀνακρίνω, discutio, discerno. ἀγκρέομαι pro ἀνακρέομαι, prælu.lo. huc etiam referri possunt ἄγκλαστος pro ἀνάκλαστος, iactabundus: ἄγκονος pro ἀνάκονος, minister: atque hinc ἄγκονις, ιδος, ministra. & ἀγκονέω ῶ, diligens sum: sic τὸ ἀγκορὲς quasi ἀνακορὲς, insatiabile. Ante χ, ἀγχαλάω pro ἀναχαλάω, relaxo, remitto. Ante λ, ἀλλύω pro ἀναλύω. resoluo, retexo: vnde ἀλλύεσκε Ionicè (170,30.) pro ἀνέλυε, resoluebat: & ἀλλύουσα pro ἀναλύουσα, resoluens. ἄλλεγον pro ἀνάλεγον. & hoc pro ἀνέλεγον, collegi: aoristus sec. sine augmento ab ἀναλέγω: vnde & in aoristo primo infinitiui act. ἀλλέξαι pro ἀναλέξαι, collegisse. Ante β, ἀμβαίνω pro ἀναβαίνω, ascendo: vnde ἄμβασις pro ἀνάβασις, ascensio: ἀμβάτης pro ἀναβάτης, ascensor: ἄμβατος, accessus, accessibilis: τὰ [illegible] gradus. ἄμβαλε pro ἀνάβαλεν, & istud pro ἀνέβαλεν, sursum iecit; aoristus secundus ab ἀναβάλλω: [illegible] pro ἀνέβαλε) hoc perperam vt supra pag. 4,19. [illegible] mus,] ἀμβλήδην pro ἀναβλήδην, altè: ἀμβολὴ pro ἀναβολὴ & ἀμβολίη pro ἀναβολίη, procrastinatio, dilatio: ἀμβολιεργὸς pro ἀναβολιεργὸς, dilator operum, procrastinator. ἀμβώσαντες, reclamantes, exclamantes, pro ἀναβώσαντες: & istud per crasim pro ἀναβοήσαντες, vt simplex βώσας pro βοήσας, 207,10. sic in appositione, ἀμβωμοῖς seu ἀμβωμοῖσι (121,39.) pro ἀνὰ βωμοῖς, ad altaria. Ante μ, ἀμμάθω pro ἀναμάθω, pœniteam: ἄμμιγα pro ἀνάμιγα, simul, [illegible] ἀμμίγδην pro ἀναμίγδην, permixtim, promiscuè: ἀμμίξας pro ἀναμίξας, permiscens, ab ἀναμίγνυμι, sed tanquam ab ἀναμίγω, 133,30. & in appositione, ἀμμέγα pro ἀνὰ μέγα, per magnum: ἀνὰ μέσον, ἀμμέσον, in medio. Ante π, ἀμπαιωνίσαι pro ἀναπαιωνίσαι, pæana recãtare: aor. pri. inf. ab ἀναπαιωνίζω. ἀμπεπαλὼν, vibrans, pro ἀναπεπαλὼν, & istud pro ἀναπαλὼν, cum augmento poëtico, 172,17. est participium aoristi secũdi ab ἀναπάλλω: vt à simplici πάλλω fit πεπαλὼν, vibrans vel qui vibrauit. ἀμπαύομαι pro ἀναπαύομαι, quiesco: hinc in aor. primo imperatiu. [illegible]

ἄγκλαστος. ἄγκονος. ἀγκορές. ἀγχαλάω. ἀλλύω. ἀλλύεσκε. ἀλλύουσα, ἄλλεγον. ἀλλέξαι. ἀμβαίνω. ἄμβαλε. ἀμβλήδην, ἀμβολή. ἀμβολίη. ἀμβολιεργός. ἀμβώσαντες. ἀμβωμοῖσι. ἀμμάθω. ἄμμιγα. ἀμμίγδην. ἀμμίξας. ἀμμέγα. ἀμμέσον. ἀμπεπαλών. ἀμπαύομαι.

ἀμπαύσασθε, *requiescite*: & verbalia τὸ ἄμπαυμα, ατος, *requies*: ἡ ἄμπαυσις, εως, *requies*: ἀμπαυστήριον, *sedes in qua quiescitur*: pro ἀναπαύσασθε, ἀνάπαυμα, ἀνάπαυσις, & ἀναπαυστήριον. ἀμπέτασον pro ἀναπέτασον, *extende, aperi*, vt τύψον, 179, 30. ab ἀναπεταννύω, sed tanquam ab ἀναπετάω, 338, 36. & 345, 14. ἄμπηρος pro ἀνάπηρος, *cæcus, mutilatus*. ἀμπλέκω pro ἀναπλέκω, *implico, amicio*: hinc ἀμπλακέω, *pecco, erro, implicor*: vnde participium aoristi secundi ἀμπλακών, *qui errauit*: & verbale ἀμπλάκημα, *peccatum*: inde dictum quòd implicet & inuoluat homines: sic & ἡ ἀμπλακία, *error, peccatum*. [*Attamen Etymol.* ἀμπλακεῖν ab ἀναπλέκειν *deriuat, quoniam homines implicentur* τοῖς ἀμπλακήμασι *siue* ἁμαρτήμασι *tum non minus commodè referetur ad* ἀναπλάζειν, *quod est* oberrare, sursum ac deorsum errare: *itidemque simplex* πλακία, *quod Hesyc. citat pro* delicto, *ad* πλάζειν.] ἀμπνοὴ pro ἀναπνοὴ, *respiratio*. ἀμπτάμενος pro ἀναπτάμενος, *reuolans, subuolãs*: τὰ ἀμπτάμενα, *reuolantia*: vide simplex πτάμενος 388, 6. ἄμπωσις siue (quo oratores vti solent) ἄμπωτις, pro ἀνάπωσις, *resorptio, reciprocatio siue recessus æstus marini*: vnde ἀμπωτίζω, *me resorbeo, refluo*. & in appositione, ἀμπέδιον pro ἀνὰ πεδίον, *per campum*: ἀμπέλαγος pro ἀνὰ πέλαγος, *per mare*: ἀμπόλιν pro ἀνὰ πόλιν, *per vrbem*. Ante φ, ἀμφέρω pro ἀναφέρω, *sursum fero*: ἀμφέρεται pro ἀναφέρεται, *sursum fertur*: ἀμφυγία pro ἀναφυγία, *perpetuum exiliũ*. [Perpetuum tamẽ exilium melius ἀειφυγία dicitur cum ἀνὰ, (vt animaduertit Syburgius) nihil tale: sed retro vel sursum in compositione significet.] & in appositione, ἀμφόνον pro ἀνὰ φόνον, *per cædem*: ἀμφυτὰ pro ἀνὰ φυτὰ, *per plantas*. Ante δ verò, ante θ, ν, σ, & τ, quamuis ἀνὰ perdat α finale, ν tamen manet inuariatum, tam in compositione quàm in casus appositione: vt † ἀνδηράδες pro ἀναδηράδες, *areæ*: [Legitur apud Hesych. quoque nominatiuo casu: alias reperitur etiam ἀνδήραδας pro ἀνὰ δηράδας, *per colles seu iuga montium*.] ἄνδεμα pro ἀνάδεμα, *vitta*: τὰ ἄνδηρα pro ἀνάδηρα, *flores*: ἀνδίκτης, ου, pro ἀναδίκτης, *genus laquei*: ἄνδιχα, pro ἀνάδιχα, *bifariam*: ἀνδοχάδην pro ἀναδοχάδην, *ex fideiussione*: ἀνδόνακας pro ἀνὰ δόνακας, *inter arundines*, ab ὁ δόναξ, ακος, *arundo*: ἀνδύεται pro ἀναδύεται, *emergit*. ἀνθρώσκω, pro ἀναθρώσκω, *resilio*: ἀννέκυας pro ἀνὰ νέκυας, *per cadauera*: ἄνστησον pro ἀνάστησον, *excita*, aoristus primus imperatiui actiui ab ἀνίστημι, *u*. ἀναστήσω: ἀνστρέφομαι pro ἀναστρέφομαι, *versor per, peruado, assiduus sum*: ἀνσχέο pro ἀνάσχεο, de quo 382, 39. ἀνσχήσεσθαι pro ἀνασχήσεσθαι, *toleraturum esse*. vide simplex

ἀμπαύσασθε. ἄμπαυμα. ἄμπαυσις. ἀμπαυστήριον. ἄμπηρος. ἀμπλέκω. ἀμπλακέω. ANNOTATIO. ἀμπνοή. ἀμπτάμενος. ἄμπωσις. ἄμπωτις. ἀμπωτίζω. ἀμπέδιον. ἀμπέλαγος. ἀμπόλιν. ἀμφέρω. ἀμφυγία. ἀειφυγία. ANNOTATIO. ἀμφόνον. ἀμφυτά. ἀνδηράδες. ANNOTATIO. ἄνδεμα. ἄνδηρα. ἄνδιχα. ἀνδοχάδην. ἀνδόνακας. ἀνδύεται. ἀνθρώσκω. ἀννέκυας. ἄνστησον. ἀνστρέφομαι. ἀνσχέο. ἀνσχήσεσθαι.

ἀνστόμα. ἀνκτανύω. φήσεαι 382, 17. ἀνστόμα pro ἀνὰ στόμα, per os. ἀνκτανύω pro ἀνακτανύω, extendo. τ verò præpositionis κατὰ, quando poëticè quoque, α finali deperdito, præponitur consonantibus, ante aspiratas φ, χ, mutatur in earum tenues π, κ: ante θ & τ, seruatur ipsum τ: ante alias mutas, & ante immutabiles λ, μ, ν, ρ, mutatur in consonam sequentem similem, nempe in β ante β, in δ ante δ, & sic de aliis: ante σ verò, ipsum τ prorsus deperit. sed exemplis res illustretur: ante β, κάββαλε pro κατάβαλε, & istud pro κατέβαλε, deiecit, aorist. sec. absq; augmento à καταβάλλω: infinit. καββαλεῖν pro καταβαλεῖν, strauisse: & καββαλικὸς, prosternendo aptus: & huius comparatiuus καββαλικώτερος, ad prosternendum aptior, qui aptiùs prosternitur: quibus & oratores vtuntur. [καμμύειν quidem pro καταμύειν reperitur etiam in prosa: καββαλικώτερος autem apud Plut. in Apophthegm. Laconicis legitur non vt commune vocabulum, sed vt Laconicum, sicut etiã Hesych. tradit καμμύειν Lacones dicere pro καταμύειν.] Ante δ, καδδραθέτην, dormierũt duo, pro καταδραθέτην, tertia dualis aoristi secundi à καταδαρθάνω, sed tanquam à καταδαρθέω: simplex δαρθέω, aoristus sec. ἔδαρθον, & metathesi ἔδραθον: tertia dualis reiecto augmento δαρθέτην, cum κατ, καταδαρθέτην, & poëticè καδδραθέτην. καδδῦναι pro καταδῦναι, demersisse, aor. pri. infinitiui actiui à καταδύω. & in appositione, καδδύναμιν pro κατὰ δύναμιν, pro virili parte: ἡ δύναμις, εως, τὴν δύναμιν, vt ὄφιν, 148, 37. καδδὲ pro κατ δὲ. hoc in tmesi non rarò vsurpatur; quum scilicet verba composita ex κατὰ, diuiduntur, atque inter præpositionẽ κατ & verbum simplex inseritur particula δὲ, siue sola, siue cum aliis dictionibus: vt καδδ' ἔβαλε pro κατέβαλε δὲ, id est, strauit autem, aoristus sec. à καταβάλλω: καδδ' εἷσε pro καθεῖσε δὲ, id est, ἐκάθισε δὲ, collocauit verò: vide simplex εἷσε 344, 11. καδδ' ἔθορε pro κατέθορε δὲ, desiliit verò; aoristus sec. à καταθορέω. καδδ' ἕλον pro καθέλον δὲ, & hoc pro καθεῖλον δὲ, detraxerunt verò; est aor. sec. sine augmẽto à καθαιρέω, sed tanquam à καθέλω, vt simplex αἱρέω ab ἕλω, 355, 9. καδδ' ἔπεσε pro κατέπεσε δὲ, decidit verò, aorist. sec. à καταπίπτω, sed tanquam à καταπεσέω: vide 395, 37. Ante κ, κακκῆαι pro κατακῆαι, pro quo etiam Homerus dixit κατακηέμεν, cremare; aor. pri. infinitiui à κατακαίω, μ. κατακαύσω, aor. prim. κατέκαυσα & κατέκηα, 302, 12. vnde infin. κατακῆαι, & Ionicè κατακηέμεν: in prima plur. subiunctiui κατακήωμεν, & poëticè (306, 15.) κατακήομεν, crememus. κακκρύπτων pro κατακρύπτων, occultans, tegens. & in appositione, κακκεφαλῆς pro κατ

Poëtæ ita faciunt composita ex κατ, vt dicant

καββ	pro	καταβ
καδδ		καταδ
κακκ		κατακ
κακχ		καταχ
καλλ		καταλ
καμμ		καταμ
κανν		καταν
καππ		καταπ
καπφ		καταφ
καρρ		καταρ
κασ		κατασ
κατθ		καταθ
καττ		κατατ

καδδὲ.

καδδ' ἔβαλε.

καδδ' εἷσε.

καδδ' ἔθορε.

καδδ' ἕλον.

καδδ' ἔπεσε.

κακκῆαι.

κατακηέμεν.

κατακήομεν.

κακκρύπτων.

κακκεφαλῆς.

κτ̀ κορυφὴν, *circa verticem*. Ante χ, † κάκχαρτος pro καταχαρτος, *lætabũdus*; verbale à καταχαίρω, *insulto*. κακχεύω pro καταχεύω, *defundo, deiicio*. [κάκχαρτος Hesychio quoque est κατάχαρτος: fortasse tamen etiam pro κακόχαρτος dicitur, quod est, *malis gaudens*, vt κάμμορος pro κακόμορος, eodem teste.] Ante λ, καλλειπεῖν pro καταλειπεῖν, *relinquere*: hinc καλλείπεται, *relinquitur*: καλλείψω, *relinquam*: infin. καλλειψέν, *relicturum esse*: in aor. sec. κάλλιπε, *reliquit*, sine augmento pro κατάλιπε, & istud pro κατέλιπε. in appositione, καλλαπάρειν pro κτ̀ λαπάρην, *iuxta ilia*: λαπάρην accusatiuus est Ionicus (121, 4.) pro λαπάραν, ab ἡ λαπάρα ας, *ile*, siue pluraliter *ilia*. Ante μ, καμμίξας pro καταμίξας, *commiscens*, part. aor. prim. à καταμιγνύω siue καταμίγνυμι, sed tanquam à καταμίγω, 333, 30. καμμύω pro καταμύω, *claudo*, quo & oratores vtuntur: hinc in futuro καμμύσει τοὺς ὀφθαλμοὺς, *claudet oculos*: & in aoristo primo ἐκάμμυσαν τοὺς ὀφθαλμοὺς, *occluserunt oculos*. καμμονία, & Ionice καμμονίη pro καταμονία, *victoria forti mãsione parta*. (huc referri potest κάμμορος pro κακόμορος, *infortunatus*, quasi κάκμορος,) in appositione, καμμέσον pro κτ̀ μέσον, *circa medium*: καμμὲν pro κτ̀ μὲν, & in tmesi, καμμὲν ἄντυγα ἄξαν, pro κατάξαν μὲν ἄντυγα, *antrum quidem fregerint*: est κατάξαν aor. prim. Æolicus Optatiui (181, 1.) à κατάγνυμι, sed tanquam à κατάγω. Ante ν, καννεύσας pro κατανεύσας, *annuens*; part. aoristi primi à κατανεύω. Ante π, καππνεύσασα pro καταπνεύσασα, *incendens*; part. fœmininũ aoristi primi actiui à καταπνεύω. in appositione, καππέδιον pro κτ̀ πεδίον, *per campum, in campo*. Ante φ, κάπφαγε pro κατάφαγε, & istud pro κατέφαγε, *comedit*, aorist. sec. sine augmento à καταφάγω, sed tanquam à καταφήγω. καπφωθεὶς pro καταφωθεὶς, *vastatus*, part. aoristi primi passiui ab inusitato καταφόω. in appositione, καπφάλαρα, pro κτ̀ φάλαρα, *in phaleris*. [Nec καπφωθεὶς nec καταφόω reperire potui. κεπφωθεὶς autem & καπνωθεὶς, vna cum thematibus suis κεπφόω & καπνόω, simplicem habent deriuationem, à nominibus κέπφος & καπνός. ac κεπφοῦσθαι quidem est leui momento impelli vel efferri, ita scilicet vt κέπφος auis leuissima: καπνοῦσθαι autem, fumo macerari vel infestari.] Ante ρ, καῤῥέζειν pro καταρέζειν, quod & ipsum poëticũ est pro καταρρέζειν, *peragere*: hic part. præsens fœminin. καῤῥέζουσα, *peragens*. in appositione, καῤῥὰ pro κτ̀ ῥὰ: καῤῥόον, & crasi καῤῥοῦν, pro κτ̀ ῥόον, & κτ̀ ῥοῦν, (quod & κατάῤῥουν coniunctè) id est, *secundo flumine*. Ante σ, κάσχεθε pro κατάσχεθε, *continete*: à κατέχω, sed tanquam à κατασχέθω, cuius aorist. secundus

κάκχαρτος. ANNOTATIO. καλλείπειν. καλλαπάρειν. καμμίξας. καμμύω. καμμονίη. κάμμορος. καμμέσον. καμμὲν. καννεύσας. καππνεύσασα. καππέδιον. κάπφαγε. καπφωθείς. καπφάλαρα. ANNOTATIO. καῤῥέζειν. καῤῥά. καῤῥοῦν. κάσχεθε.

κατέχον, ες, ε : medius κατεχόμην : imperat. κατέχε, κατέχεσθω, secunda plur. κατάσχεσθε & poëticè κάσχεσθε : vide 381, 14.

κασορνῦσα. κασορνῦσα pro καταστορνῦσα, complanans ; particip. presens actiuũ à καταστόρνυμι, vt ζεύγνῦσα, 23 , 22. Ante θ,

κατθνήσκω. κατθνήσκω pro καταθνήσκω, morior: hinc in aoristo secundo κάτθανε pro κατάθανε, & istud pro κατέθανε, mortuus est (387, 8.) atque pro imperatiuo κατάθανε, morere, obi. & part. κατθανὼν pro καταθανὼν, mortuus.

κατθάψαι. κατθάψαι pro καταθάψαι, sepeliuisse ; aorist. prim. infinitiui à καταθάπτω.

κάτθεσαν. κάτθεσαν pro κατάθεσαν, & istud pro κατέθεσαν, deposuerunt: vide simplex ἔθεσαν, 224, 21.

κατθεμένη. κατθεμένη pro καταθεμένη, quæ deposuit : vide 226, 20. Ante τ,

κατῒύπλεσθαι. κατῒύπλεσθαι pro κατατύπλεσθαι, vapulare. & in appositione,

κατῒάδε. κατῒάδε pro κατὰ τάδε, secundum hæc, in hunc modũ:

κατῒοῦτο. κατῒοῦτο pro κατὰ τοῦτο, iuxta hoc.

ποτῒῶ. Sic præpositio Dorica ποτὶ, id est πρὸς, (249, 36.) precipuè cum articulis, vt ποτῒῶ pro ποτὶ τῶ, id est πρὸς τῶ:

ποτῒόν. ποτῒάν. ποτῒόν pro ποτὶ τὸν : ποτῒαν pro ποτὶ ταν, id est πρὸς τὴν:

ποτῒώς. ποτῒάς. ποτῒὼς pro ποτὶ τὼς, id est πρὸς τοὺς : ποτῒὰς pro ποτὶ τὰς:

ποτῒά. ποτῒα pro ποτι τὰ: vide 246, 26. & 31. Παρὰ etiã in compositione sæpe amittit α ante consonantes, sed ρ precedens in aliã consonam non mutatur : vt

παρβολάδην. παρβολάδην pro παραβολάδην, permutatim seu cõparatim :

παρβέβλημοι. παρβέβλημοι pro παραβέβλημοι, apponentes : vide 226, 20.

πάρθεσαν. πάρθεσαν pro παράθεσαν, & istud pro παρέθεσαν, apposuerunt : vide simplex ἔθεσαν 224, 21.

παρκλίνω. παρκλίνω pro παρακλίνω, detorqueo : tertia pluralis παρκλίνεσι, detorquent.

παρμένω. παρμένω pro παραμένω, permaneo, adsum.

παρπεπιθών. παρπεπιθὼν, arte pelliciens, fallens, à παραπείθω : simplex πείθω, aorist. sec. ἔπιθον (178, 11.) & poëticè (172, 17.) πέπιθον, part. πεπιθὼν, cũ παρὰ, παραπεπιθὼν. & reiecto α, παρπεπιθών.

παρρέω. παρρέω pro παραρρέω, præterfluo.

παρθέτω. παρθέτω pro παραθέτω, apponat : vide simplex θέτω 224, 32.

παρφάσθαι. παρφάσθαι pro παραφάσθαι, de ipere male suadere : vide simplex φάσθαι 328, 26.

πάρφασις. hinc πάρφασις pro παράφασις, deceptio.

παρφέρομαι. παρφέρομαι pro παραφέρομαι, perperam feror, transuersus agor.

Appendix.

σόω à σέω. † Σόω, seruo, vado, irruo: subiunctiuus σόω, σόης, σόη, seruem, es, et. Fut. σώσω à σόω: aorist. prim. ἔσωσα: imperat. σῶσον, vade. Perfectũ imperatiui passiui σέσωσο, & detracto augmento σόσο, σόσθω. vade, at : rue, at : σοῦσθε, te, ruite. tamen σοῦσθω & σοῦσθε possunt censeri facta per crasin à præsenti imperat. passiui σόεο, σοέσθω, σόεσθε, σοέσθε.

ANNOTATIO. Eustathius quoque duplex agnoscit σόω. consimiliter etiam Hesychius. vt enim σόῃς exp. σώζεις, seruas : ita & exponit σόει, curre, ὅρμα, rue. itidemq; σοῦται non modo σώζεται seruatur, sed etiam ὁρμᾶται, irruit. & consimiliter

ἔρχεται *vadit*. Est autem σῦ imperat. contract. vel ex act. σόε, vel ex pass. σόου: σοῦται vero indic. vel per crasin ex σόεται, vel per syncopen ex σεύεται: vt apud eundem Hesychium λοῦ & λοῦται, de quibus supra. σοῦσο quoque imperat. est formæ passiuæ, vel præt. perfecti, per aphæresin augmẽti, vt videtur ANTESIGNANO: vel pręsentis, per crasin è σόεσο, vt ὀδυνᾶσαι & καυχᾶσαι ex ὀδυνάεσαι & καυχάεσαι, 306, 24. At futurum σεύσω ex σόω deducere non est necesse, quum habeamus σεύω. nam vt σεύω fit ex σέω, ita σεύω ex σόω, assumpto υ, vt tradit Eustath. atque inde est etiam Laconicum illud apud Xenophon. Μίνδαρος ἀπέσσουα, *Mindarus periit*: cuius idem Eustath. meminit. Reperitur etiam σώω, & quidem in vtraque significatione. in priore, σώεσκον *seruabant*, apud Etymologum: in posteriore, apud eundem ex Apollonio, σώεσθαι, στροφάσθαι, pro ὁρμᾶν.

Σαώζω poëticum pro σώζω, *seruo, tutor*: futurũ † σαώσω, σαώσεις, σαώσει: infin. σαώσειν, & Ionicè (182, 6.) σαωσέμεν, *seruaturum esse*. Aorist. prim. ἐσάωσα; tertia persona ἐσάωσε, reiecto augmento, & apocope poëtica σάω, *seruauit*: sumitur & pro σάωσον, id est σῶσον, *serua*: per eandem apocopen. [Fut. σαώσω, cum aor. ἐσάωσα, possumus etiã deriuare à σαόω, à quo apud Hesych. est σαοῖ, expositum σώζει, βοηθεῖ, *seruat, auxiliatur*. estque istud σαόω deriuatum ab adiect. σάος *saluus*: at σοῦται apud eundem Hesych. pro διώκεται *agitatur*, & φεύγει *fugit*, deriuatum est à substantiuo σόος, quod eidem Hesych. est ὁρμὴ, φορὰ, *impetus, motus*, 220, 34.]

σαωσέμεν.

σάω.

ANNOTATIO.

Τέμνω, *seco*. Fut. [1] τμήξω, à [2] τμήγω. Aorist. sec. 1. 2
[3] ἔταμον vel [4] ἔτεμον: Particip. ταμὼν vel τεμών. 3. 4
[5] Τίκτω, *pario*. Fut. [6] τέξω, à τέκω. Præt. med. τέ- 5. 6
τοκα. Aor. sec. [7] ἔτεκον, per ε. [8] nam secũdo aoristo 7. 8
verti ε in α, id ferme fit pręsente aliqua immutabili; δέρω, ἔδαρον, *excorio*: πλέκω, ἔπλακον, *plico*.

[9] Τιτρώσκω, *vulnero*. Fut. [10] τρώσω, à [11] τρώω. Sæpe 9
barytona quoq; habent reduplicationẽ; δράω, 10
διδράσκω, *fugio*: μνάω, μιμνήσκω, *in memoriã reuoco*. 11

[12] Τρέχω, *curro*. Fut. θρέξω, per θ. Præteritum 12
δεδράμηκα, à δραμέω. Aorist. secundus [13] ἔδραμον, 13
[14] à δρέμω. Futurum secundum med. δραμοῦμαι. 14

Τρώγω, *comedo*. Aorist. sec. [15] ἔφαγον, à φάγω. 15

T

τέμνω à τμήγω.

ἔταμον vel ἔτεμον.

τίκτω à τέκω.

Aoristus secundus quãdo mutet ε in α.

τιτρώσκω à τρώω.

Reduplicatio in Barytonis.

τρέχω, à δραμέω & δρέμω.

θρέξω.

τρώγω à φάγω.

φάγομαι.

16 Futurum secundum med. φάγομαι pro [16] φαγοῦμαι,
17 [17] vt ἔδομαι & πίομαι, edam, bibam.

τυγχάνω à τεύχω & τυχέω.

18 [18] Τυγχάνω, *sum, nanciscor*. Fut. [19] τεύξομαι, à
19 [20] τεύχω. Aorist. sec. [21] ἔτυχον. Præteritum [22] τε-
20 τύχηκα, à [23] τυχέω: at [24] τέτυκται, est, & paratus est.
21 tertia præteriti passiui pro [25] τέτευκται, à τεύχω.
22 Vide in * ἄφυκτος, *ineuitabilis*.

* Pagina 353, versu 13.

τμήσω. τεμῶ.

25 [1] VEL τμήσω, à τμέω: vel etiam regulare τεμῶ, 157, 27. prima plur. τεμοῦμεν, *vastabimus*: fut. med. τεμοῦμαι, 198, 12. Perfectum act. τετέμηκα, 175, 15. & 176, 3. syncope τέτμηκα, 365, 23. hinc pass. τέτμημαι: part. τετμημένος, *sectus*: aor. prim. ἐτμήθην, *excisus sum*: infinit. τμηθῆναι, *vastari*: part. τμηθεὶς, τμηθεῖσα, *sectus, secta*. Cæterùm à fut. τμήξω fit aor. pr. ἔτμηξα: part. τμήξας: composita ἀποτμήξας, *qui abscidit*: διατμήξας, *qui diffidit*.
2 [2] Hinc etiam aor. sec. ἔτμηγον & ἔτμαγον: pass. ἐτμάγην: tertia plur. ἐτμάγησαν, Bœoticè, (192, 29.) vel syncope (365, 22.) ἔτμαγεν, sine augmento τμάγεν, *secti vel separati sunt*: part. τμαγεὶς & τμηγεὶς, *scissus*.

τμάγεν.

3 [3] Sine augmento τάμον, τάμες, τάμε: fut. sec. ταμῶ: med. ταμοῦμαι.
4. 5 [4] Infin. τεμεῖν. [5] De hoc 309, 1..
6 [6] Medium τέξομαι, τέξῃ, τέξεται, *pariam, es, et*: perfect. act. τέτεχα: pass. τέτεγμαι, ξαι, κται: hinc aor. pri. ἐτέχθην, *natus sum*: subiunct. τεχθῶ, τεχθῇς, τεχθῇ. *in lucem editus fuero, is, it*: infin. τεχθῆναι, *nasci*: part. τεχθεὶς, *natus, genitus*: fut. prim. τεχθήσομαι, *pariar*.
7 [7] Sine augmento τέκον: tertia persona τέκε, *peperit*; item *genuit*, de viro: aor. sec. med. ἐτεκόμην, & reiecto augmento τεκόμην, τέκου, τέκετο.

τέκε.

τέκετο.

8 [8] Reddit rationē cur τίκτω siue τέκω nō faciat in aoristo sec. ἔτακον, cùm 178, 5. dictum sit penultimam ε mutari in aoristo sec. in α: verùm id, inquit, solùm habet locum, quum penultimam ε præcedit aut sequitur aliqua immutabilium λ, μ, ν, ρ: atque hinc excipiuntur λέγω, φλέγω, βλέπω, ἐνέγκω: de quibus 303, 31. & 302, 5. sic interdum τέμνω, vt in verbo præcedenti dictū est.
9 [9] Hoc verbum cōtinetur ea regula quā assignauit 346, 38. σκω & σκομαι, tanquā ω & ομαι. nam reduplicatio ι. nō seruatur nisi in præsenti & imperfecto, vt de verbis in μι dictū est 221, 34. sic à μιμνήσκω, fut. μνήσω: à διδύσκω, *ingredior, submergor*, fut. δύσω, perfect. δέδυκα: plusquamperf. ἐδεδύκειν: tertia plur. ἐδεδύκεσαν, & Atticè (300, 15.) ἐδεδύκεσαν, *submersi vel submersæ fuerant*. à κικλήσκω, *voco*, fut. κλήσω, à πιπίσκω, *potum præbeo*, fut. πίσω, aor. prim. ἔπισα. à πιπράσκω (Ion. πιπρήσκω) *vendo*, fut. πράσω, Ion. πρήσω. vel dic. huiusmo

μνήσω.

iusmodi verba à suis primitiuis tēpora mutuari: nempe
πιτρώσκω à τρόω vel τρώω: μιμνήσκω à μνάω: διδύσκω à δύω:
κικλήσκω à καλέω. cuius futur. καλήσω, & syncope κλήσω:
πιπίσκω à πίω: πιπράσκω vel πιπρήσκω à πράω: hinc in par-
ticipio aoristi primi pass. πραθεὶς, venditus. tamen διδρά-
σκω seruat reduplicationem in futuro, διδράσω, 375,15. διδράσκω.
Cæterùm hæc reduplicatio tam Barytonorum quàm **Reduplicatio**
circumflexorum (in quibus quoque locum habet) non ***Ionica per ε.***
solùm fit per ι, sed etiam per ε, more Ionico, veluti de
τέθνημι dictum est 328, 32. vt κάμω, κεκάμω, *laboro*: κλῶ,
κέκλω, *iubeo*. Hæc à præterito medio fieri innuit CLE-
NARDVS, 379,4. Interdū quoq; (vt de verbis in μι dixi-
mus, 232,32.) huiusmodi reduplicatio fit repetitis dua-
bus literis thematis initialibus; vt ἀλκέω, ἀλαλκέω, *pro-
pulso*. Vide quoque 298,28. [10] Hinc aorist. prim. ἔτρωσα: 10
perf. τέτρωκα: pass. τέτρωσμαι, τέτρωσαι, τέτρωται, assumpto
σ: vnde aor. prim. ἐτρώθην: infin. τρωθῆναι, *sauciari, vul-
neratum esse*: part. τρωθεὶς, *læsus, sauciatus*. [Perfecta & ANNOTATIO.
aor. verbi πιτρώσκω sæpius sine σ proferuntur in passiua
diathesi. quomodo apud Xenoph. sunt τετρωμένοι *vul-
nerati*: ἐτρώθησαν, *vulnerati sunt*, apud Herodianum: τρω-
θῇ, *vulneratus sit*, apud Hippocr. Sic etiā verbalia τρῶμα
vulnus, τρωτὸς *vulneratus*.] [11] Vel à τρόω. dicitur & 11
τρῶμι: vnde imperf. ἔτρων, ἔτρως, ἔτρω: cum ἐξ, ἐξέτρω, *ab-
ortum fecit*. [12] De hoc 304,1. A fut. θρέξω, aor. pri. ἔθρεξα, 12
& poëticè (170,38.) θρέξασκον, *cucurri & [illegible] cucurrerunt*, vel
currebam & currebant. futurū med. θρέξομαι, θρέξῃ, & At-
ticè (306,36.) θρέξει: cum περὶ, περιθρέξει, *circumcurret*.
[13] Infinit. δραμεῖν, & Doricè (183,15.) δραμῆν, *cucurrisse*. 13 δραμῆν.
[14] Poterat etiam duci à δραμέω, 214,1. sed præt. medium 14
δέδρομα, *cucurri*, à δρέμω formandum, (197, 22.) non à δέδρομα.
δραμέω: nam ex hoc fieret δέδραμα, 214,1. Quidam hæc
tempora non ad τρέχω, sed ad διδράσκω referunt. [15] Sine 15
augmento φάγον: imperat. φάγε: subiunct. φάγω, φάγῃς,
φάγῃ: (cum πρὸ, προφάγῃ, *ante ederit*) prima plur. φάγω-
μεν, *comedamus*: infin. φαγεῖν. Facit quoque τρώγω in aor.
sec. ἔτραγον, 178,5. infin. τραγεῖν, *comedere*. [16] Quo etiam 16
poëtæ vtuntur. [17] De his 309,22. & 377,26. atq; 395,39. 17
Vide quoque 306,25. [18] Hinc τυχανόντων, *assequantur*, 18 τυχανόντων.
pro τυγχανέτωσαν, [illegible],33. [19] Tertia persona τεύξεται, *con-* 19
sequetur: infin. τεύξεσθαι, *adepturum esse*: part. τευξόμενος,
adepturus, consecuturus. [20] τεύχω in vsu habetur pro 20
struo, facio, fabrico: hinc in tertia plur. imperf. pass. sine
augmento τεύχατο, *struebant*. In aoristo primo act. τεῦξε τεύχατο.
pro ἔτευξε, *fecit*: tertia plur. ἔτευξαν, *fecerunt*. [21] Hinc 21 τεῦξε.
impe

imperat. τύχε, *consequere* : Opt. τύχοιμι, τύχοις, τύχοι : tertia plur. τύχοιεν: Subiūct. τύχω, τύχης, τύχῃ: prima plur. τύχωμεν: infin. τυχεῖν: part. τυχών, τυχοῦσα, *nactus, nacta, consecutus, a.* Aorist. sec. med. ἐτυχόμην, Ionicè (118,35.) ἐτυκόμην, poëticè (172,15.) τετυκόμην & τετυχόμην. *paraui, struxi* : hinc in tertia plur. τετύκοντο : & in prima plur. Optatiui τετυκοίμεθα. [22] Ionicè τετύχηκα, *nactus sum*, 235,35. & 237,5. A τετύχηκα, tertia persona τετύχηκε, *fuit, est*, sine participio. [23] Hinc etiam fit τύχησε, *contigit*, aoristus prim. sine augmento. [24] Sic in plusquamperfecto pro ἐτετεύγμην, dicitur ἐτετύγμην, & ablato ε, τετύγμην, *eram* seu *fui*: tertia persona τέτυκτο, *erat*: imperat. τέτυξο, τετύχθω, *sis, sit*: infi. τετύχθαι, *esse*: part. τετυγμένος, *factus, fabricatus*, vel *qui fuit*. inuenitur & τετευγμένος, *consecutus*. Aor. pri. ἐτύχθην, ἐτύχθης, ἐτύχθη, *effectus sum, es, est*. [25] A τέτευκται fit tertia plur. Ionica (190,15.) τετεύχαται *fabrefacti sunt*.

(Margin: τετυχόμην. τετύκοντο. 22 τετυκοίμεθα. τετύχηκα. 23 τύχησε. 24 τετύγμην, τέτυκτο: τετύχθω: τετύχθαι. τετυγμένος: τετευγμένος. 25 ἐτύχθη.)

Υ

(Margin: ὑπισχνοῦμαι ab ὑπισχέομαι & ὑφίσταμαι.)

Ὑπισχνοῦμαι, *promitto*. Fut. ὑποσχήσομαι : Præt.

1 [1] ὑπέσχημαι: Aor. prim. ὑπεσχέθην : Aor. sec. med.

2. 3 [2] ὑπεσχόμην, ab [3] ὑποσχέομαι. at fut. ὑποστήσομαι,

4. 5 *promittam*, ab [4] ὑφίσταμαι: Aorist. sec. [5] ὑπέστην.

1. 2 [1] Hinc Infin. ὑποσχῆσθαι, *promisisse*. [2] Imperat. ὑπόσχου & Ionicè (193,29.) ὑπόσχεο, *promitte* : infin. ὑποσχέσθαι, *spopondisse*: part. ὑποσχόμενος, *sponsionem faciens, pollicitus*.

(Margin: ὑπόσχεο.)

3 [3] Quod componitur ex ὑπὸ & σχέομαι : actiuum σχέω, de

4 quo in verbo ἔχω. 381,14, & 18, & 24. [4] Quod etiam componitur ex ὑπὸ (172, 1. & 9.) & ἵσταμαι, 227,15. &

5 228,2. [5] In ὑπέστην, π præpositionis ὑπὸ non migrat in φ, vt in ὑφίσταμαι & ὑφίστημι. nam simplex ἔστην (226,32.) lenem habet spiritum. Ab ὑπέστην, tertia plur. ὑπέστησαν, & syncope ὑπέσταν, *polliciti sunt* : vt simplex ἔστησαν ἔσταν, 365,31. tertia singularis imperatiui ὑποστήτω, *promittat*: infinit. ὑποστῆναι, *promittere*, 226,34. & 227,9.

(Margin: ὑπέσταν.)

Φ

(Margin: φάναι. φᾶναι. ἀποφλῆναι. φέρω ab οἴω, ἐνέγκω, ἐνέχω, φρῶ & φρῆμι. διενήνοχα à διαφέρω. ἀνενεχθείς.)

1 [1] Φάναι, *dicere*: præs. φημί: φᾶναι verò per ᾶ, *lucere*,

2 *apparere*; aor. 1. à φαίνω, *luceo, appareo*; pro quo & φῆναι, ἀποφλῆναι, *demigrare*, [2] vt μιᾶναι, μιῆναι, *fœdare*.

3. 4 Φέρω, *fero*. Fut. [3] οἴσω, ab οἴω. Aor. 1. [4] ἤνεγκα; sec.

5. 6 [5] ἤνεγκον, ab ἐνέγκω. Præt. med. [6] Att. ἐνήνοχα, διενήνοχα, *excellui*, ab ἐνέχω. Aor. 1. pass. [7] ἠνέχθην. [8] Part.

7. 8 ἐνεχθείς. sic ἀναφέρω, *refero*, *conualesco*: ἀνηνέχθην, ἀνενεχθείς, *refocillatus*. Cæteri per syncopen dicta sunt φρῆμι φρεῖν, *ferre* : φρέω φρῶ, *fero* : vnde

φρῆμι. Imperat. 2. aor. φρὲς, fer: εἴσφρες, infer, admitte, irrumpe: ἔκφρες, effer, emitte: vt [9] θὲς, pone. Aor. 1. ἔφρηκα. Fut. φρήσω, [10] εἰσφρήσω, inferam, admittam. 9 10

φθάνω, assequor quod efficere cōtēdo, præuenio. Fut. [11] φθάσω, à φθάω. Aor. 2. [12] ἔφθην, à φθῆμι: opt. φθαίην. 11

φθίνω, tabesco. Fut. φθίσω, à [13] φθίω. [14] complura in νω, dum tempora formant, negligunt ν; φθάνω, φθίνω, πίνω bibo, tanquam à φθάω, φθίω, πίω. 12 13 14 15

Φύω, produco. [15] Fut. φύσω. [16] Aor. 2. ἔφυν, à [17] φῦμι. 16 17

εἴσφρες ab εἰσφέρω.
ἔκφρες ab ἐκφέρω.
εἰσφρήσω ab εἰσφέρω.
φθάνω à φθάω & φθῆμι.
φθίνω à φθίω.
Annotatio de finitis in νω.
φύω à φῦμι.

[1] De Hoc 328, 14. [2] Ab aoristo primo indicatiui ἐμίανα communiter, & ἐμίηνα Atticè; vt habes 177, 3. sic à φαίνω, aorist. prim. ἔφανα & ἔφηνα, ἔφηνας, ἔφηνε: cum ἐν, ἐνέφηνεν, ostendit. Aoristus med. ἐφηνάμην, tertia persona ἐφήνατο, apparuit. Huius perfectum pass. πέφασμαι, πέφανσαι, πέφανται, 189, 11. vnde aor. prim. ἐφάνθην & poëticè pleonasmo τοῦ α, ἐφαάνθην, ἐφαάνθης, ἐφαάνθη, apparui, isti, it. [3] Doricè οἰσῶ: fut. med. οἰσοῦμαι, οἰσῇ, feram, feres, (395, 26.) pro οἴσομαι, οἴσῃ. Ab οἴω perfectū esset ὦκα, 158, 13. & 171, 31. passiuum ὦσμαι, ὦσαι, ὦσται: vnde reiecto augmēto fit verbale (261, 18.) οἰστέος, ferendus: & οἰστέον, ferendum est: hinc etiam aorist. prim. ὤσθην, ὤσθης: vnde fut. prim. οἰσθήσομαι, ferar. [4] De hoc 302, 6. & 16. Pro ἤνεγκα poëtæ dicunt ἤνεικα, & deposito augmento ἔνεικα, ας, ε: (cum κατὰ, κάτένεικε, detulit) & cum augmento Attico ε in medio (298, 15. & 299, 4.) †ἐνήνεικα, ab ἐνείκω: in Opt. Æolico (181, 2.) ἐνείκειε, tulisset: infin. ἐνεῖκαι, tulisse: part. ἐνείκας, qui tulit. Aor. prim. med. ἠνεικάμην, tuli: tertia persona sine augmento ἐνείκατο, tulit, portauit: subiunct. ἐνείκωμαι, tertia plur. ἐνείκωνται, tulerint. [5] Sine augmento ἔνεγκον, tuli: infin. ἐνεγκεῖν, sustinere, tulisse: part. ἐνεγκὼν, qui tulit: ἐνεγκοῦσα, quæ tulit: sumitur pro patria. [6] Attici enim (vt habes 297, 25.) inchoatorum ab ε, ο, & α breui, præterito communi præfigūt duas priores literas præsentis. Hîc verò notandum in ἐνήνοχα, ε penultimam præsentis ἐνέχω, mutatam in ο more dissyllaborum, vt λέγω, λέλογα, 197, 21. polysyllaba enim regulariter in mutant ε in ο. quamuis ab ἔχω simplici dissyllabo possit ductum videri. Ab ἐνήνοχα participium ἐνηνοχὼς, qui tulit. Pro ἐνήνοχα Macedones dicunt † ἀγκόχα: tertia plur. ἀγκόχασιν. [ἀγκόχασι (inquit Varinus) apud nullum reperitur τῶν ἀρχαίων, sed tantum in epistola Philippi Macedonis. Ita Varinus: at mendose. scribendum enim [illegible].

1. 2
ἐφαάνθη. 3
οἰσῇ.
οἰστέος.
οἰστέον.
ἤνεικα. 4
ἔνεικα.
ἐνήνεικα.
ἐνείκατο.
ἔνεγκον. 5
6
ἐνήνοχα.
ἀγκόχασι.
ANNOTATIO.

b

sic

sic enim Phrynichus in Atticis ἐκλογαῖς *respuit* ἀγήοχα. *at*
si quis dicat Lysiam usum esse composito καταγηόχασι, *non*
vult firmam illi fidem tribui, cū Demosthenes ἤχασι *dicat,*
non καταγηόχασι. *eodemq; modo Thomas,* εἰσῆχε *(inquit)* κάλλιον ἢ εἰσαγήοχεν. *Vtitur tamen isto præterito etiā Synesius*
in epist. 31. προσαγηόχασιν ἐμοὶ τὸν ἄνδρα: *& participio Philippus in epistola quadam apud Demosth. pro Corona,* ἴστε
ἡμᾶς φρουρὰς εἰσαγηοχότας, scitóte nos præsidia introdu-

ἐνείχθην.

7 xisse.] [7] Et ἠνείχθην, sine augmento ἐνείχθην, *latus sum:*
part. ἐνεχθεὶς, *latus*, ab ἐνείκω: ἠνέχθην verò ab ἐνέχω, cuius
perfect. pass. ἠνεῖμαι, vnde part. ἠνειμένος, *latus*: cum διὰ,
8 διηνεγμένος, *transportatus.* [8] Imperat. ἐνέχθητι, Opt. ἐνεχθείην, ἐνεχθείης, ἐνεχθείη: subiūct. ἐνεχθῶ: infin. ἐνεχθῆναι:
cum κατὰ, κατενεχθῆναι, *delatū esse, deferri*: part. κατενεχθεὶς,
delatus, depressus: κατενεχθέντες, *ad terram venientes.*
9 [9] De hoc 235,11. [10] Aorist. primus εἰσέφρησα, vnde part.
10 εἰσφρήσας, *qui intulit*: aor. prim. med. εἰσεφρησάμην: infin.
Verborum ... præsentia.

In iis quæ habent υ pro characteristica, ... tur.

σι
θι
τω
ναι
in μι
...
...
...ς

plurali vt, ἀνακρεμαννύντες, *suspendentes*. In voce passiua terminatio est mutanda in μαι: veluti ται in tertia singulari præsentis indicatiui, in αἴνυται, *capit, aufert*: ἀντιλάζυται, *recipit, capessit*: ἵδρυται, *situs est*: σκεδάννυται, *dispergitur, euanescit*. σθον in secunda duali: vt, τίννυσθον, *punitis*. μεθα in prima plurali: vt, ἐπιμίγνυμεθα, *miscemur*. νται & Ionicè αται in tertia: vt, εἰρύαται, *custodiunt*. σθαι in infinitiuo: vt, εἰρύσθαι, *seruare, custodire, trahi*: κατειρύσθαι, *detrahi, deduci*: ἐννύσθαι, *induere*: παραίνυσθαι, *adimere, auferre*. μενος in participio masculino: vt, ἐπιμιγνύμενος, *immiscens*: κινύμενος, *qui mouetur*: παραπολλύμενος, *intercidens, disperiens*: ἱδρυόμενος, *stans*: at ἱδρυμένος, *situs, positus*, accentu in penultima, perfectum est, ab eodem tamen themate. μενα in neutro plurali: vt, ἀντενδεικνύμενα, *quæ contrariam indicationem habent*: συνενδεικνύμενα, *quæ indicationi conferunt*.

ται · σθον · μεθα · νται · σθαι · μενος · μενα — in μαι

QVOD Autem attinet ad præsentia composita ex iis verbis in μι, quorum coniugatio habetur in Institutionibus CLENARDI, non habeo melius consilium aut expeditius, quàm vt huiusmodi simplicium coniugationes ad verbum edisci suadeam. si enim hæ probè teneantur, nulla sanè incidet difficultas in rimando compositorum themate. sed vt rudiores ad manum & in promptu habeant vbi se possint exercere, ex huiusmodi compositis ea quæ sæpius occurrunt in medium proferamus: ac primùm loquamur de iis quæ componuntur è τίθημι: de quo 224,7. hæc in omnibus quorumuis præsentium personis è simplici semper seruant τιθ. si igitur quod has tres literas sequitur mutaueris in ημι pro temporibus actiuis, & in εμαι pro passiuis, verum habebis thema: vt in ἐπιτίθησι, *superimponit*, mutetur ησι in ημι, consurgit thema ἐπιτίθημι. sic εμεν in prima plurali: vt, ἀνατίθεμεν, *dicamus*: προστίθεμεν, *attribuimus*. ς pro ετι in imperatiuo, 235,16. vt διατίθες, *dispone*: ἐπιτίθες, *impone*. ἐναι in infinitiuo: vt, ἐπιτιθέναι, *imponere*: προτιθέναι, *proponere, permittere*: συντιθέναι, *componere, conscribere*: ὑποτιθέναι, *supponere, instituere*. εις in participio masculino: vt, ἐπιτιθεὶς, *imponens*: παρα[illegible], *prodens*: [illegible]θεὶς, *differens*: προστιθεὶς, *adijciens*: [illegible], *constituens*: [illegible]θεὶς, *post habens*. Terminationes verò passiuæ mutentur in εμαι: vt εται in tertia singulari indicatiui: [illegible]ται, *disponit*: [illegible], *conditur, [illegible]*: [illegible], *suggerit*. εσο in secunda singulari imperatiui: vt, ἀποτίθεσο, *recondes*. εσθε in secunda plurali: vt, συντίθεσθε, *componite, paciscimini*. εσθαι in infinitiuo: vt, [illegible]-

Præsentia compositorum in μι quomodo excutienda.

Composita è τίθημι.

ησι · εμεν · ς · εναι · εις — in ημι.

εται · εσο · εσθε · εσθαι — in εμαι.

έμθον, *έμθοι*, *έμθα* } *in εμαι*

τίθεαζ, *deponere* : διατίθεαζ, *disponere* : προσίθεαζ, *accedere*: προτίθεαζ, *proponere*: συντίθεαζ, *animaduertere*. έμενον in particip. singulari masc. vt, διατιθέμενον, *administrans*: παρατιθέμενον, *cui fercula apponuntur*: προτιθέμενον, *proponens, producens* : ὑποτιθέμενον, *subducens* : ὑπερτιθέμενον, *tardus*: ὑποτιθέμενον, *ponens, edocens*. έμενοι in plurali: vt, ἀνατιθέμενοι, *dicati* : διατιθέμενοι, *constituentes* : συντιθέμενοι, *consentientes*. έμενα in neutro plurali : vt, παρατιθέμενα, *fercula*. Idem sentiendum de cæteris à τίθημι aut τίθεμαι compositis.

Composita ab ἵστημι.

PRAESENTIA Compositorum ab ἵστημι, vbique seruant tres literas simplicis, nempe ισ : quicquid has sequitur, mutandum in ημι in temporibus actiuis, & in αμαι in passiuis, atq; hoc modo verum semper habebis thema: velut ησι in tertia singulari indicatiui : vt, ἀνίστησι, *suscitat* : ἀφίστησι, *pellit, auocat* : ἐξίστησι, *reddit attonitum*: ἐπίστησι, *præficit, adhibet*, ab Ionico (118,30.) ἐπίστημι pro ἐφίστημι : καθίστησι, *constituit*: dicitur & καθιστᾶ, *tuetur*, quasi à καθιστάω, (236,19.) περιίστησι, *conuertit*. ατον in secunda duali: vt, ἐφίστατον, *consistitis*. αμεν in prima plurali : vt, καθίσταμεν, *præficimus*. ατε in secunda : vt, ἀνίστατε, *excitatis*. ᾶσι in tertia : vt, ἐφιστᾶσι, *statuto tempore celebrant* : καθιστᾶσι, *præficiunt* : παριστᾶσιν, *sistunt*. η pro αθι in imperatiuo, 328,29. vt, ἐφίστη, *præfice*: καθίστη, *effice* : προσίστη, *obijce*. sic κρήμνη, *præcipita*, pro κρήμναθι à κρήμνημι. ατε in secunda plurali: vt, καθίστατε, *constituite*. In optatiuo αίην, αίης: vt, ἀνισταίην, ἀνισταίης, *inseram, inseras*. eiusdem formę est καταστεθναίη, *moreretur*, à κατατέθνημι. άναι in infinitiuo: vt, ἀνιστάναι, *excitare, erigere*. διιστάναι, *dirimere*: ἐνιστάναι, *collocare* : ἐπικαθιστάναι, *substituere* : ἐφιστάναι, *collocare*: καθιστάναι, Ionicè (120,25.) κατιστάναι, *constituere*: μεθιστάναι, *auocare, dimouere* : συνιστάναι, *constituere*, *communi consensu comparare, decuriare*. hanc formam sequuntur ἀποπιμπλάναι, *implere, satisfacere*: ab ἀποπίμπλημι : ἐμπιπράναι, *incendere*, ab ἐμπίπρημι : ὑποπιμπράναι, *succendere*, ab ὑποπίμπρημι. Pro άναι ab ἵστημι legitur ᾶν, quasi ab ἱστάω: vt, καθιστᾶν, *inijcere*: παριστᾶν, *sistere*. Rursus pro reduplicatione ι sunt quæ habent ε, 329,2. vt, παρεστάναι, & Ionicè (182,10.) παρεστάμεν, *fauere*: περιεστάναι, *vndiq; claudi*: ἐφεστάναι, *præficere* : μετεστάναι, *secedere*, Ionicum est pro μεθεστάναι, 118,30. παρεστάναι, *apparere* : προεστάναι, *præesse*: συνεστάναι, *consistere* seu *constare*. sic & in prima plurali præsentis indicatiui, καθέσταμεν, pro καθίσταμεν, *constituimus*. in tertia, ἐφεστᾶσι pro ἐφιστᾶσι, *imminent, impendent*: καθεστᾶσι, pro καθιστᾶσι, *præfecti sunt*. in secunda plurali imperatiuo

ησι, *ᾶ*, *ατον*, *αμεν*, *ατε*, *ᾶσι*, *η*, *ατε*, *αίην*, *άναι*, *ᾶν* } *in ημι.*

ε pro ι in compositis ab ἵστημι.

impera

imperatiui, παρέστατε, aſtate, pro παρίστατε. ſic in tertia ſingulari ſimplicis, ἑστάτω pro ἱστάτω. In his & huiuſmodi, vt habeas thema, ε quod ponitur ante στ, mutandum in ι. [In ἑστάναι & ſequentibus, ε non eſt pro reduplicatione ι, ſed eſt augmentum: nec enim præſentis, ſed præteriti temporis ſunt iſta verba, formata non ſimpliciter, ſed per ſyncopen: ideoque ſignificationem habent non actiuam, ſed neutram. ἐφεστάναι igitur verius ſignificat *præeſſe* quàm *præficere*. & καθέσταμεν non eſt pro καθίσταμεν, quod ſignificat *conſtituimus*: ſed pro καθεστήκαμεν ſiue καθεστάκαμεν, *conſtituti ſumus, conſiſtimus*. ſic ἐφεστᾶσι non eſt pro ἐφιστᾶσι *præficiunt*, ſed pro ἐφεστήκασι, *præfecti ſunt*, vel *inſtant*, contractum ex Ionico ἐφεστάασι, 385, 29. eodẽ modo παρέστατε ſignificat *aſtate*: at παρίσταθι *ſtatue iuxta vel prope*: & ἑστάτω *ſtet*, ἱστάτω *ſiſtat, ſtatuat*. nam ἵστημι in præſenti, imperfecto, futuro primo, & aoriſto primo, ſignificationẽ habet actiuam, *ſiſtendi, ſtatuendi*: at in perfecto, pluſquãperfecto, & aor. 2. neutram, *ſtãdi*: quod teſtimoniis probare non eſt opus, quum exempla paſſim occurrãt in carmine pariter & proſa. Eſſe autem præteriti temporis hæc ab ε inchoata, teſtatur Euſtathius quoque. nam ἕσταμεν per ſyncopen factum tradit ex ἑστήκαμεν, & ἕστασαν ex ἑστήκεσαν. ſic imperat. ἕστατον ex ἑστάκετον, *ſtate*. at ἕσταθι per pleonaſmum ex ἕστακε, *ſta*, vt κλῦθι ex κλύε. In quibus manifeſtiora ſyncopes erunt veſtigia, ſi referantur potius ad ἕστακα quam ad ἕστηκα: veluti ſi ἕστασαν ex ἑστάκεσαν, nõ ex ἑστήκεσαν, factum dicas. Etymologus vero duplicari ſyncopen indicat, quum ἕσταν ex ἑστήκεσαν eſſe conciſum docet. nam ex ἑστήκεσαν ſiue ἑστάκεσαν prima ſyncope fit ἕστασαν, de quo paulo ante: altera, ἕσταν: ἔσταν autem tenui ſpiritu, ex ἔστησαν, aor. 2. per eandem ſyncopen, vt idem teſtatur. Hoc tamen etiam ex Bud. commẽt. notabis, ἑστακέναι actiuam quoq; ſignificationem habere: vt apud Greg. ἑαυτὸν ἀνεστακέναι, *ſeipſum ſuſcitaſſe*: & Polyb. ἄνδρας ἐπιμελεῖς ἐφεστάκει, *viros diligentes præfecerat*. Certius igitur exemplum ε pro ι Ionicè (328, 32. & 38.) in reduplicatione vſurpati, eſt in Homerico ἀφεσταίη, Od. ψ, οὐ μέν κ' ἄλλη γ' ὧδε γυνὴ τετληότι θυμῷ ἀνδρὸς ἀφεσταίη. in quo etiã ἀφεσταίη poſitum neutraliter, pro aor. 2. ἀποσταίη, *abſtiterit*: hoc ſenſu, *haud ſanè alia mulier adeo audaci animo abſtiterit à viro ſuo*: vt paulo ante, τίφθ' οὕτω πατρὸς νοσφίζεαι, *quid ſic à patre ſecedis?* Vt, ſi omnino ἵστημι placeat, accipiendum ſit ſignificatione neutra, pro *ſto*: ἱστῶ vero actiua, pro *ſtatuo, ſiſto, pono*.] In ἱστῶ verò, id omne quod ſequitur [illegible]

ANNOTATIO *in regulam Anteſignani de mutatione ε in ι.*

ἕσταμεν ex ἑστήκαμεν

ἕστασαν ex ἑστήκεσαν.

& in præcedentibus, atq; in sequentibus. ας in participio masculino: vt, ἐπισυνιστὰς, *qui concitat contra aliquem*: παριστὰς, *sistens, demonstrans*: περιϊστὰς, *vndique iniciens*: συνιστὰς, *sollicitans, compellens*. huius formæ sunt βιβὰς, ἄντος, *gradiens*, à βίβημι τὸ βαίνω: & πιμπρὰς, ἄντος, *incendens*, in plurali πιμπράντες, *incendentes*, à πίμπρημι. ᾶσα in
in ημι. fœminino: vt, ἐφιστᾶσα, *reprimens*. & interdum ῶσα, tanquam à Circumflexo ἱστάω ἱστῶ: vt, καθιστῶσα, *efficiens*: παριστῶσα, *statuens*. ῶσαι in plurali: vt, προϊστῶσαι, *proponentes*. sic in masculino plurali ῶντες: vt καθιστῶντες, *confirmantes*.
In præsentibus passiuæ vocis aut mediæ, mutetur in αμαι id quod ponitur post ς: veluti ασαι in secunda persona singulari indicatiui: vt, ὑφίστασαι, *suscipis, subis, sustines*. eiusdē formæ est ὑποδάμνασαι, *subigeris, vinceris*, ab ὑποδάμναμαι. αται in tertia: vt, ἀνίσταται, *surgit*: ἐφίσταται, *instat, incumbit*: ἐξίσταται, *labat, alienatur, degenerat*: ἐφίσταται, *instat, supernatat*: προΐσταται, *tutorem & defensorem assumit*: συνεξανίσταται, *vnà consurgit*: ὑφίσταται, *suscipit*: quibus similia sunt ἀνίπταται, *euolat*. ab ἀνίπταμαι: δάμναται, *superat*, à δάμναμαι: πέταται, *volat*, à πέταμαι. άμεθα in prima plurali: vt, συνιστάμεθα, *inter nos conuenit*. ανται in tertia: vt, ἀνίστανται, *surgunt*: ἐνίστανται, *renituntur, aduersantur*: ἐξίστανται, *obliuiscuntur*: συνίστανται, *construunt, coëunt*. ασο in secunda singulari imperatiui: vt, καθίστασο, *depone*: μεθίστασο, *depone*: παρίστασο, *adsta, intersis*. vel ω pro ασο, 238, 1. vt, ἀνίστω, *surge*. αίμην, αιο, αιτο in Optatiuo: vt, μεθισταίμην, μεθισταῖο, μεθισταῖτο, *migrarem, es, et*. eiusdem formæ sunt ὀναίμην, ὄναιο, ὄναιτο, *fruar, fruaris, fruatur*: & tertia pluralis Ionica (19..., 30.) ὀναίατο, *fruantur*, ab ὄναμαι: πριαίμην, πρίαιο, *emam, emas*, à πρίαμαι: sed accentu variant. sic in Subiunctiuo πρίωμαι, *emam, comparem*, non πριῶμαι: de qua re 238, 2 . & 28. (ὀναίμην & πριαίμην possunt etiam censeri aoristi primi Optatiui medij, & πρίωμαι subiunctiui, per syncopen pro ὀνησαίμην, ήσαιο, ήσαιτο, & πριασαίμην, πριάσαιο, ac πριάσωμαι, vt habes 365, 9. & 11.) ηται in tertia subiunctiui: vt, ἐξίστηται, *emergat*. [*Nisi fortè Ionicum: solent enim hæc per αται flecti communiter*, 227, 15.] άμεθα in prima plurali: vt, καθιστάμεθα, *instituimus*: [illegible] ασθαι in infinitiuo: vt, ἀνθίστασθαι, *sistere se, opponere*: ἐξίστασθαι, *decedere*: ἐφίστασθαι, *insistere, incumbere*: μεθίστασθαι, *migrare*: προΐστασθαι, *tueri & defensitare, proponere*: συνανίστασθαι, *re-*
in αμαι. *bellare*, Ionicum est (...) pro [illegible] *honoris vel officij causa assurgere, assurgendo cedere*: [illegible]

nam

natura esse : eiusdem formæ sunt ἀλέαϑαι, *vitare, fugere,* ab ἀλέαμαι: ἀλεύαϑαι, *euitare,* ab ἀλεύαμαι. [Sed Etymol. ἀλέαϑαι & ἀλεύαϑαι deducit à verbis non in μι, sed in ω. nam ex ἀλῶ, quod contractum est ex ἀλάω τὸ πλανάω, fieri primum ἀλέω, Ionica dialysi τοῦ ῶ : inde pleonasmo τοῦ υ nasci ἀλεύω, vt σεύω & χεύω ex σέω & χέω, δεύομαι ex δέομαι. ex actiuo igitur esse particip. ἀλεύας, vt σεύας, χεύας : ex medio, ἀλευάμενος, vt σευάμενος, χευάμενος: videlicet ἀπεληλυϑότος τοῦ σ, 302, 11. itidemque ἀλεύατο κῆρα μέλαιναν exponit non per imperf. sed per aoristum ἐφυλάξατο, *declinauit, vitauit.* Præs. imper. legitur apud Hesiod. ὑπαλεύεο φήμην, declina famam.] ἀπόναϑαι, *frui:* ἐξαλέαϑαι, *effugere* : ἐπιμεκίρναϑαι, *rursus misceri* : καταπιμπράϑαι, *comburi*: πρίαϑαι, *emere, redimere* : ὑπεξαλέαϑαι, *vitare, declinare* : quorũ habebis thema, modò mutaueris αϑαι in αμαι. άμενος in participio singulari masculino: vt, ἀνιστάμενος, *excitans* : ἀφιστάμενος, *absistens, deficiens:* ἐνιστάμενος, *insistens, incipiens* : ἐξιστάμενος, *degenerans* : τὸ ἐξιστάμενον, *immutatum, quod degenerauit* : ἐφιστάμενος, *instans,* & Ionicè (118, 30.) ἐπιστάμενος, *stans, in summo, superstans* : (item *peritus*, ab ἐπίσταμαι, *scio*, 327, 2.) κατεξανιστάμενος, *imminens*: μεϑιστάμενος, *mutans locum, cedens locum* : τὸ μεϑιστάμενον, *quod amissum est* : παριστάμενος, *se offerens*: περιιστάμενος, *iniens* : περιισταμένου ἦρος, *ineunte vere*: προϊστάμενος, *præsidens*: συνιστάμενος, *accedens* : συνιστάμενοι, *conuenientes, coniurati & coëuntes* : ὑφιστάμενος, *subsidens, qui est in imo, sustinens.* eandem formam habent, ἀνακρεμάμενος, *suspensus*: μαρνάμενος, *dimicans, pugnans*: in plurali fœminino, καταχρημνάμεναι, *dependentes, præcipites pluuia plenæ* : in quibus muta άμενος & άμεναι in αμαι, & eorum thema habebis.

ANNOT.

ἄμενος } in αμαι.
ἄμεναι

IN Præsentibus compositorum à δίδωμι retinentur è simplici tres literæ διδ: quicquid has sequitur, mutandum in ωμι in temporibus actiuis, & in ομαι in passiuis: veluti ωσι in tertia singulari indicatiui: vt, ἀναδίδωσι, *producit* : ἀποδίδωσιν, *affert* : ἐκδίδωσι, *profert, exhibet, edit.* inuenitur & in eadem persona οῖ pro ωσι, quasi à circumflexo διδόω διδῶ: vt, ἐκδιδοῖ, *erumpit, exonerat se* : καταδιδοῖ, *influit* : μεταδιδοῖ, *impertit.* οῦσι in tertia plurali : vt, ἀναδιδοῦσι, *producunt, exigunt* : ἐκδιδοῦσιν, *edunt, exeunt.* pro οῦσι ponitur Ionicè όασι : vt, ἐκδιδόασι, *tradunt* : μεταδιδόασιν, *impertiunt* : παραδιδόασι, *tradunt.* όναι in infinitiuo: vt, ἀναδιδόναι, *producere*: ἀποδιδόναι, *persoluere, reddere*: [illegible], *dedere* : ἐπιδιδόναι, *prodere* [illegible], *crescere*: [illegible], *commen*[illegible]

Composita à δίδωμι.

ωσι
οῖ
οῦσι } in ωμι.
όασι
όναι

ους / ουσα } *in ωμι.*

tere : προδιδόναι, *prodere* : ὑπενδιδόναι, *terga vertere.* ους in participio masculino : vt, ἀποδιδούς, *referens, committens*: ἐνδιδούς, *dans, præbens, succumbens* : in plurali, ἐνδιδόντες, *dantes* : ἐπιδιδούς, *tradens* : συνεκδιδούς, *adiuuans ad collocandam puellam.* ουσα in fœminino: vt, ἀναδιδοῦσα, *prouenien*s : ἐνδιδοῦσα, *ciens*. In voce passiua fiat mutatio in

οται / ῶται / οσθαι / όμενος / ομένη } *in ομαι.*

ομαι : veluti οται in tertia singulari indicatiui : vt, ἀποδίδοται, *concedit.* ῶται in subiunctiuo: vt, ἀποδιδῶται, *vendat.* οσθαι in infinitiuo : vt, ἀναδίδοσθαι, *ingeri, distribui.* όμενος in participio mascul. vt, συναναδιδόμενος, *vna in digestus, diffusus.* ομένη in fœminino, προδιδομένη, *proditionem molita.*

Composita ab anomalis in μι.

SEQVVNTVR Præsentia compositorum ab anomalis in μι, quæ in multis locis ne vnum quidem thematis elementum retinent, quod nos possit in illius cognitionem deducere. In his non habeo consilium promptius aut expeditius, quàm vt simplicium coniugationes ad verbum edisci suadeam: quibus probè memoriæ mandatis, thematis inuentio tam in simplicibus quàm in compositis non potest non esse facilis, & maximè in præsentibus, de quibus nunc habetur sermo. nam eodem prorsus modo se habent præpositiones in omnibus quorumuis præsentiũ verbi alicuius personis, quo & in ipso themate. Itaque vt habeas thema in iis quæ à verbis anomalis in μι composita esse cùm ex eorum significatione, tum ex præcognita simplicis coniugatione deprehenderis, muta id omne quod ex huiusmodi coniugatione retinetur, in ipsius simplicis primam personam indicatiui eiusdem vocis: & sic semper verum compositi thema habueris, cùm in priori compositionis parte nihil omnino varietur: veluti σύνει, *ver-*

Composita ab εἰμί.

saris cum, simul es, & ἄπεστι, *abest, deest,* ex εἰμι, id est, *sum,* componi, colligere non est difficile ex conformi signi-

εἶ / ἐστί } *in εἰμι.*

ficatione, & quòd in coniugatione præsentis εἰμι inueniatur in secunda persona εἶ, & in tertia ἐστί. mutentur igitur in εἰμι, vera habebis themata, σύνειμι & ἄπειμι. idem iudicandum de aliis compositis quæ seruant ἐστί, vel quidpiam tale ex coniugatione præsentium τοῦ εἰμί: vt, ἔνεστιν, *inest, licet*: ἔξεστι, *licet* : ἔπεστι, *præest, imminet, inest, licet* : μέτεστιν, *adest, est mihi copia* : πάρεστιν, *adest, licet, datur*: περίεστι, *superest, redundat*: πρόσεστιν, *adest, additur* : impersonaliter ferè capiuntur. Huc refer μοὐστὶ pro μοῦ ἐστί.

ANNOTATIO

Nisi cum Sylb. malis μοῦστι, vt ποῦστι apud Aristoph. sæpe, pro ποῦ ἐστι, ποῦ 'στι, facta enclisi. at προσέ (459.) pro tertia πρόσεστι *accedit*, non reperio. alias esset vel [illegible]

vel *adi*, contractum ex πρόσει, (vt innuit Etymol. in ἔξεις *exi*) ab inusitato them. ἔω, quod inualuit apud Latinos.] Sic εσμεν in prima plurali: vt, πάρεσμεν, *adsumus*: & poëticè (316,22.) εἶμεν pro εσμεν: vt, ἔνειμεν, *insumus*: εστε in secunda plurali: vt, πάρεστε, *adestis, venitis*: εἰσι in tertia: vt, ἔνεισιν, *insunt*: πάρεισι, *praesto sunt, adsunt, adueniunt*: περίεισι, *supersunt*: πρόσεισιν, *insunt*: σύνεισιν, & Atticè (401,21.) ξύνεισι, *versantur cum*. Ionicè (316,23.) εασι pro εἰσι: vt, ὑπέασι, *subsunt, intus sunt*. ἴσθι in secunda singulari imperatiui: vt, ξύνισθι, *simul sis*. ἔστω in tertia: vt, ἀπέστω, *absit*: συμπροσέστω, *adhaereat*. εἴη in tertia Optatiui: vt, ἀπείη, *absit*: ἐξείη, *liceat*: ἐνείη, *insit, supersit*: μετείη, *particeps esset, intersit, versetur inter*: παρείη, *adesset*: περιείη, *superesset, supersit*: ὦ in subiunctiuo, & Ionicè (317,16.) ἔω: vt, παρῶ, & παρέω, *praesens fuero, aduenero*. sic in tertia plurali, παρῶσι, & Ionicè παρέωσι, *adfuerint, aduenerint*, vt simplex ὦσι & ἔωσι, *sint*. ἦς in secunda singulari: vt, περιῇς, *incolumis sis*. ᾖ in tertia: vt, ἐνῇ, *insit, liceat*: μετῇ & Ionicè (317,19.) μετέῃσι, *intersit*: περιῇ, *supersit*: προσῇ, *insit*. εἶναι, in infinitiuo: vt, ἀπεῖναι, *abesse*: ἐξεῖναι, *licere, fas esse*: μετεῖναι, *annumerari, participare*: παρεῖναι, *adesse*: περιεῖναι, *superesse, abundare*: προσεῖναι, *inesse*: συνεῖναι & Atticè (401, 23.) ξυνεῖναι, *versari cum*. Pro εἶναι Ion. dicunt ἔμεν (317,24.) & poëtae geminato μμ, ἔμμεν, *esse*. ὤν, ὄντος, in participio, & Ionicè ἐών, ἐόντος: vt, ἐνών, *qui inest, insitus, contentus*: ἐπιπαρών, *qui adest*: ἐπών & Ionicè ἐπεών, *qui inest*: παρὼν & παρεών, *praesens, impendens*: περιὼν & περιεών, *qui superest, superstes, viuens*: προσών, *qui adest*: συμπαρὼν & Ionicè συμπαρεών, *vnà praesens, qui simul adest*: συνών, *versans & agens cum, praesens, qui adest, qui versantur cum*. ὄντες & Ionicè ἐόντες in plurali: vt, ἀπόντες, *qui absunt*: παρόντες & Ionicè παρεόντες, *praesentes, adstantes*: περιόντες, *qui superfuerunt, qui euaserunt*: συμπαρόντες, *qui simul adsunt, fautores*: προσόντες, *qui adsunt, aduenientes*. οὖσα in foeminino: vt, ἡ ἀποῦσα, *absens, terra peregrina*: ἐνοῦσα, *quae inest*: περιοῦσα, *abundè suppetens*: in plurali: περιοῦσαι, *quae supersunt, incolumes, extantes*. in neutro singulari ὄν, & Ionicè ἐόν: vt, ἀπόν, *absens, indecens*: ἐνόν, *cùm liceat*: ἐξὸν & Ionicè ἐξεόν, *cùm liceat*: ἐπὸν & ἐπεόν, *quod inest*: μετόν, *cùm liceat*: παρὸν & παρεόν, *praesens, quod adest*: & absolutè seu impersonaliter, *cùm liceat, cùm adsit facultas, cùm oblata sit occasio*: περιόν, *quod superest, reliquiae*: προσόν, *quod superest, incommodum occurrens*. ὄντα & Ionicè ἐόντα in plurali: vt, ἐνόντα, *insita*: προσόντα, & Ionicè

εσμεν
ειμεν
εστε
εισι
ἔασι
ἴσθι
ἔστω
εἴη
ὦ
εω
ἔωσι
ῇς, ῇ
ἔῃσι
εἶναι } *in* εἰμί.
ὤν
ἐών
ὄντες
ἐόντες
οὖσα
ὄν
ἐόν
ὄντα
ἐόντα

προϋόντα, priùs existentia, præterita: τὰ προσόντα, parta bona, rationes, conditiones: & simplex τὰ ὄντα, existentia.

Composita ab εἶμι. CONSIMILIS Ratio est obseruanda in præsentibus compositorum ab εἶμι, vado, eo & ibo: cuius coniugatio posita est paginis 317. & 318. Vt enim illorum themata habeantur, mutandum in εἶμι; id quod ea composita habuerint è coniugatione simplicis εἶμι: veluti εἶ in secunda singulari indicatiui: quæ quamuis a secunda τοῦ εἰμὶ, id est sum, neque in simplici neque in compositis differat, significatione tamen facilè discernitur: quemadmodum & ipsa themata ex his duobus verbis composita, & quædam aliæ personæ, quæ sola significatione dignosci possunt ab hocne an ab illo componantur: vt, † πρόσει, adis, vel adibis: vsurpatur quoq; pro tertia, accedit. εἶσι in tertia: vt, ἔνεισι, succrescit, excrescit, ascendit: ἄπεισι, abit, redit: δίεισι, transit, transmittit: εἴσεισι, subit, ingreditur: κάτεισι, descendit: μέτεισι, vlciscitur: πάρεισι, prodit, accedit: περίεισι, ambit, circumit, vel circumibit: πρόσεισι, procedit: πρόσεισιν, accedit, obuenit. ἴμεν in prima plurali: vt, μέτιμεν, petimus, proficiscimur. (dicitur & ἴεμεν, quasi ab ἵημι: vt, κατίεμεν, descendimus) ἴασι Ionicè in tertia plurali: vt, ἐξίασιν, exeunt: ἐπίασιν, irruunt, increpant: μετίασιν, animaduertunt in: παρίασι, prodeunt, accedunt: περιίασι, circumeunt, peragrant, oberrant: συναπίασι, simul discedunt. ἴθι in imperatiuo: vt, ἄπιθι, discede, abi: εἴσιθι, ingredere: ἔξιθι, exi, abi: hinc ἔξιθι, pro ἢ ἔξιθι, vel exi: ἐπάνιθι, redi: πάρελθι, accede, adesto: πρόσιθι, accede. ἴτω in tertia: vt, παρίτω, veniat: προσίτω, accedat. ἴτον in secunda duali: vt, ἔπιτον, accedite: πρόσιτον, accedite. ἴτε in secunda plurali: vt, πάριτε, adeste, transite. εἶναι in infinitiuo: vt, κατεῖναι, descendere: ὑπεῖναι, subrepere, subintrare. dicitur etiam poëticè ἴμεναι & ἴμμεναι, veluti & pro εἶναι ab εἰμὶ, sum, 317, 19. vt, ἐξίμεναι & ἐξίμμεναι, exire. sæpenumero quoque occurrit ἰέναι: vt, ἀντιπαρεξιέναι, occurrere: ἀπεξιέναι, vindicare. [Sed in vindicandi significatione verius dicitur ἐπεξιέναι, quod propriè significat exire aduersus, vt quum hostis propulsandi gratia exitur. ἀπεξιέναι esset exire alicunde.] εἰσιέναι, intrare: cum ὑπὸ, ὑπεισιέναι, subire: ἐκπεριιέναι, ambire & vsquequaque circumdare: ἐπεξιέναι, egredi, persequi: ἐπιέναι, inuadere: ἐπιπαριέναι, accedere: ἐπισυνιέναι, conuenire: ἐσιέναι, ingredi: κατιέναι, reuerti, descendere: μετιέναι, petere, arcessere, persequi: παριέναι, ingredi: [illegible] agrare: [illegible]

ἐς — in εἶμι.

ἴσι

ἴμεν

ἴεμεν

ἴασι

ἴθι

ἴτω

ἴτον

ἴτε

εἶναι

ἴμεναι

ἴμμεναι

ἰέναι

ANNOT.

ὑπαπιέναι, *abire* : ὑπεξιέναι, *prodire* : ὑπιέναι, *fubire*. hic infinitiuus ἰέναι fit tanquam ab ἴμι. fic part. ἰεὶς : vnde † διεὶς, διέντος, *tranfiens*, in genitiuo plur. διέντων, *percurrentium* : διεξιεὶς, *perrumpens, irrumpens* : ἐμπεριεὶς, *velox* : ἐξιεὶς, *exiens* : ἐπιεὶς, ἐντος, ἐνσι, in datiuo plurali ἐπιεῖσιν, *inuaforibus*. regulare tamen participium eft ὁ ἰὼν, ἰόντος : ἡ ἰοῦσα ἰούσης : τὸ ἰὸν, ἰόντος, *iens* : vnde compofita, ἀνιὼν, όντος, *afcendens, oriens* : ἀντεπεξιὼν, *infequens, fefe fubinde opponens* : ἀπιὼν, *abiens* : ἀνιὼν, *afcendens* : εἰσιὼν, *ingreffus* : ἐξανιὼν, *egreffus* : ἐξιὼν, *exiens* : & de futuro *exiturus*. [*Nifi fortè quædam ex his & fimilibus compofitis pertineant ad* ἵημι, mitto.] ἐπανιὼν, *reuerfus, qui regreditur* : ἐπεξιὼν, *perfequens* : ἐπιπαρεξιὼν, *paulatim euadens, excedens, vitans, detrectans* : ἐπικατιὼν, *defcendens, defidens* : ἐπιπαριὼν, *fuperueniens* : ἐπιὼν, ἐπιόντος, *inftans, infequens* : ἐπιὼν, *ingreffus, concedens* : κατιὼν, κατιόντος, *decurrens, delabens* : μετιὼν, *percurrens, ambiens* : παρεξιὼν, παρεξιόντος, *prætereiens, obequitans* : παριὼν, *tranfiens* : περιιὼν, *circumiens* : προιὼν, προιόντος, *præcedens, prodiens, progreffus* : προσιὼν, *accedens* : συγκατιὼν, *vnà defcendens*. ἰόντες in plurali : vt, ἐπισυνιόντες, *conuenientes* : μετιόντες, *follicitantes, vlcifcentes* : παρεισιόντες, *introëuntes, ingredientes* : παριόντες, *prætereuntes* : ὑπαπιόντες, *difcedentes* : ὑπιόντες, *laceffentes*. ἰοῦσα in fœminino fingulari : vt, διοῦσα, *quæ tranfcurrit* : ἡ ἐπιοῦσα, *poftera ac proximè fequens, craftina dies* vel *nox* : κατιοῦσα, *defcendens*. ἰὸν in neutro : vt, ἐπιὸν, *quod irruit, quod fequitur, quod in mentem veniebat* : περιιὸν, *quod fupereft*. ἰόντα in plurali vt, τὰ εἰσιόντα, *ingredientia, cibus & potus* : τὰ προσιόντα, *prouentiones, reditus*. Sunt qui malint huiufmodi participia effe aor. fecundi, quafi à fimplici εἴω, cuius aor. fec. ἴον : vnde & in Optatiui tertia plurali ἴοιεν, *irent, tenderent* : compofita παρεξίοιεν, *præterirent* : προσίοιεν, *adirent, accederent*. & in fubiunctiuo ἴω, ἴῃς, ἴῃ : prima pluralis ἴωμεν, & poëticè (306,15.) ἴομεν, *eamus* : tertia pluralis ἴωσιν, *ituri fint*. compofita, ἐπίω, *aggrediar* : ἐπίωμεν, *aggrediamur* : dicitur & poëticè ἐπιίω, *inuafero*, feruato ι præpofitioni ἐπὶ, 72,29. in tertia perfona ἐπίῃ, *inuaferit, fuccurrerit, in animũ venerit*. [illegible], *ineffent* : κατίῃ, *defcenderit* : προσίῃ, *aduenerit, aduentarit*. Inuenitur & huius verbi vox paffiua ἴεμαι, tanquam ab ἵημι : vnde [illegible], *adeo, aggredior* : pro actiuo [illegible] : & in tertia plurali fubiunctiui ἐπίωνται, *aggrediantur*, ab ἐπίεμαι pro ἔπειμι. fic infinitiuus κατιέσθαι, *defcendere*, à κατίεμαι pro κάτειμι.

ἰεὶς — ἰὼν — ANNOT. — ἰόντες — ἰοῦσα — ἰὸν — ἰόντα — ἴοιεν — ἴω — ἴῃ — ἴεμαι — ἴωνται — ἴεσθαι } *in* εἶμι.

PRAESENTIA Compofitorum ab ἵημι, cuius coniu

Compofita ab ἵημι.

ης, ησι, εῖ, ἑμεν, ᾶσι, ει, ετε, ῇ, ἕναι, εἱς, εντες, εῖσα, ἐν — in ημι

εται, ἑμεθα, ενται, εσθαι, ἱέμενος, ἱεμένη — in εμαι.

coniugatio habetur paginis 319. & 320. vbique retinent reduplicationẽ ι. quod post hanc ponetur, in voce actiua mutandũ erit in ημι, & in passiua in εμαι: quod inde consurget, verum erit thema: verbi gratia, ης in secunda persona singulari indicatiui: vt, *μεθιῇς, negligis*. ησι in tertia: vt, *ἀνίησι, remittit: διίησι, transmittit: ἐνίησιν, immittit: μεθίησιν, emittit: παρίησι, resoluit, languescere facit*. dicitur & εῖ pro ησι, quasi ab ἱέω, 236, 19. vt *ἐξιεῖ, excutit: κατιεῖ, demittit*, à κατίημι Ionico (118, 30.) pro *καθίημι*. sic *μεθιεῖ, remittit, perfert*, à *μετίημι* pro *μεθίημι*. si hæc in ει, penultimam acuant, *ἐξίει, καθίει, μεθίει*, erunt tertię personæ singularis imperfecti, vel secundæ imperatiui: vt, *ἐτίθει*, 234, 2.. & *τίθει*, 235, 17. ἑμεν in prima plur. vt, *ἀπίεμεν, emittimus*, ab *ἀπίημι* Ionico pro *ἀφίημι*, 118, 30. ᾶσι pro εισι Ionicè in tertia plurali: vt, *συναφιᾶσιν, insigunt: ἐξιᾶσιν, eijciunt, emittunt: ἐπαφιᾶσιν, admittunt: παριᾶσι, remittunt, admittunt*. ει pro εθι in secũda sing. imperat. 322, 33. vt, *παρίει, relaxa, remitte*. ετε in secunda plur. vt, *μεθίετε, detrectate seu detrectetis*. ῇ in tertia Subiũctiui: vt, *ἀνιῇ, cesset: ἀπιῇ, emittat*, ab *ἀπίημι* Ionico (118, 30.) pro *ἀφίημι*. ἕναι in infinitiuo: vt, *ἀνιέναι, remittere, cessare: ἐφιέναι, inijcere: καθιέναι, demittere, collocare: μεθιέναι* & Ion. (322, 38.) *μεθιέμεν, negligere: παριέναι, relinquere, permittere: προϊέναι, permittere, concedere, largiri: ὑφιέναι, submittere*. εἱς, ἕντος, in participio masculino: vt, *ἀνιείς, excitans: ἀφιείς, emittens: ἐνανιείς, remittens: καθιείς, demittens: μεθιείς, permittens: παριείς, prætermittens*. ἕντες in plur. vt, *ἀνιέντες, dimittentes: ἀφιέντες, omittentes: ἐνιέντες, inijcientes: κατιέντες, demittentes*, à κατίημι Ionico (118, 30.) pro *καθίημι*: *παριέντες, omittentes: ὑπιέντες, cedentes, remittentes*, ab Ionico ὑπίημι (118, 30.) pro *ὑφίημι*. εῖσα in fœm. singul. vt, *ἐφιεῖσα, relaxans*. ἐν in neutro: vt, *μεθιέν, transmittens*. εται in tertia sing. indicatiui pass. vt, *ἀνίεται, euanescit: διίεται, traijcitur: προσίεται, admittit, patitur, animum inducit: ὑπερίεται, extollitur: ὑπίεται, remittitur*, ab Ionico ὑπίεμαι (118, 30.) pro *ὑφίεμαι*. ἱέμεθα in prima plur. vt, *προσιέμεθα, admittimus*. ενται in tertia: vt, *ἀπίενται, emittunt*, Ionicũ est pro *ἀφίενται: ἐφίενται, petunt: προσίενται, admittunt*. εσθαι in infin. vt, *ἀφιέσθαι, pro derelicto habere: ἐφιέσθαι, studiosum esse: καταπροΐεσθαι, præuaricari, pro nihilo ducere: μεθιέσθαι, deserere: προΐεσθαι, projcere, tradere, cedere, largiri: ὑφιέσθαι, decedere*. ἱέμενος in part. sing. masc. vt, *ἀνιέμενος, vagabundus: καθιέμενος, demissus, coniectus: προϊέμενος, emittẽs: ὑφιέμενος, cõcedens, remittens, se submittẽs*: & simplex *ἱέμενος, cupiẽs, cupidus*. ἱεμένη in fœm. vt, *κατιεμένη, demissa*, à κατίεμαι Ion. pro *καθίεμαι*, 118, 30. ἱέμα

in neutro plurali : vt, τὰ ἀφιέμενα, *missilia.*

Ab ἧμαι (de quo 323,40.) componuntur ἄφημαι, vnde participiũ ἀφήμενος, *sedens*: πάρημαι, vnde παρήμενοι, *assidentes*: & κάθημαι, quod & Ionicè κάτημαι, 118,30. hæc, & ex his rursus composita, quæ significatione facilè dignoscentur, seruant communiter καθ, & Ionicè κατ : vt habeas thema, muta in ημαι id quod ponitur post καθ, vel κατ Ionicè: vt ἕαται in κατέαται, *cõstituti sedent*, quod Ionicum est (324,6.) pro κάθηνται. ώμεθα in prima plurali subiunctiui : vt, καθώμεθα, *sedeamus*. ήμενος in participio: vt, καθήμενος & Ionicè κατήμενος, *sedens, considens*: ἀποκαθήμενος, vnde ἡ ἀποκαθημένη, *mulier menstruata*: ἐπικαθήμενος & Ionicè ἐπικατήμενος, *insidens* : παρακαθήμενος, *assidens* : περικαθήμενος & Ionicè περικατήμενος, in plurali περικατήμενοι, *discumbentes* : προσκαθήμενος, *obsidens, assidens* : ὑποκαθήμενος, *insidians.*

Composita ab ἧμαι.

ἕαται, ώμεθα, ήμενος } in ημαι.

Sequuntur Ducta à κεῖμαι, de quo 326,19. hæc communiter vbique retinent κει : quod hanc syllabam sequitur, mutandum in μαι, si hinc descendere significatio quoque demonstrarit, & habebis thema : veluti ται in tertia singulari indicatiui : vt, ἀπόκειται, *repositum est*: παρέγκειται, *interpositum est, interiacet*: περίκειται, *circumdatus est*: σύγκειται, *certum est, constat, conscribitur* : ὑπέρκειται, *præest* : ὑπόκειται, *constitutum est.* σθε in secunda plurali: vt, σύγκεισθε, *coniurastis.* νται in tertia : vt, σύγκεινται, *conscribuntur, constant.* σο in secunda singulari imperatiui : vt, περίκεισο, *redimire, circumfundere.* σθω in tertia: vt, ἐπικείσθω, *imponatur* : ὑπερκείσθω, *differatur.* σθαι in infinitiuo: vt, προκεῖσθαι, *incumbere* : παρακεῖσθαι, *sequi* : προϋποκεῖσθαι, *prius editum* seu *subiectum esse*: & simplex κεῖσθαι, *iacere, positum esse.* μενος in participio: vt, ἀποκείμενος, *repositus, reconditus* : διακείμενος, *affectus*, παρακείμενος, *adiacens, recèns præteritum*: περικείμενος, *circumdatus, circumfusus*: προκείμενος, *exporrectus, præsens* : προσκείμενος, *adhærens*: (hinc aduerbium προσκειμένως, *instanter, addictè*) προϋποκείμενος, *propositus* : συγκείμενος, *simul positus*: ὑπερκατακείμενος, *super discumbens*: ὑποκείμενος, *præsens, subiectus*: & simplex κείμενος, *situs, inhærens, incumbens.* μένη in fœminino singulari, & μέναι in plurali: vt, ἐπικείμεναι, *adiacentes, circumiecta.* μενον in neutro singulari : vt, ἀντικείμενον, *oppositum, contrarium, repugnans* : ἐπικείμενον, *impendens*: τὸ προκείμενον: *id de quo agitur*: τὸ συγκείμενον, *quod conuenerat.* μενα in plurali: vt, ἐπικείμενα, *imposita*: προσκείμενα, *adhærentia, adiacentia.* Pro κεῖμαι poetæ vsurpant κέαμαι & κείομαι pro κέομαι & κέομαι : ab vtrouis in tertia singulari indicatiui κέεται.

Composita à κεῖμαι.

ται, σθε, νται, σο, σθω, σθαι, μενος, μένη, μενον, μενα } in μαι.

fit

sit κέεται, & infinitiuus κέεσθαι. vnde cum ἐπὶ, ἐπικέεσθαι, *sancitū est*: & ἐπικέεσθαι, *infligi*. & à κέομαι Optatiuus κεοίμην, κέοιο, pro κείμην, κέοιο, *iacérem, iacêres*: κέοιτο, *iaceret* seu *iaceat*, *sit*: cum ἐπὶ, ἐπικέοιτο, *incumberet*.

Composita ab ἵστημι. PRAESENTIA Orta ab ἵστημι (de quo 326, 32.) ubique seruant ισ. preterquam στέω, pro ἱστῶ, *stat*, 326, 42. in reliquis verò quæ ab ἴσημι duci ex significatione vel ex illius coniugatione deprehendentur, mutetur in ημι id quod ponetur post ισ: vt

μεν in ημι. μεν in προΐσμεν, *præscimus*, *præcognitum habemus*, primæ pluralis syncopatæ pro προΐσαμεν. & in secunda ατε, & syncope τε: vt, κάτιστε, *scitis*: σύνιστε, *simul scitis*. in tertia ασι: vt, προΐσασι, *prænorunt*. (pro simplici ἴσασι, dicitur Doricè ἴσαντι, *sciunt*, vt alias αντι pro ασι, 175, 24.) αθι in imperatiuo & syncope θι: σύνισθι, *sis conscius*.

τε, ασι, θι} in ημι.

Composita ab ἵσαμαι Idem censendum de compositis ab ἵσαμαι: & φημί, de quibus 327, 1. & 328, 1. nam in illis seruatur ισ, in his φ: vt, προεπιστάμεθα, *iam scimus*, à προεπίσταμαι: κατάφαναι, *affirmare*, à καταφημί.

Composita à φημί. Simplicis φημί, subiunctiuus est φῶ, tertia persona φῇ & Ionicè (328, 9.) φῇσι, *dicat*, poëticè φήῃ, vt στήῃ 237, 1. Et hactenus de singularibus irregularibusque Barytonorum, Circumflexorum, ac verborum in μι præsentibus: pergamus ad imperfecta.

IMPERFECTORVM THEMATA QVOMODO INVESTIGANDA.

Imperfecta augmento destituta. IN Rimandis imperfectorum augmento destitutorum thematibus eadem omnino est obseruanda ratio quæ & in præsentibus. nam in barytonis terminatio actiua mutanda in ω, & passiua in ομαι: in Circumflexis etiam & verbis in μι, id quod terminationis loco positum est, in thematis terminationem vertendum. Idem quoque est

Imperfecta cum augmento. obseruandum in imperfectis quæ augmentum receperunt: sed illud prius abiiciendum, & si qua literarum mutatio vel detractio ob augmentum facta fuerit, omnia in pristinum thematis statum erunt restituenda, vt suo loco docebimus, sed ea primùm in quæ incrementum nullum cadit, aut quæ illud poëticè abiecerunt, quia faciliora sunt, paucis expediamus. In

In imperfectis quæ augmentum non ha- Barytonis igitur actiuis, vt habeatur thema, mutetur sola terminatio in ω: veluti ον in prima persona singulari atque

atque in tertia plurali: vt, πλῶον, *nauigabam* seu *nauigaui*: (interdum enim imperfectum aoristi secundi significationem habet, pro illo'que vsurpatur) ἐρέδον, *admonebant*: si ε esset ex augmento, dicendum esse ἔρρεδον, 285,40. καθέννυον, *induebant, cooperiebant*: κλᾶγον, *lugebant, flebant*. [*Non dubitat Sylburg. quin sit scribendũ* κλαῖον flebant, à κλαίω.] ὄλεκον, *perdebant, perimebant*; ὀρέχθεν, *lugebant*. [*Sed verius est* ὀρέχθεον *apud Hesych. ex Il.* ψ, *de bobus mactatis*, ὀρέχθεον ἀμφὶ σιδήρῳ, ingemiscebant. *at Od.* ε, ῥόχθει μέγα κῦμα, strepebat.] ἀπέκφερον, *efferebant*: φρίσσον, *horrescebant*: χρῖον, *ungebant*. ε, seu εν ante vocalem, in tertia singulari: vt, ἀντικάθευδε, *vicissim dormiebat* seu *dormiuit*: ἀραρίσκεν, *aptabat* seu *aptauit*: αὖε, *clamabat, insonabat*: βράχε, *resonabat*: ἔδυνεν, *induebat* seu *induit*: ἔντυε, *parabat*, & *para* in imperatiuo: ἐπιπλώε, *veniebat ex aduerso*: ζώε, *viuebat*: κέραιρε, *miscebat*: καρκαῖρε, *commouebatur*: κήκιε, *saliebat, cum saltu sursum ferebatur*: καθικέτευεν, *obsecrabat* seu *obsecrauit*: Ionicum est (118,30.) pro καθικέτευε: nam simplex ἱκετεύω aspiratur: κρίκε, *stridebat* seu *resonauit*: (potest etiam censeri perfectum pro κέκρικεν, à κρίζω, μ. σω: vel etiam aoristi secundi pro ἔκριγε, verso γ in κ, ab eodem κρίζω, cuius futurum est etiam κρίξω) κικλήσκεν, *appellabat, vocabat*: (vide 411,3.) πάσσε, *conspergebat*: περίηιε, *circumcursabat, obambulabat*: περιστονάχιζε, *circumgemebat*: πλώε, *nauigabat*: ῥέε, *fluebat*: ῥέπε, *vergebat*: τίε, *cum honore excipiebat* seu *excepit*: ὗε, *pluebat*: ὑπέρειπε, *deijciebat* seu *deiecit*: φάε, *lucebat*: φῦεν, *adhærebat*, seu *adhæsit*. In voce passiua seu media mutetur terminatio imperfecti in ομαι: veluti όμην in prima persona singulari: vt, κρεμαθόμην, *suspensus eram*, vide 331,12. ετο in tertia: vt, καίετο, *ardebat*: κέκλετο, *hortabatur*: κήδετο, *curam habebat*: ξυνεπέσπετο, *consequebatur*: ὄσσετο, *videbat*, Æolicum est pro ὄπτετο, ab ὄσσομαι pro ὄπτομαι: cum ποτὶ Dorica præpositione pro πρὸς ποτιόσσετο, *ante oculos proponebat*: vbi ποτὶ non abiecit ι ante ο, 179,29. περιστοναχίζετο, *circumgemebat*: περιτρέφετο, *coagulabatur* seu *coagulata est, circumcreuit*: τελείετο, *perficiebatur*, à poëtico τελείομαι pro τελέομαι ὄμαι, 360,29. ὑπερείπετο, *subruebatur*, seu *subrutus est*: χώετο, *irascebatur*. εσθην in tertia duali: vt, θωρήσσεσθην, *armabantur duo*: τερπέσθην, *oblectabantur* seu *oblectati sunt*. οντο in tertia plurali: vt, ἀνείλοντο, *respondebant*. [*Sed sæpius est Aorist. 2. ab* ἀναιρέω, 355,25. † εὐπλίσσοντο, *pulchrè & pedetentim ibant*. [*vel* εὖ πλίσσοντο *vel* εὖ πλίσσοντο *scribẽdũ, vt supra* 290,20.

bent, mutetur ον / ε, εν *in* ω. ANNOT. ANNOT.

όμην / ετο / εσθην / οντο *in* ομαι. ANNOT. ANNOT.

ANNOT. — in ομαι.

notatum est.] ἠερέθοντο, *pendebant*, vide 331,21. [In ἠερέθοντο putant η ex incremēto esse, sicut etiam in ἠγερέθοντο: easdemque in horum thematibus initiales esse quas in primitiuis ἀείρω & ἐγείρω. legitur tamen apud Hesych. etiam præsens ἠερέθονται, præsenti quoque expositum, (εἰς ἀέρα αἴρονται) *in aërem tolluntur*.] μενέαινον & ἐμιώοντο, *meminerunt*, à poëtico μνάομαι, ὀκριόωντο, *litigabant, asperè congressi sunt*.

ANNOT.

[*Sed rectius fortasse vt Sylburgius, vel ὀκριόωντο, vt apud Eustath. est: vel ἀκριόωντο, vt apud Hesychiū, à themate in άομαι non in όομαι.*] ὀλέκοντο, *peribant*: ἐρέοντο, *interrogabant*: ὁρμέοντο, *procedebant* seu *processerūt*.

ANNOT.

[Pro περιμηχανόωντο, Odyss. ξ est περιμηχανόωντο, vt aliquanto ante ἐρχατόωντο & δὐχάτόωντο, nimirum ω, quod ex αο fuerat contractum, poëticè in οω dissoluto.] ὠθεῦντο, *impellebantur*: περικτείνοντο, *circumoccidebant*: περιμηχανόωντο, *struebant & moliebantur*: ποιπνύοσοντο, *recensebantur*: τανύοντο, *extendebātur*: τεύχοντο, *struebant*: τρεφέοντο, *crescebant, educabantur*. εο pro ου Ionicè (186,23.) in secūda singulari: vt, ἵζεο, *sedebas*, & *sede* in imperatiuo.

CONIECTVRA Sylburgij.

[In priore edit. erat ἵζεο, ex Hesychio videlicet, apud quem ita legitur ἵζεο ἐκαθέζε, *sedebas*, ι tenuato. sed veriora sunt ἵζεο & ἕζεο, quæ in illo sunt confusa: ac forsan occasioné illi præbuit ε in ἵζεο superscriptum literæ ι, ad significandam scripturæ duplicitatem: quod in manuscriptis libris est admodum frequens.]

Imperfecta ducta à futuro tanquam à præsenti.

NOTANDA Sunt imperfecta ducta à futuris, quæ pro præsentibus vsurpantur, de quibus 332,18. ea enim ad thema primigenium sunt referenda: vt, βήσετο, *ascendebat* seu *ascendit*, potiùs ad βαίνω quàm ad eius futurū βήσομαι: & τέρσετο, *siccabatur*, ad τέρσω: vnde futurum Æolicum τέρσω, pro τερῶ, (333,10.) quod pro præsenti vsurpatur: hinc passiuum τέρσομαι, & participium τερσόμενος, *siccatus*. Idem etiam plerumque erit obseruandum in iis imperfectis quæ ducuntur à præsentibus poëticis: quæ si in Lexicis non inueniantur, quærenda erunt primitiua è quibus poëtica illa sunt deducta.

HVC Quoque referri possunt imperfecta Ionica quæ in Barytonis inter characteristicam & terminationem recipiunt epenthesin literarum εσκ, sed augmētum rarò admittunt. in huiusmodi si mutaueris εσκ, & terminationem sequentem actiuam in ω, & passiuam in ομαι, verū habes thema, nisi mauis referre ad poëticum in σκω aut σκομαι: veluti εσκον in prima singulari & tertia plurali in sequentibus & similibus, σώεσκον, *seruabam* seu *seruabant*: πελέθεσκον, *erant*: ζώεσκον, *viuebant*: cum

(σκον — in ω.)

διῇα, διαζώεσκον, *viuebant* : (sunt qui cum augmento legant διεζώεσκον) [illegible], *inueniebant* : παρε[illegible]εσκον, *praeuertebant & superabant* : πλώεσκον, & cum augmento ἐπλώεσκον, *nauigabant*. sic εσκε seu εσκεν in tertia singulari: vt, ἔχεσκεν, *habebat, resonabat*. [Pro ἔχεσκε *resonabat*, (quod ex Herodoto proferunt v.l.) scribendum potius ἠχεσκε, ab ἠχέω, vt οἰχνεσκον ab οἰχνέω. forsan etiam pro Hesychiano [illegible], verius est [illegible], [illegible] & [illegible] synonymas dolorem significant: nisi forte Ionica vel Æolica trope α versum est in ε, sicut in ἐρημοβοσκὸς pro [illegible].] (inuenitur & praesens [illegible] poëticè pro ἔχω, *habeo*: [illegible], *habet, indignatur*) [illegible], *perpetrabat*, ab ἔρδω pro [illegible] 287, [illegible]. (inuenitur & [illegible], *faciebat, sacrificabat*) εὕδεσκε, *dormiebat*: ἰάχεσκε, *clamabat seu clamauit* : (dicitur & ἴαχε) κλαίεσκε, *plorabat* : [illegible], *abluebat* : [illegible], *curabat*: [illegible], *transcendebat*: νεικέεσκε (quod & νείκεσκε, pro ἐνείκει) *increpabat* : [illegible], *lauabat* : πλωιζέσκεν, *aduehebatur nauibus*: ποθέεσκε, *desiderabat*: πωλέεσκε, *vendebat seu vendidit*: συνναίεσκεν, *vnà habitabat* : σώεσκε, *seruabat, saluum fecit* : [illegible], *vertebat in fugam*. sic εσκετο in tertia singulari imperfecti passiui, quae terminatio vertenda est in ομαι, vt habeas thema: velut, [illegible], *[illegible]* : παρεχέσκετο, *praebebat* : [illegible], *[illegible]*. at πωλέσκετο, *obibat*, non à πώλομαι, sed à πωλέομαι seu [illegible] : si aliorum analogia seruaretur, dicendum esset [illegible], vel facta contractione [illegible], verum ex diphthongo ε tollitur subiunctiua: vide 17, 34. Sic in tertia plurali [illegible], *dormiebant*, non [illegible] aut [illegible]: & in voce actiua [illegible], *pro [illegible]*, pro [illegible] seu [illegible]. In iis quae ducuntur à verbis secundae coniugationis circumflexorum, hoc discrimen est manifestius. habent enim ασκ pro αεσκ: vt [illegible], *sinebam*, à poëtico ἐάω ῶ, pro ἐάω ῶ: at [illegible], *[illegible]*, aor. est pro [illegible], vt [illegible] pro [illegible], ab [illegible]. Poëtae in huiusmodi nonnunquam aliud α inserunt, sicuti & aliàs cõtractione facta in α, 220, 22. vt, à βοάω ῶ, βοάασκον, *clamabam* : βοάασκε, *vociferabatur* : à δηϊάω ῶ, δηϊάασκον, *populabar vel populabantur* : à ναιετάω ῶ, ναιετάασκον, *habitabat* : à πεδάω ῶ, [illegible], *impediebant, ligabant*. Ab [illegible], sit [illegible], *irrigabat*, pro [illegible], reiecta subiunctiua vocali ν. [Sed verius est à circumflexo [illegible], quod Etymol. [illegible] à quo etiã est verbale [illegible], vt [illegible] ab [illegible].]

Margin notes: ἔσκε in ω. — ANNOTATIO. — ἔσκετο in ομαι. — ασκον, ασκε, άασκον, ασκ[illegible] in άω ῶ. — έεσκεν in δω. — ANNOTATIO.

ADDVCAMVS Iam exempla quaedam imperfectorum contractorum, in quibus augmentum deside- *Imperfecta cõtracta sine augmento.*

ratur. horum sola terminatio coniugationem indicat, præterquam in prima & tertia coniugationibus, quæ in prima persona cuiusuis numeri & vocis, ac in secũda singulari passiua, atque in tertia plurali, eandem habent terminationem, quod εο & εε, atque οο & οε contrahantur in ε. in his si thema desinens in έω ῶ, aut έομαι ᾶμαι, non inueniatur, quærendum erit in όω ῶ, aut όομαι ᾶμαι. at in aliis personis ambiguitas nulla potest incidere. si enim in contractione sit ει, vel etiam ου Doricè pro ε, verbum est primæ coniugationis: si ε, tertiæ: & si ω aut α, secundæ. [Sed ου Doricè & Ionicè pro ε, non est tantum in primæ, sed etiam in tertię coniugationis verbis, vt docui supra pag. 450, 15.] In his igitur & similibus mutetur ει in εω, ἠ δυσχεπολόγει, *infinitam orationis copiam fundebat*: λάγχει, *similis erat*: ὀρέγει, *cupiebat*: & εῦντο in έομαι ᾶμαι, σβαραγεῦντο, *raucè sonabant*: διαπτεῦντο, *diuidebant*. ε in όω ῶ, ἀποχαράκε, *vallo circumdabat*. ᾶτο in όομαι ᾶμαι, ἐτεροιοῦτο, *immutatus est*. ων in άω ῶ, γόων, *lugebant* vel *lugebant*: ἔλων, *agitabant*, à poëtico ἐλάω pro ἐλαύνω: κέρων, *miscebant*, à poëtico κεράω τὸ κεραννύω. α etiam in άω ῶ, ἀμφιπεριστρώφα, *circumuertebat*: πίτνα, *pandebat* seu *pandit*: potest censeri aoristi sec. pro πίτνη seu ἐπίτνη, à πίτνημι. vnde & in imperat. πίτνατε, *pandite*: & particip. πιτνὰς, *pandens*, *extendens*: ἐφοίτα, *ibat*, *veniebat*: ᾶτο in άομαι ῶμαι, ἀλᾶτο, *errabat*: ἀμφιποτᾶτο, *circumuolabat*: ὁρᾶτο, *intuebatur*. sic ᾶσθε & poëticè (220, 22.) άασθε: vt, ἐράασθε, *cupiebatis*. & ῶντο seu poëticè (22, 20.) όωντο, vt, ὁρόωντο, *intuebantur*: σκιόωντο, *inumbrabantur*: εὐχετόωντο, *profitebantur*: inuenitur & huius prima singularis eiusdem formæ, εὐχετοώμην, *supplicarem*. si iota subscribitur, εὐχετοῴμην, erit Optatiui. dicimus & in præsenti indicatiui, εὐχετόωνται, *iactant*, *profitentur*.

ANNOTATIO.

ει in έω ῶ.

εῦντο in έομαι ᾶμαι.

ε in όω ῶ.

ᾶτο in όομαι ᾶμαι.

ων in άω ῶ.

α in άω ῶ.

ᾶτο, άασθε, ῶντο, όωντο, οώμην, όωνται — in άομαι ῶμαι.

Imperfecta à verbis in μι sine augmento.

De Imperfectis verborum in μι, quæ augmento carent, nihil aliud dicendum, quàm quod de eorundem præsentibus dictum est 452, 26. horum tamen exempla, quæ nobis alia colligẽtibus sese obtulerũt, proferamus. è compositis à τίθημι inueni, προτίθεσαν, *proponebant* seu *proposuerunt*: cum augmento diceretur προετίθεσαν. & Atticè (311, 15.) προὐτίθεσαν, à προτίθημι: & in voce pass. seu med. προτίθεντο pro προὐτίθεντο, *proponebant*, *apponebant*. Ducta ab ἵστημι nunquam recipiunt augmentum in imperfecto. quocirca, modo id quod ponitur post ισ mutetur in ημι in terminationibus actiuis, aut in αμαι in passiuis, verum consurget thema. in voce act. vt, ἀνίστη, *statuebat*: συγκαθίστη, *constituebat*, *confirmabat*: καθίστη, *constitue-*

Ducta à compositis

τίθημι,

τίθεμαι,

ἵστημι,

stituebat seu *constituit*: pro eodem legitur καθίστα, (vt simplex ἵστα, de quo 234,21.) ab Ionico καθίστημι pro καθίστημι, 118,30. rursus pro simplici ἵστη seu ἵστα, inuenitur poëticè στάσκε, *stabat*, Ionico more, vt dictum est 170,34. sed reduplicatio reiecta est: quamuis & aor. sec. possit iudicari. In voce pass. vt, ἐξίστατο, *cedebant*: μεθίστατο, *interuersabatur*: παρίστατο, *astabat*, *sistebat*: ἀνίστατο, *excitabat* seu *excitauit*: ὑφίστατο, *suscipiebat*, *constabat*: ἐφίσταντο, *incubabant* seu *incubuerunt*: συνίσταντο, *coniurabant*, *conspirabant*, *coibant*: ὑπεξίσταντο, *cedebant*. Idem iudicandum de similibus: vt, δίδη, *ligabat*, à δίδημι, quod fit à δέω: πίλνατο, *appropinquabat*, *concurrebat*, à πίλναμαι: πρίατο: (quod & cum augmento ἐπρίατο) *emebat* seu *emit*, à πρίαμαι: πλῆτο, *implebatur*, & πλῆντο, *implebantur*, *appropinquabant*, à πλῆμι, seruant vocalem longam: vide 233, 10. & 301, 24. In quarta coniug. id quod ponitur post υ, mutandum in μι aut μαι: vt, δείκνυσο, *capiebat*, & *cape* in imper. ἀπαίνυτο, *adimebat*, *eripiebat*, pro ἀπαίνυτο, ab ἀπαίνυμαι (poëticè ἀπὸ seruauit suam vocalem, 172,29.) ἔννυτο, *induebat* seu *induit*. [Tenuatur etiam ἔννυτο supra, 453,9. Ionicè forsan vel Æolicè communiter cum aspiratur, vt & primitiuum ἕω.] cum ἐξ, ἐξέννυτο, *exuebat*: ἔρυτο, *custodiebat*, & pass. *tenebatur*. [ἔρυμαι agnoscit Etymol. quoque: sed ita vt ἔρυμαι dicat etiam perfectum esse posse, ab ἐρύω, poëticè videlicet sine augmento. vide supra 452,44. & 453,7.] πνύτο, *spirabat*, *intelligebat*: cum ἐν, ἔμπνυτο, *inspirabat* seu *inspirauit*, *ad se rediit*: κίνυντο, *mouebantur*.

In Compositis ex εἰμί, *sum*, & εἶμι, *eo*, mutetur in ἦμι id quod ex eorum coniug. seruatur, accentu in antepenultimam retracto: vt, ἦν in ἔξῆν, *licebat*, ab ἔξειμι. sic μετῆν, *intereat*, *pertinebat*: παρῆν, *licebat*, *venit*, *interfuit*: περιῆν, *supererat*, *licuit*: προσῆν, *aderat*, *adhærebat*. ἐπῆν, *in mentem veniebat*, *succurrebat*. ἦσαν in ἔνησαν, *inerant*: παρῆσαν, *aderant*, *venerant*, seu *adfuerunt*, *peruenerunt*: περιῆσαν, *incolumes se præstiterunt*, *remanserant*, *reliqui erant*: συνῆσαν, *erant cum*, *simul erant*: ὑπερῆσαν, *prominebant*. ισαν in συνίεσαν, quod & Atticè, 4 .. 23.) ξυνίεσαν, *congregabantur*. ἴει pro ᾔει in ἀπῄει, *abibat*: προσῄει, *accedebat*, ab ἄπειμι & πρόσειμι, sed tanquam ab ἄπιημι, πρόσιημι, seu potius ἀπιέω ῶ, προσιέω ῶ: vide 318, 11. & 234,19. Idem sentiendum de compositis ab ἵημι, *mitto* seu *concupisco*: sed mutandum in ἵημι id quod ponetur post ι: vt ειμεν in ἀνίεμεν, *desistebamus*: συνίεμεν, *intelligebamus*, *intelligeramus*, seu *intelligimus*, vt sit præsens. εσαν in ἀφίεσαν, *ma-*

ex ἵστημι.

Ducta à δίδημι, πίλναμαι, πρίαμαι, πλῆμι.

In iis quæ ducuntur à verbis quarta, mutetur ου in ο, το: in μαι.

ANNOT.

ANNOT.

In compositis ex ἦμι mutetur ἦν, ἦσαν, ισαν, ἴει: in ἦμι.

In compositis ab ἵημι mutetur ειμεν, εσαν: in ἵημι.

numittebant: ἐπίεσαν, vrgebant, ab Ionico ἐπίημι pro ἐφίημι, 118, 31. παρίεσαν, prætermittebant, concesserunt.

ἐξ [illegible] vocis pass. in ἐφίετο, petebat: [illegible], [illegible]: & in

συν } in ἱεμαι. tertia plur. προσίεντο, & simplex ἵεντο, cupie[bant]. Ab [illegible] legitur Ion (17[illegible],34.) in tertia sing. imperf. act. [illegible] vel (vt alij malunt, seruata longa vocali) ἀνίησκεν, omit-

ANNOTATIO. tebat, pro ἀνίη. [[illegible] est pro [illegible], ab [illegible] (35[illegible], 9. & 1[illegible]5,9.) vt [illegible] ab [illegible], 467, 29. [illegible] autem non videtur posse consistere, nisi fortè in secunda persona sit positum pro ἀνίης σύ, remitteres.] A [illegible]

ἧμαι { quod fit ex κάθημαι (324, 6.) inuenitur in imperfecto absque augmento προσκάθητο, obsidebat seu [illegible], & à

Ducta ex { κεῖμαι κεῖμαι (de quo 324, 30.) κείμην, iacebam: [illegible] in tertia plurali κεῖντο, & Ionicè κέατο, & poëticè κείατο, [iace]-

ἵσταμαι bant. sic ab ἵσταμαι (de quo 164, 4.) cum ἐξ & ἐπί, [illegible], percipiebant, percepissent, pro ἐξεπίσταντο.

Imperfecta cum augmento. PERGAMVS Nunc ad imperfecta quæ sunt cum augmento: ac primùm de simplicibus, deinde de compositis agamus. In simplicibus quæ ε augmentum syllabicum receperunt, ε est abiiciendum, & imperfecti terminatio in thematis terminationem mutanda, eodem prorsus modo quo antea de præsentibus & imperfectis augmento destitutis dictum est: quod etiam in omnibus imperfectorum generibus est obseruandum: vt, [illegible] [illegible] seu [illegible], à [illegible], quod fit è [illegible], 331, 17. [illegible], saliebat, [illegible] à [illegible]: cum [illegible], [illegible], exiliebat: ἔχεθεν, habebat, à poëtico χέθω, quod fit à [illegible], 331, 18. cum [illegible], [illegible], tenebat: ἐστόβεον, maledicebant, à [illegible], irruebat seu irruit, grauauit, inhæsit, à [illegible].

Simplicia cum augmento syllabico ε in barytonis.

[In ἄσμενος si augmentum velis abiectum esse, non erit deducendum ab ἥδω, sed ab ἄδω siue ἅδω, de quo supra dixi pag. 336,1. si nolis, ab ἥδω formandum erit per systolen initialis η. id enim cum natura sit longum, incrementum recipere non potest, sed duntaxat decrementum.] κατεσπουσμένος, *festinatus*, vnde aduerbium κατεσπουδασμένως, *festinato*, ad κατασπούδομαι. In plusquamperfecto, ad ἐρείδομαι, ἤρειστο & Attica reduplicatione (297,23,39. & 300,19.) ἠρήρειστο, *inhæserat*. In aoristo primo, ad συνήδομαι, συνήσθην, *congratulatus sum, vnà lætatus sum*: ψεύδομαι, ἐψεύσθην, *sum falsus*: ἐψεύσθημεν, *falsi sumus, nos fefellit opinio*: ἐψεύσθησαν, *falsi sunt*. In Optatiuo, ψευσθείην, *fallar*. In subiunct. ψευσθῶ, ψευσθῇς, *deceptus fuerim, is*. In infinit. ψευσθῆναι, *falli, carere, priuari*. In particip. ψευσθεὶς, ψευσθεῖσα, *falsus, illusus, a*: ad ᾄδομαι, ᾀσθεὶς, *cantatus*.

Ad θω.

Ad θω: in perfecto indicatiui actiui, νένηκα, *neui*, ad νήθω: sunt qui malint referre ad νέω. In infinitiuo, ἠληκέναι, & Atticè (297, ...) ἀληλεκέναι, *moluisse*, ad ἀλήθω.

Ad θομαι.

Ad θομαι: in perfecto ...

catiui pass. κέκλωσμαι, *fatatus sum*, ad κλώθομαι. In infinitiuo, πέρθαι pro πεπέρθαι, *vastatum esse*, ad πέρθομαι. In participio, ad κλώθομαι, κεκλωσμένος, *fatatus, fato destinatus*: κεκλωσμένον, *fatatum*: νήθομαι, νενησμένος, (quod & pro νενημένος à νέω) *cui ulatus, plenus*: ἐπινήθομαι, ἐπινενησμένα, *profata, agglomerata*: πρήθομαι, πεπρησμένος, *incensus, crassus*: ἐμπρήθομαι, ἐμπεπρησμένος, *incrassatus*: σήθομαι, σεσησμένος, *cribratus, cribro excussus*: ἀλήθομαι, ἀληλεσμένος, quod & Atticè (297,33.) ἀληλεσμένος, *subactus, molitus*: legitur pro eodem, * ἠλεσμένος, sed locus videtur corruptus. In aoristo priore indicatiui, ad πλήθομαι, ἐπλάθην, *propinquaui*. [ἐπλάθην & particip. fœm. πλαθεῖσα in appropinquandi significatione proferuntur ex Euripide: apud Hesych. verò pro πλαθεὶς, quod itidem exponit προσπλασθεὶς, sine σ legendum esse πλαθεὶς, arguit & series alphabetica, & fœmininũ πλαθεῖσα, quod subsequitur. Illa sunt ex impuris thematibus πλάθω & πλάζω, per syncopen è πελάθω & πελάζω factis: hæc autem è puro πελάω, vt κραθεὶς è κεράω, per eandem syncopen. alias ἐπλάσθην, πλασθεὶς, & similia, sunt etiam à πλάσσω *fingo*, cuius ambiguitatis vitandæ gratia, sine σ proferri solet quæ appropinquandi significationem habent. A syncopato composito προσπλάζω legitur imperf. προσέπλαζε apud Hom. Od. λ: & verbale πρόσπλαστος, ad quẽ appropinquare licet, apud Æschilum è quo compos. ἀπρόσπλαστος, (Doricè pro ἀπρόσπλαστος, 249,35.) *ad quem non licet accedere, inaccessus*. apud Hesych. legitur etiam simplex πλαστὲ, expositum προσπελαστέ. alias significat etiam ficta, à πλάσσω.] πλήθομαι, ἐπλήσθην, *plenus sum*: πρήθομαι, ἐπρήσθην, *crematus sum*: ἐμπρήθομαι, ἐνεπρήσθην, *incensus sum*: πείθομαι, ἐπείσθης, *persuasus es, credidisti*. In imperatiuo, πείσθητι, *crede pare*. In Opt. καταχνησθείην, *titillationem paterer*. In subiunct. πεισθῇς, *parueris*. In infin. πεισθῆναι, *adductum esse*. In participio, ἐμπρησθεὶς, *incensus*: καταχνησθεὶς, *scalptus*: πεισθεὶς, *obsequens*: πλησθεὶς, *repletus*: πυθεὶς, *putrefactus*: συμπεισθεὶς, *consentiens, in sententiam alicuius veniens*: ὑπερπλησθεὶς, *supra modum plenus*: πλαθεῖσα, *admota, propinqua facta*. In fut. priore indicatiui, πεισθήσομαι, *parebo*, ad πείθομαι. In infin. πεισθήσεσθαι, *persuasum iri*. Ad σσομαι siue ττομαι: in part. perfecti pass. ad πίσσομαι, ἐπισμένος, *pistus*: καταπλάττομαι, καταπεπλασμένον, *cantus tibiarum*: * πράττομαι, πεπραμένος pro πεπραγμένος, *venditus*: προσπλάττομαι, προσπεπλασμένος, *adhærens*. In participio aoristi primi, μεταπλασθεὶς, *transmutatus*: μεταπλασθὲν, *transmutatum*. Ad ζω in perfecto indi

Margin notes:

** ἠλεσμένος cur reijciendũ sit non video, cum deriuatum sit ab ἀλέω, vt τετελεσμένος à τελέω, 214, 26. atque adeo ab eodem sunt ἀλέσας, ἀλεσθεὶς, & ἄλεστος apud Dioscor.*

ANNOTATIO.

*Ad σσομαι siue ττομαι. * πεπραμένος non à πράττω per elisionem τοῦ σ, sed è περάω per syncopen τοῦ ε, vt supra docui pag. 398,35.*

Ad ζω. indicatiui act. ad ἀσπίζω, ἤσπικα, *tutatus sum*: παραπλώζω παραπέπλωκε, *præteruectus est*: potest referri ad poëticũ παραπλώω, vel ad παραπίπλωμι. In particip. ad φροντίζω, πεφροντικώς, *solicitus, curans*: παρακμάζω, παρηκμακώς, *qui defloruit, qui tempus legitimum superauit*: παρηκμακότες, *ætate prouecti*: ἀπεθίζω, ἀπεθικώς, *qui desuefecit*, augetur per ε, 286, 16. & 22.

Ad ζομαι. Ad ζομαι: in perfecto indicatiui pass. ad καταχνίζομαι, καταχέκνισμαι, *pruritu libidinis vexor*: ὑπεργάζομαι, ὑπείργασμαι, *feci*, augetur per ε, 286, 16, 22. sic κατεργάζομαι, κατείργασται, *perfectum est*: ἁρμόζομαι, ἅρμοσται, pro ἥρμοσται, *adaptatum est*: πολίζομαι, πεπόλισται, *constructa est*: scilicet ciuitas: ἀνδραποδίζομαι, ἠνδραπόδισται, *mancipatus est*: μεταχειρίζομαι, μεταχεχείρισται, *tractauit, functus est*: περισαλπίζομαι, περισεσάλπισται, *tubarum clangore fuit excitatus*: συναρμόζομαι, συνήρμοσται, *coagmentatum est*: ὁρίζομαι, ὥρισται, *definitus est & certus*: διονομάζομαι, διωνόμασται, *denominatus est*: οἰκίζομαι, ᾤκισται, *situm est*: προαγωνίζομαι, προηγώνισθε, *priùs pugnastis*: In tertia plur. Ionica (190, 15. & 18.) ad ἀγωνίζομαι, ἀγωνίδαται, *decertati sunt*: χωρίζομαι, κεχωρίδαται, *discrepant, seiuncti aut separati sunt*: φράζομαι, πεφράδαται, *dicta sunt*: σκευάζομαι, ἐσκευάδαται, *instructi sunt*: ῥάζομαι τὸ ῥαίνομαι, ἐρράδαται, *aspersi sunt*: ὀνομάζομαι, ὠνομάδαται, *nominati sunt*: ἀχάζομαι, ἠχάδαται, & cum Attica reduplicatione (297, 23.) ἀκαχάδαται, & rursus deperdito augmento, seruata tamen reduplicatione, ἀκαχέδαται, *tristantur*.

ANNOTATIO. [ἀκηχέδαται & sine deposito augmento, vel etiam Doricè, si κ producatur, ἀκαχέδαται Eustathius ex ἀχέω facta scribit. communiter enim ex ἀχέω fieri ἤχηνται, repetitis duabus initialibus præsentis ακηχηνται, Ionicè ἀκηχέαται, 190, 15. interposito δ, ἀκηχέδαται. quomodo etiam ἐληλέδαται reperitur in quibusdam Homeri codicibus pro ἐληλάαται siue ἐλήλανται, ab ἐλάω τὸ ἐλαύνω: necnon ἐσταλάδατο pro ἐστάλατο, siue ἐσταλμένοι ἦσαν, à στέλλω, preter δ inserto etiã α, 190, 27.]

In imperat. ad πειράζομαι vel πειράομαι, πεπειράσθω, *periculum fiat*: ὁρίζομαι, ὡρίσθω, *finem faciat*. In infin. ad περιπειράζομαι, περιπεπειρᾶσθαι pro περιπεπειρᾶσθαι, *implicari*.

ANNOTATIO. [Rectius scribi περιπειρᾶσθαι, tempore præsenti, per contractionem è περιπειράεσθαι, cùm interpretatio docet, tum confirmant ea quæ annotaui in pag. 528, 529.] ληΐζομαι, λελῃΐσθαι, *prædatum esse*: ἀπαγχονίζομαι, ἀπηγχονίσθαι, ...

In part. ad ἐνσκιάζομαι, * ἐνεσκιασμένον, *adumbratum*, ... ἐσκιασμένον. ἐλλυχνιάζομαι, ἐλλυχνιασμένος, *accensus*, ... ἐνελλυχνιασμένος, siue Atticè (298, 23.) ἐνειλυχνιασμένος ... δινίζομαι, δεδινισμένος, & poëticè soluta diphthongo ...

* *Forsan sine κ legendum est ἐσκιασμένον, à simplici σκιάζω.*

detracto augmēto, & abiecto σ, εὐκτίμενος, *bene structus.* [Rectius proparoxytonως & dialelymenως εὔ κτίμενος. dicitur enim κτίμενος vt φθίμενος, & similia, vel Æolicè pro ἐκτισμένος, vel per syncopen pro κτιζόμενος, vt alibi (præsenti itidem tempore) εὖ ναιόμενον πτολίεθρον. vbi vero εὖ cōiungatur & disiungatur, docui supra 296,15.] ἐξηλιάζομαι, ἐξηλιασμένος, *à sole adustus*: κ[illegible]ζομαι, κλυ-χισμένος, *obscuratus, obtenebratus*: ἱματίζομαι, ἱματισμένος, *indutus*: κατ[illegible]ζομαι, κατ[illegible]σμένος *in seruitutem redactus*: κατεργάζομαι, κατειργασμένος pro κατεργασμένος, *confectus, exercitatus*: προεργάζομαι, προειργασμένος, *prius gestus*: τὰ προειργασμένα, *res prius gesta*: καυτηριάζομαι, κεκαυτηριασμένος, quod & sine augmento καυτηριασμένος, & καυτηρισμένος à καυτηρίζομαι, *notatus cauterio, inustus*: *περιπλύζομαι siue περιπλύσσομαι, περιπλυσμένος, *purus, perpurgatus*, pro περιεπλυσμένος, siue περιπεπλυσμένος: σκεδάζομαι, σκεδασμένος, pro ἐσκεδασμένος, *palatus, dispersus*: βρίζομαι, βεβρισμένος, *obrutus*. [Sed βεβρισμένος verius est à βρίθω seu pass. βρίθομαι: vtrumq; enim neutraliter vsurpatur. nam sicut Philo dicit, ὑπὸ δυσφορίας καρπῶν ἔβριθε, sic Chrysostomus cum Homero, καρπῷ βριθομένη, *fructus pondere deorsum vergens.*] κάζομαι, κεκασμένος, *instructus*: * κλάζομαι, κεκλασμένος, *fractus, mollis, languidus*: κομίζομαι, κεκομισμένος, *qui importauit, & importatus*: μυρίζομαι, μεμυρισμένος, *vnctus, vnguentis delibutus*: νάζομαι, quod & νάσσομαι, νενασμένος, *aggregatus.* [Reperio quidem νάσσομαι: at νάζομαι non item. Sed νενασμένος est etiam à puro them. νάω, à quo itidem sunt aor. illa νάσσα, νασσάμην, νάσθην, Ionica & poëtica incremēti detractione: at verbale νασμὸς pro *imbre* seu *fluxu*, est ab altero νάω *fluo.*] νομίζομαι, νενομισμένα, *instituta*: πειράζομαι, πεπειρασμένος, *expertus*: (legitur & πεπειραμένος, *tantatus*, absq; σ, sed tum potiùs ducitur à πειράομαι) πελεκίζομαι, πεπελεκισμένος, *securi percussus*: ποδίζομαι, πεποδισμένος, *pedibus vinctus*: πολίζομαι, πεπολισμένη, *condita*: πρίζομαι vel πρίομαι, πεπρισμένος, *serratus*: φράζομαι, πεφρασμένος, & Doricè (190,36.) πεφραδμένος, *dictus, apparatus*: sic προφράζομαι, προπεφραδμένος, *prædictus, prænuntiatus*: φροντίζομαι, πεφροντισμένος, *accuratus.* hinc aduerbium πεφροντισμένως, *attentè, diligenter, sedulò*: φώζομαι, πεφωσμένος, πεφωσμένη, *accensus, a*: σοφίζομαι, σεσοφισμένος, *eruditus, callidus, versutus*, hinc aduerb. σεσοφισμένως, *scitè*: χαρίζομαι, κεχαρισμένος, *iucūdus, gratus*, hinc aduerb. κεχαρισμένως, *cum gratia, ad gratiam*: ῥυθμίζομαι, ἐρρυθμισμένος, *numerosus*: σκευάζομαι, ἐσκευασμένος, *paratus*:

ANNOTATIO.

* *Verum thema est* περιπλύσσομαι: περιπλύζομαι *autē, quod hic profertur, non inuenio.*

ANNOTATIO.

* κεκλασμένος *purū habet thema*, κλάω, *vt supra etiā monui.*

ANNOTATIO.

ϛρυθίζομαι, ἐϛρυθισμένα, *lanaria herba radice curata* : συμβιάζομαι, συμβεβιασμένα, *simul per vim occupata* : ἐγγυμνάζομαι, ἐγγεγυμνασμένος, *exercitatus, probatus* : ἐπιδικάζομαι, ἐπιδεδικασμένος, *qui hæreditatem iure obtinet, & indu.. euictam & quæsitam* : συγκληΐζομαι τὸ συγκλείομαι, συγκεκληϊσμένος, *conclusus* : συγκορδυλίζομαι, συγκεκορδυλισμένος, *coaceruatus, mixtus* : προχειρίζομαι, προκεχειρισμένος, *omnibus obuius, proiectus* : καταπιέζομαι, καταπεπιεσμένος, *iacens* : ἐπιτειχίζομαι, ἐπιτετειχισμένον, *quod contra aliquos munitum est ad bellum inferendum* : † περιπτίζομαι, quod & περιπτίσσομαι, περιεπτισμένος, *purus* & quasi *decorticatus* : ἐνσκευάζομαι, ἐνεσκευασμένος, *paratus* : παρασκευάζομαι, παρεσκευασμένος, *idem* : κατασπουδάζομαι, κατεσπουδασμένον, *ambitiosum, ingenti studio factum* : ἀποσχοινίζομαι, ἀπεσχοινισμένος, *fune seiunctus ab omnibus* : ἀποψηφίζομαι, ἀπεψηφισμένος, *cõmuni decreto damnatus* : ὑποψωνίζομαι, ὑπεψωνισμένη, *propinqua partui* : ἐξετάζομαι, ἐξητασμένος, *qui est spectata virtute* : κατεναρίζομαι, κατηναρισμένα, *caesa, perdita, spoliata* : προετοιμάζομαι, προητοιμασμένος, *praeparatus* : ἐξεργάζομαι, ἐξειργασμένος, *elaboratus*, aug.. per ει : sic κατειργασμένος, κατειργασμένη, *cultus, culta, sub**actus, a*, à κατεργάζομαι : & συνειργασμένος, *cultus, elaboratus*, à συνεργάζομαι : ἀνθίζομαι, ἠνθισμένος, *tinctus* : διανθίζομαι, διηνθισμένος, *floribus distinctus* : ἐξανθίζομαι, ἐξηνθισμένος, *floribus exornatus* : ἐξανδραποδίζομαι, ἐξηνδραποδισμένος, *obnoxius, mancipatus* : καταρτίζομαι, κατηρτισμένος, *compositus, perfectus* : κατηρτισμένοι, *conserti, instructi* : κατηρτισμένα, *absoluta* : συγκαταρτίζομαι, συγκατηρτισμένος, *perfectus, impletus* : συναρμόζομαι, συνηρμοσμένος, *coaptatus* : κατασφαλίζομαι, κατησφαλισμένοι, *communiti* : ὁπλίζομαι, ὡπλισμένος, *armatus*, hinc aduerbium ὡπλισμένως, *armatè, cum armis* : ὀργάζομαι, ὠργασμένος, *subactus, mollitus, paratus* : ἐξωστίζομαι, ἐξωστισμένος, *luxatus* : οἰκίζομαι, ᾠκισμένη, *condita* : κατοικίζομαι, κατῳκισμένος, *habitans* : μετοικίζομαι, μετῳκισμένος, *translatus*. In plusquamperfecto, à κάζομαι, ἐκεκάσμην, *instructus eram* : ἐκέκασο, *instructus erat* : ὁρίζομαι, ὥριστο, *definitus erat* : κατεργάζομαι, κατέργαστο, pro κατείργαστο, *subactus erat* : προεργάζομαι, προείργαστο, *prius gestum erat* : παρασκευάζομαι. παρεσκευάδατο, *instructi erant, se apparauerant*, pro παρεσκευασμένοι ἦσαν, 190, 15. & 19. In aor. primo indicatiui, ad ῥάζομαι τὸ ῥαίνομαι, ἐῤῥάσθην, *aspersus sum* : καθαρίζομαι, ἐκαθαρίσθην, ἐκαθαρίσθης, ἐκαθαρίσθη, *purgatus es, est* : μετοικίζομαι, μετῳκίσθης, *abiisti, vel habitatum transi..*

*P... ... agnoscit iste : * ἑλίζομαι, quod & ἑλίσσομαι & ἑλίσσομαι ...

solutus est; pro ἠλύθη: *κατεργάζομαι, κατεργάθη*, pro *κατηργάθη*, *cōsummauit*: *λιάζομαι, λιάθη*, pro *ἐλιάθη*, *discessit & disparuit*: *πελάζομαι, πελάθη* pro *ἐπελάθη*, *appropinquauit*: *ὑπαιθαλιάζομαι, ὑπαιθαλιάθη*, pro *ὑπηθαλιάθη*, *in obliquum declinauit* seu *in anteriorem partem*. [ὑπαιθαλιάθη coniunctè scriptum legitur apud Etymologum quoque: non est tamen compositum ex ὑπὸ & ἀιθαλιάζομαι, vt innuit ANTESIGNANVS, dum sine augmento positū vult pro ὑπηθαλιάθη: sed ex ὕπαιθα & λιάζομαι, vt patet ex hoc Il. φ, ὕπαιθα δὲ τοῖο λιασθεὶς φεῦγε. quo in loco vt dirempta sunt ὕπαιθα & λιασθεὶς, sic apud Eustathium & alios diuisè scriptum ὕπαιθα λιάθη: & apud Homerū alibi, ὕπαιθα ἰέων: & Apollon. κοίλη ὕπαιθα νάπη.] *βράζομαι, ἐβράθη, efferbuit, tempestate est eiectus*: *πειράζομαι*: *ἐπειράθη, tentatus est*: *ἐπειράθησαν, tentati sunt*: *ἐνθρονίζομαι, ἐνεθρονίθη, sedit in solio*: *κατασφραγίζομαι, κατεσφραγίθη, obsignatus est*: *συγκαταψηφίζομαι, συγκατεψηφίθη, cooptatus est in numerum, annumeratus est suffragiis*, siue *calculis additus est*: *παρονομάζομαι, παρωνομάθη, cognominatus est*: *προσοχθίζομαι, προσωχθίθη, offensus est*: *προσηνιάζομαι, προσηνιάθη*, & Atticè (287,1.) *προσηνωάθη, acquieuit*: *καθοικίζομαι, καθοικίθησαν*, pro *κατῳκίσθησαν, incoluerunt*: *σεβάζομαι, σεβάθησαν*, pro *ἐσεβάσθησαν, coluerunt*: *λογίζομαι, ἐλογίθησαν, versati sunt*: *πιέζομαι, ἐπιέθησαν, pressi sunt*: *φανίζομαι, ἐφανίθησαν, apparuerunt*. [φανίζω legitur etiam in vulg. Lex. pro manifesto, φαίνω: sed ἀμαρτύρως: apud Hesych. verò φαντίζοιτο, φαίνοιτο: & paulo ante φαντάζει, φαίνει, quod est vsitatius: at ἠφανίθησαν est à them. ἀφανίζω, quod significat *è conspectu tollo*: deriu. ex adiect. ἀφανὴς, *non apparens, è conspectu sublatus*.] *προσορμίζομαι, προσωρμίθησαν, applicuerunt in portum*: *καταδυνάζομαι, καταδυνάθησαν*, & Bœoticè (192,29.) *κατεδύναθεν, cubuerunt*. In imp. *καθαρίθητι, mundus esto*: *σεβάθητι, venerare*: *ἐπεργαθήτω, operetur*. In Optat. *χαθείην, impellerer*: *χαθείη, impelleretur*: *παραποδιθείη, impediretur*. In subiunct. *ὀργιθῇς, irascaris*. In infinit. *ἐξανθρωπιθῆναι, ex humana forma mutari*: *ἐξωκεανιθῆναι, in Oceanum egressum fuisse*: *σκορπαθῆναι, dispergi*: *πειραθῆναι, tentari*: *πελασθῆναι, propinquare*: *περιφλοισθῆναι, detrahi corticem, cortice nudari*: *σχισθῆναι, scissum esse*. In particip. *βρασθεὶς, feruefactus*: *ἐλυσθεὶς, ἐντὸς*, * *inuolutus, tectus*, sunt qui referant ad ἐλύσσομαι: *ἐμπυκασθεὶς, coagulatus*: *ἐμπυκασθὲν, coagulatum*: *ἐξοδιασθεὶς, ab eunte illatus*: *ἐπαναγκασθεὶς, coactus*: *ἱππασθεὶς, equitandi artem edoctus*: *ἰχσθεὶς, diuulsus, diuisus*. [ἰχσθεὶς legitur etiam in vulg.

Etymologus, Suidas, Eustathius: ἐλύσθην *apud Hesych. legitur. tertium* ἐλύζω *nescio vnde sit petitum.*

ANNOTATIO.

ANNOTATIO.

**Habet purū thema in* ἰω, *& in purum in* ἰσσω *vt dictum pag. præcedenti.*

ANNOTATIO.

Lex. sed procul dubio mendosè pro σχισθεὶς *fissus*, à σχίζω *findo*. καθελκυσθεὶς quod sequitur, & ἐμπτυσθήσομαι v. 22. verius sunt à puris thematibus καθελκύω, (288, 15.) & ἐμπτύω. verius etiam esse περιαπειραθεὶς è puro, quam περιαπειρασθεὶς ex impuro, patet ex iis quæ in pag. 528. annotaui.] καθελκυσθεὶς, *detractus*: καταλυσθεὶς, *ablutus*. καταμαλθακισθεὶς, *fractus animo, mollitie affectus*: κατοικισθεὶς, *incolens*: λιασθεὶς, *separatus, egressus*: λοχισθεὶς, *insidiis exceptus*: μετεωρισθεὶς, *euectus, suspensus*: νοτισθεὶς, *madefactus*: ξενισθεὶς, *muneratus, donatus muneribus hospitio susceptus*: ὀπασθεὶς, *à tergo ligatus*: πειρασθεὶς, *tẽtatus*: * περιπλασθεὶς, *pistus*: † περιαπειρασθεὶς, *inuolutus, implicitus*. sunt qui legant sine σ, περιαπειραθεὶς: πρισθεὶς, *sectus, districtus*, potest referri ad πρίομαι: πτισθεὶς, *pistus*: (vel refer ad πτίσσομαι) πυκασθεὶς, *coopertus*: πολλαπλασιασθεὶς, *multiplicatus*: συμβιβασθεὶς, *compactus, connexus*: συνεξαθροισθεὶς, *simul dio vnà positus*: χασθεὶς, *missus, immissus*: ὑποφρασθεὶς, *animaduertens*: χειμασθεὶς, *tempestate iactatus*: χρονισθεὶς, *diuturnus, cui tempus interiectũ est*: ψεκασθεὶς, *leuiter irroratus*: οἰκισθέντες, *qui sedes collocarunt*: ἐσοικισθέντες, *coloni, immigrantes*: τὰ χρησθέντα, *res commodatæ, pecuniæ mutuæ*, item *edita oracula*. In futuro priore indicatiui, † ἐμπτυσθήσομαι, *conspuar*, referri etiam potest ad ἐμπτύομαι: καθεσθήσομαι, *sedebo*: προκαθεσθήσῃ, *præsidebis*: ἐνυπνιασθήσονται, *somniabunt*. In participio, κατοικισθησόμενος, *qui habitatum ibit*, σθησόμενος mutandum in ζομαι Ad λω: in perfecto actiui indicatiui. ἀνατέταλκεν, *exortus est*, ab ἀνατέλλω: interdũ enim hîc penultima α prouenit ex ε.

* περιπλασθεὶς habet vsitatum thema in σσω

Ad λω.

Ad λομαι.

Ad λομαι: in perfecto indicatiui passiui, ad ἀγγέλλομαι, ἤγγελμαι, *nuntiatus sum*: ἐντέλλομαι, ἐντέταλμαι, *iussus sum*: ἐντέταλται, *præceptũ est*: ἐπιστέλλομαι, ἐπέσταλμαι, *missus sum*: ποικίλλομαι, πεποίκιλται, *euariauit*. In infinitiuo, ad συστέλλομαι, συνεστάλθαι, *pauore contrahi*. In participio, ad περιείλλομαι, περιειλμένος, *inuolutus, indutus*: περιτίλλομαι, περιτετιλμένος, *vulsus*: σκύλλομαι, ἐσκυλμένος, *diuulsus, diuexatus*: σφάλλομαι, ἐσφαλμένα, *errata*: περικάμπτομαι, περικεκαμμένος, * *qui habet nasum aquilinum*, item *curuatus, inflexus, aduncus*: καταστωμύλλομαι, κατεστωμυλμένος, *garrulus*: ἐπαγγέλλομαι, ἐπηγγελμένος, *qui promisit*, aut *promissus est*: τὰ ἐπηγγελμένα, *promissa, minæ*. In sequentibus α positum ante λ fit ex ε: στέλλομαι, ἐσταλμένος, *indutus*: ἀναστέλλομαι, ἀνασταλμένος pro ἀνεσταλμένος, *sublatus*: διαστέλλομαι, τὰ διεσταλμένα, *iussa*: προστέλλομαι, προεσταλμένος, *qui compositus est ad frugalitatem*: συστέλλομαι, συνεσταλμένος, *contractus, timidus*: hinc aduerb. συνεσταλμένως, *pa-*

* *Ex significatione diceretur potius περικεκαμμένος, à περικάμπτω, in orbem curuo.*

ἐντέλλομαι, τὰ ἐντεταλμένα, *mādata*. In plusquamperfecto, ad τέλλομαι τὸ στέλλομαι, ἐτετάλμην, *iussus eram*: ἐτέταλτο, *iussum erat*: ἐξεφάλλομαι, ἐξεφῆλτο, & poëticè (370,41.) * ἐξέπαλτο, *exilijt*. In aoristo primo indicatiui passiui, ad ἀγγέλλομαι, ἠγγέλθην, *nuntiatus sum*: ἀναγγέλλομαι, ἀνηγγέλθη, *allatus est nuntius*: ἐξαγγέλλομαι, ἐξηγγέλθη, *idem*. In infinitiuo, ad τίλλομαι, τιλθῆναι, *velli* seu *depilatum esse*. In participio, ἐσαγγέλλομαι, ἐσαγγελθεὶς, έντος, in genitiuo plur. ἐσαγγελθέντων, *nuntiis aduenientibus, nuntiis acceptis*.

** ἐξέπαλτο est etiam ab ἐκπάλλομαι, ut monui pag. 371,3.*

Ad μω.

Ad μω: in perfecto actiuo, βεβρέμηκα, *strepui*, ad βρέμω.

Ad μομαι.

Ad μομαι in perfecto indicatiui passiui, ad προσνέμομαι, προσνενέμησθε, *ascripti estis*. In aoristo primo, ad νέμομαι, ἐνεμήθην, *tributus sum*. Imperat. νεμηθήτω, *distribuatur*. participium, νεμηθεὶς, *tributus*: προσνεμηθεὶς, *ascriptus*, ad προσνέμομαι.

Ad νω aut νομαι cū eadem penultima, & absque ν.

Ad νω eadem manente penultima, & ν deperdito: in perfecto actiuo, ad κλίνω, κέκλικεν, *inclinauit*. Ad νομαι: in perf. indicatiui passiui, ad κλίνομαι, κέκλιμαι, *inflexus sum, inclinatus sum*: κατακλίνομαι, κατακέκλιται, *stratus est*: παρακλίνομαι, παρακέκλιται, *adiacet*: καταπλύνομαι, καταπέπλυται, *obsorbuit*. In partic. ad κλίνομαι, κεκλιμένος, *innixus*: παρακλίνομαι, παρακεκλιμένος, *sua spōte incitatus*: κρίνομαι, κεκριμένος, *qui causam dixit, iudicatus, electus*: παρακρίνομαι, παρακεκριμένος, *dispositus*: πλύνομαι, πεπλυμένος, *elotus, lotus*. In aor. pr. indicatiui, ad κατακλίνομαι, κατεκλίθην, *decubui in lecto*: συγκρίνομαι, συνεκρίθη, *concretus est*: συνεκρίθησαν, *contractæ sunt*: ὑποκλίνομαι, ὑπεκλίθη, & poëticè (308,13.) ὑπεκλίνθη, *subnixus est*: διακρίνομαι, διεκρίθησαν, & Bœoticè (188,15.) διέκριθεν, *dirempti sunt*. In Opt. διακριθείητε, & syncope, ac poëticè seruato ν (307, 14. & 36.) διακρινθεῖτε, *separemini*. In subiunctiuo, πλυθῇ, *lotus sit*. In infinit. κριθῆναι, *iudicari, sententiam pronuntiari*: ἀποκριθῆναι, *secerni, respondere*: ἐγκριθῆναι, & poëticè (249,17.) ἐνκριθῆναι, *ascribi*: διακρίνομαι, διακριθῆναι, & poëticè (308,18.) διακρινθῆναι, & Dor. (182,6.) διακρινθήμεναι, *disiungi*. In part. κλιθεὶς, *discumbens*: κατακλιθεὶς, *idem*: συγκατακλιθέντες, *unà cubantes*: ὑποκλιθεὶς, & poëticè (308,13.) ὑποκλινθεὶς, ὑποκλινθέντος, *suppositus*: κριθεὶς, *iudicatus*: προκριθεὶς, *qui præstare iudicatur, antepositus*: συγκριθεὶς, *concretus*: διακριθεὶς, & poëticè (308,13.) διακρινθεὶς, έντος, in duali διακρινθέντε, *separati, diuisi*: πλυθεὶς, πλυθεῖσα, πλυθὲν, *lotus, lota, lotum*: καταπλυθεὶς, *ablutus*.

Ad είνω aut είνομαι ex ακ- ασ- ατ- & αθ-

Ad νω aut νομαι deperdito ν & penultima α proueniente ex ει: in participio perfecti actiui, ad κτείνω, ἐκτακὼς, ότος, *qui occidit*: τείνω, τετακὼς, *qui tetendit*: προτείνω, προτετακὼς, *instans, urgens, contendens*. In perfecto

indicatiui pass. ad παρατείνομαι, παρατέταται, exporrectus est: ἐκτείνομαι, ἐκτέταται, exporrectus seu extensus est: ἀποτείνομαι, ἀποτέταται, idem: tertia pluralis, ἀποτέταν)ται, exporrecti sunt. (hoc loco ν nō ad characteristicam, sed ad terminationem spectat. illud enim assumunt & alia verba, quæcumq; in tertia singulari habent ται purum: vide (189,8.) In part. ad τείνομαι, τεταμένος, porrectus, tensus, pertinens: ἀποτείνομαι, ἀποτεταμένος, dependens: διατείνομαι, διατεταμένος, distentus, hinc aduerbium διατεταμένως, intentis viribus: ἐντείνομαι, ἐντεταμένος, intentus: hinc aduerbium ἐντεταμένως, intensè, constanter: συντείνομαι, συντεταμένος, συντεταμένη, intentus, intenta: συντεταμένη γνώμη, intento animo: hinc aduerbium συντεταμένως, summopere, magnopere. In aor. indicatiui, ad παρεκτείνομαι, παρεξετάθης, distentus es: παρατείνομαι, παρετάθη, productus est, extēsus est: κατεκτείνομαι, κατεκτάθησαν, & Bœoticè (188,15.) κατέκταθεν, occisi sunt. In Subiūct. ad τείνομαι, ταθῶσιν, tendantur: ἐπιτείνομαι, ἐπιταθῶσιν, amplientur. In part. ταθεὶς, tensus: ἀμφιταθεὶς, circumextensus: ἀποταθεὶς productus, porrectus: ἐκταθεὶς, extensus. Ad υνομαι, in perfecto indicatiui pass. ad ἡδύνομαι, ἥδυνται, edulcatus est: καταισχύνομαι, κατῄσχυνται, erubuit, quod & poëticè κατῄσχυνται, vnde formatur regulariter (189,8.) tertia pluralis κατῄσχυνται, erubuerunt: atque ita fit vt hîc & in quibusdam aliis eadem sit vox pro tertia singulari ac tertia plurali: vt λαμπρύνομαι, λελάμπρυνται, resplenduit & resplenduerunt. [κατῄσχυνται mihi non licuit inuenire: nec video qua ratione possit defendi, quum elisionem ν admittant disyllaba tantum, 175,20. Non minus suspectum est quod scribit, in aliis etiam eandem vocem (nimirum υνται) esse pro tertia singulari ac tertia plurali: etiam si enim λελάμπρυνται occurrit alicubi pro resplenduerunt, vt ipse tradit: tamē illud Attico duntaxat more fieri cēseo, vt de κεκεράανται monui 191,16. apud Aristoph. sanè in tertia singulari legitur de Pluto, ἐξωμμάτωται, λελάμπρυνται κόρας, oculis instructus est, nitidusq; factus pupillis, id est, oculi eius & pupillæ visum receperunt.] In partic. ad πληθύνομαι, πεπληθυμμένος, qui increuit, leg. potiùs Attico more (307,3.) πεπληθυσμένος: vix enim hic inuenias μ pro ν ante μ, at σ sæpissimè: vt ἡδύνομαι, ἡδυσμένος, voluptuosus, iucundus, suauis: συνηδύνομαι, συνηδυσμένος, conditus, delicatus, suauis: λεπτύνομαι, λελεπτυσμένος, attenuatus: μολύνομαι, μεμολυσμένος, conspurcatus, contaminatus, inquinatus: παχύνομαι, πεπαχυσμένος, densatus, spissatus. In aor. priore indic. ad φαιδρύνομαι

Ad ώομαι ex υσ- ωυσ- ωυϑ- & ωυθ-

ANNOTATIO.

ἐφαιδρυώθην, *nitidus factus sum, alacer factus sum*: ἀδρυώομαι, ἠδρυώθην, *magnificatus sum*: δυθυώομαι, δυθυώθη, *damnatus est, conuictus est*: ἀγαθυώομαι, ἠγαθυώθη, *gauisus est*: ἱδρυώομαι, ἱδρυώθησαν, *collocati sunt*. In Optat. αἰσχυνθείην, *verear*: παροξυνθείης, *impulsus fueris*: πληθυνθείη, *multiplicetur*. In infinitiuo, λαμπρυνθῆναι, *illustrari*: πληθυνθῆναι, *multiplicari, plures fieri*. In participio, ἀγαθυνθεὶς, *gauisus*: ἱδρυνθεὶς, ἐντ☉, *situs*: ἱδρυνθέντες, *qui sedes posuerunt*: λεπτυνθεὶς, *extenuatus*: παροξυνθεὶς, *irritatus*: παχυνθεὶς, *corpulentus, spissatus*: σεμνυνθεὶς, *iactabundus, exultans*. In futuro priore indicatiui, καταπραϋνθήσομαι, *placabor*. In participio, ἐκμηκυνθησόμενοι, *protrahendi*. Ad αίνομαι: in perfecto indicat. pass. ad φαίνομαι, πέφασμαι, *apparui*, Atticũ est (307,3.) sed ab omnibus receptum: imò commune πέφαμμαι vix in vsu habetur: idem esto de reliquis iudiciũ & in indicatiuis & in participiis. κραίνομαι, κέκρανται, & pleonasmo τοῦ α, κεκράανται,* *perfectus* seu *absolutus est*, potest quoq; censeri Ionicè (291,20.) tertiæ pluralis. In infinitiuo, ad πεπαίνομαι, πεπάνθαι, *excoctum esse*, pro πεπεπάνθαι: συνυφαίνομαι, συνυφάνθαι, *contextum esse*. In participio, ad ὑφαίνομαι, ὑφασμένος, *textus*: ἐνυφαίνομαι, ἐνυφασμένος, *intertextus*: παρυφαίνομαι, παρυφασμένος, *obtentus, prætextus*: συνυφαίνομαι, συνυφασμένος, *vnà textus*: λυμαίνομαι, λελυμασμένος, *qui labefactauit*: μωραίνομαι, μεμωραμμένος, seu potiùs μεμωρασμένος, *stupidus*: περαίνομαι, πεπερασμένος, *finitus, à suis finibus exactus*: πεπερασμένον, *conclusum*: σημαίνομαι, σεσημασμένος, *obsignatus*: ἐπισεσημασμένα, *insignita*: κατασεσημασμένος, *obsignatus, clausus*: παρασεσημασμένος, *adulteratus*: φαίνομαι, πεφασμένος, *manifestatus*, hinc aduerbium πεφασμένως, *palàm, apertè*. In plusquamperfecti tertia singulari, †ἐπέφαντο, & poëticè abiecto ν, ἐπέφατο, à qua tertia pluralis ἐπέφαντο, *apparebant*, pro πεφασμένοι ἦσαν. In aoristo primo indicatiui, ad ἰαίνομαι, ἰάνθην, *florui, exhilaratus sum*: ἰάνθη, *floruit, exhilaratus est, lætatus est*: πικραίνομαι, ἐπικράνθην, & deperdito ν, ἐπικράθην,* *amarus factus sum*: καταξαίνομαι, κατεξάνθην, *concerptus* seu *laceratus sum*: αὐαίνομαι, αὐάνθη pro ηὐάνθη, *arefactus est*: πημαίνομαι, πημάνθη, pro ἐπημάνθη, *læsus est*: μαραίνομαι, ἐμαράνθη, *marcuit, resedit, euanuit*: ἀπομαραίνομαι, ἀπεμαράνθη, *emarcuit*: ἀπογλυκαίνομαι, ἀπεγλυκάνθη, *dulcis euasit*: διαπεραίνομαι, διεπεράνθη, *traductum est, exactum est*: ἐκφαίνομαι, ἐξεφάνθη, & pleonasmo τοῦ α, ἐξεφαάνθη, *emersit, extitit*: sic à φαίνομαι, φάανθεν, prò φάνθεν, & istud Bœoticè (192,29.) pro ἐφάνθησαν, *apparuerunt*: vide 413, 17. μαραίνομαι, ἐμαράν-

Ad αίνομαι.

* *κεκράανται, & v. 31. ἐπέφαντο, esse tantum tertiæ singularis, patet ex iis quæ annotaui in pag. præcedentem.*

* *ἐπικράθην deperdito ν nescio quomodo possit consistere, si deductum velis è πικραίνω.*

θησαν, *stulti facti sunt.* In subiunctiuo, μωρανθῇ, *infatuatus fuerit*: ἀναγλυκανθῶσι, *dulcedinem ceperint*: πεπανθῶσι, *maturuerint.* In infinitiuo, μαρανθῆναι, *tapefactum esse*: ὀσφρανθῆναι, *olfacere*: πημανθῆναι, *oblæsum esse*: πεσανθῆναι, *resiccari*: ὑφανθῆναι, *texi.* In participio, αὐανθεὶς, *arefactus*: διαθερμανθεὶς, *calefactus*: διαξανθεὶς, θεῖσα, *carptus, criminatus, a, um*: διαπεξανθεὶς, διαπεξανθεῖσα, *explicatus, a*: ἐνυφανθεὶς, *intertextus, intextus*: ἐξυγρανθεὶς, *humefactus*: εὐφρανθεὶς, *oblectatus*: θερμανθεὶς, *calefactus*: καταξανθεὶς, *concerptus*: λευκανθεὶς, *dealbatus*: μωρανθεὶς, *infatuatus*: ξηρανθεὶς, *siccatus*: ὀσφρανθεὶς, *qui olfecit odoratus*: πεπανθεὶς, *maturus*: *πορφυρανθεὶς, *qui florem purpureum habet*: προρρανθεὶς, *prius aspersus*: συνεκλεανθεὶς, *contritus, simul tritus*: φανθεὶς, *qui apparuit, noctu visus*: χλιανθεὶς, *tepefactus*: χρανθεὶς, *pollutus*: †χροανθεὶς, *nitidus, lucidus*: κρανθεῖσα, quod & κραθεῖσα, *victrix, regnans.* [Vel potius *tẽperata, mista*, per syncopen à κεράω, 345, 7.] μελανθὲν, *nigrescens*: τὸ συμπεξανθὲν, *conclusum, conclusio.*

** πορφυρανθεὶς, & v. 15. χροανθεὶς, non dubito quin deprauata sint ex πορφυρανθὴς & χροανθὴς, ac nõ participia, sed nomina, cõposita ex πορφύρα, χρόα, & ἄνθος: id quod & versio prioris indicat, & neutrũ χροανθὲς apud Hesychiũ. Vt igitur πορφυρανθὴς dicitur* cui purpureus est flos, *sic χροανθὴς* cui flos est coloratus, *Hesychio* luminosus.

Ad ερμαι cum eadem penultima.

Ad ερμαι, eadem manente penultima, in infinitiuo passiuo, ad ὄρω, ὄρθαι, *motum* seu *concitatum esse*, pro ὦρθαι siue ὀρῶρθαι, per Atticam reduplicationem, qua hoc verbum gaudet: vnde in præterito medio ὄρωρα, ὄρωρας, ὄρωρε, *concitatus sum, veni, isti, it*: in plusquamperfecto, ὀρώρει, pro ὠρώρει, *excitabatur*, 300, 19. in subiunctiuo, ὀρώρῃ, *moueatur*, pro ὄρωρα, per metathesin dicitur ἄρωρα, *impuli, agitaui, impulsus sum*: sic pro ἄρηρα, ab ἄρω, 379, inuenitur ἤραρα, *accomodaui*: ἤραρε, *congruit, aptauit, ligauit.* In participio, ad φύρομαι, πεφυρμένος, *permixtus, perfusus, accensus*, συμφύρομαι, συμπεφυρμένος, *commixtus, confusus*: ἀναφύρομαι, ἀναπεφυρμένος, *impudens, obscœnus.* In particip. aor. primi, ad ὀλοφύρομαι, ὀλοφυρθεὶς, *tædio affectus, lugens.*

Ad είρομαι ex ερ-

Ad είρομαι, cum penultima est ε: in participio perfecti passiui, ad ἀείρομαι, ἠερμένος, *sublatus.* In plusquamperfecto, ad ἀγείρομαι, tertia plural. Ionica (192, 15.) cum Attica reduplicatione (297, 8.) ἀγηγέρατο, *congregati erant.* In aoristo primo indicatiui, ad παραείρομαι, παρηέρθη, *suspensum est*: ἀναείρομαι, ἀνηέρθησαν, *suscitati sunt.*

Ad είρομαι ex αρ-

Ad είρομαι, cum penultima est α: in infinitiui perfecto pass. ad σπείρομαι, ἐσπάρθαι, *satum esse*: συμπείρομαι siue συμπέρομαι, συμπεπάρθαι, *confixum esse, transfixum esse.* In part. ad κείρομαι, κεκαρμένος, *tonsus, ornatus*: πείρομαι seu πέρομαι, *πεπαρμένος, *transfixus, traiectus, punctus*: ἐμπείρομαι seu ἐμπέρομαι, ἐμπεπαρμένος, *infixus, innexus*: ἀποφθείρομαι, ἀποφθαρμένος, *moriens*: καταφθείρομαι, κατεφθαρμένοι, *corrupti*: συμμείρομαι, συμ-

** πέρομαι pro πείρομαι non inuenio.*

μαρμένα, *fato connexa*, Atticum est (298,23.) pro συμμεμαρμένα. Interdum quæ habent α ante ρ, referuntur ad ἔρω siue ἔρομαι, aut ad αἴρω siue αἴρομαι: vt perfectum indicatiui pass. δέδαρμαι, *excoriatus sum*, ad δέρομαι. In infinit. καθάρθαι, pro κεκαθάρθαι, *purum factum esse*, ad καθαίρομαι. In particip. κεχαρμένος, *gauisus, se oblectans*, ad χαίρομαι, θυμαρμένον pro τεθυμαρμένον, *gratum*, ad θυμαίρομαι. [Legitur apud Hesych. quoque paroxytonως θυμαρμένον: malim tamen pro paroxytonως θυμάρμενον, vt non sit participium è θυμαίρω, quod non reperitur, sed nomen, significans τὸ θυμῷ ἄρμενον, *animo aptum*, id est *acceptū, gratum*, quod etiam θυμαρὲς, ab eadem origine, θυμὸς scilicet, & ἄρω τὸ ἁρμόζω.] sic ad ἐπαίρομαι, ἐπηρμένος siue ἐπῃρμένος, *elatus*, vbi augmentum mutauit α in η monophthongum, vel αι in ῃ puncto subscripto. [Etymologus in his ῃ diphthongum statuit, ad differentiam. nam ἦρτο, σὺν τῷ ι, esse ab αἴρω: ἤρθη vero sine ι, ab ἀείρω & quemadmodum idem annotat, imperf. ᾐρόμην, quum est ab αἴρομαι τὸ κουφίζομαι, habere ι: quum vero est ab ἔρομαι τὸ ἐρωτῶ, sine ι scribi: sic ᾖρμαι est ab αἴρω, at ἦρμαι ab ἄρω.] vide 546,38. eodem modo in plusquamperfecto, ad ὑπεξαίρομαι, ὑπεξῇρτο, *subleuarat*, vel *superlatus erat*. Ad ἄω aut ἄομαι penultima manente α: in perf. indicat. act. ad σπάω, ἔσπακα, *attraxi*. In particip. ad φωράω, πεφωρακὼς, *in furto deprehendēs*, vel *suspicatus*: συνοράω, συνορακὼς, & Atticè (298,7.) συνεωρακὼς, *contemplatus*. In plusquamperfecto, ad ὁράω, ἑωράκειν, *videram*, 298,7. In perf. indicat. pass. ad θεάομαι, τεθέασαι, *speculatus es*. In infin. ad πάομαι, πεπᾶσθαι, *parasse*: θράομαι, τεθρᾶσθαι, *coiuisse*: παροράομαι, παρεωρᾶσθαι. & Atticè (298,7.) παρεωρᾶσθαι, *neglectum esse*: συνοράομαι, συνεωρᾶσθαι, *conspectū esse*. In particip. ad ἑστιάομαι, ἑστιασμένος, * *conuiuatus*: θλάομαι, τεθλασμένος, *fressus*: φυράομαι, πεφυραμένος, *permixtus, conspersus, subactus*, pro πεφυρασμένος, non aduocato σ, quamuis α non fuerit mutatū in η: vide 311,24. sic à προξηράομαι, προεξηραμένος, *antè siccatus*. [Vt hic προεξηραμένος affertur, à puro them. προξηράομαι, sic apud Theoph. De caus. pl. lib. 2. c. 13. legitur, τῷ ξηρᾶσθαι διαχάσκει, *arescendo* (vel *dum siccatur*) *dehiscit*. at προεξηραμμένος est à προξηραίνω, vt νέκυς ἠχυμμένος, *cadauer fœdatum*, apud Hom. Il. σ, ab αἰχύνω.] καταράομαι, κατηραμένος, *maledictus*: παροράομαι, παρεωραμένος. & Atticè (298,7.) παρεωραμένος, *despectus, contemptus, omissus*: ἀπολάομαι, ἀπολελαμμαι, *cōmunes*, quasi *in populum distribuise, vulgatáq*. [ἀπολελαμμέναι legitur apud Hesychium,

Ad ἔρομαι ex αρ-

Ad αἴρομαι ex αρ-

ANNOTATIO.

ANNOTATIO.

Ad ἄω aut ἄομαι ex ακ- & ασ-

* ἐφισιασμένος *legitur apud Hesych. pro* conuiuio exceptus atque exhilaratus: *apud eundem tamē, & alibi, sine σ reperiuntur*, ἑστιάθη, ἑστιαθείς, ἑστίαμαι, ἑστιάτωρ, *& similia.*

ANNOTATIO.

ANNOTATIO.

sequente κοιναί, quod ANTESIGNANVS cum vulg. Lex. à λαὸς deriuatum iudicans, interpretatur *communes vulgatasq́;*. sed cum Hesychius apud Hippocratem legi subiungat, arbitror sublata distinctione, & κοιναὶ in κοιλίαι verso, legendum esse ἀπολελαμμέναι κοιλίαι, vt nuda sint Hippocratis verba sint, quemadmodum apud eundem Hesych. & Suidam passim nuda autorum verba sine expositione citantur. legitur enim ἀπολελαμμέναι κοιλίαι apud Hippocr. γυναικείων lib. I. vt κοιλίης ἀπολελαμμένης Prorrheticῶn I. ab Ionico scilicet themate ἀπολάμβω, pro ἀπολαμβάνω, (sic apud Herodot. 218. καταλαμψόμενον τὰ πράγματα, pro καταληψόμενον, *occupaturum) intercipio, inhibeo, astringo*: sicut Erotianus quoque interpretatur ἀπειλημμέναι, ἐστενωμέναι.] & in aor. priore indicatiui, πειράομαι, ἐπειράθην, *expertus sum, tentaui*: sic perfectum πεπείραμαι. pro eodem: ἐφοράομαι, ἐφωράθησαν, *visi sunt, conspecti sunt.* [Et etiam *deprehensi sunt* à simplici themate φωράω.] In imperatiuo, πειράθητι, *fac periculum.* In iunct. πειραθῶ, *nitar*: ἰαθῇ, *sanetur, saluus sit.* ὁραθῇ, *conspiciatur.* In partic. ἀλοαθεὶς, *tritus*: ἀλοαθέντα σπέρματα, *tritura excussa semina*: *θυμιαθεὶς, seu θυμιαθεὶς, *suffitus.* ὁραθεὶς, *visus*: πειραθεὶς, *tentatus, expertus*: φυραθεὶς, *maceratus*: φωραθεὶς, *deprehensus, fraudis compertus.* Quædam verò assumunt σ ante θ: vt in eodem aor. indic. à νάομαι, τὸ ναίομαι, ἐνάσθην, quod & sine augmento νάσθην, *habitaui*: νάσθη, *habitauit*: ἐράομαι, ἠράσθην, quod & sine augmento ἐράσθην, *amaui, amore captus sum, vel fui*: ἠράσθη, *cupiuit*: ἀπονάομαι, ἀπενάσθην, *habitaui*: κατασπάομαι, κατεσπάσθην, κατεσπάσθης, κατεσπάσθη, *reuulsus sum, es, est*: θηράομαι, †ἐθηράσθη, *captus est*: πιάομαι, ἐπιάσθη, *prehensus est.* [Quod verius est ab impuro them. πιάζομαι, quod etiã Hesych. agnoscit.] θλάομαι, ἐθλάσθησαν, *sunt castrati aut collisi.* In infinit. ἐρασθῆναι, *adamasse*: σπασθῆναι, *conuulsum esse.* In part. ἐρασθεὶς, *auidus*: ἐρασθεῖσα, *amore incensa*: θηρασθεὶς, *captus vel persuasus*: κλασθεὶς, *fractus*: περισπασθεὶς, *occupatus, distentus.* In fut. indicatiui, ἐρασθήσομαι, *amabo.* quædam ex iis quæ sumunt σ, possunt etiam referri ad themata in άζομαι. Ad άω aut άομαι cum penultima siue Characteristica est η: in perfecto indicat. vocis actiuæ, ad ἀγαπάω, ἠγάπηκα, *dilexi*: ὁρμάω, ὥρμηκα, *in animo habeo*: παρηβάω siue *παρηβέω, παρηβήκατε, *ætate processistis.* In partic. ad ἡβάω, ἡβηκὼς, *adultus*: ἀφηβηκὼς, & Ionicè (118, 3 .) ἀπηβηκὼς, *pubertatẽ egressus*: παρηβηκὼς, *ætatem transgressus puberem*: συζάω, συζηκὼς, *qui familiaritatem habuit cum, qui consueuit*: ...

** In θυμιασθεὶς, & v. 30. in ἐθηράσθη, & v. 36. in particip. θηρασθεὶς, suspectũ est σ ante θ. veriora enim sunt θυμιαθεὶς, ἐθηράθη & θηραθεὶς, vt patet è verbalibus θυμίαμα & θήραμα, θυμιατικὸς & θηρατικός. ac fieri potest vt in exẽplaribus vel impressis vel manuscriptis τε perperam pro θε sit habitum: qualem lapsum esse facillimum, clarius in maiore characterum genere perspicere poteris, in θ & ρ aliisq́; vocalibus vno ductu connexis.*

Ad άω aut άομαι ex ηκ- & ησ-

** παρηβέω Ionicum est, vt ἠοιτέω & φοιτέω apud Herodotũ. cõmuniter enim hæc in άω desinunt.*

κύδηκὼς, *qui dixit*: ἀπαυδάω, ἀπηυδηκὼς, *enectus*: ὁρμάω, ὡρμηκότες, *qui animum appulerunt*: τλάω, τετληκὼς, & Ionicè (237,12.) τετληὼς, ότ☉, *tolerans*: τετληότι θυμῷ, *patienti animo*: πτάω τὸ πτήσσω, πεπτηὼς, πεπτηῦια, *trepidus, trepida*: cum κατὰ, καταπεπτηὼς, καταπεπτηῦια, *exterritus, a*: ἐμμάω, τὸ * ἐμμεμάομαι, ἐμμεμηκὼς, & Ionicè ἐμμεμαὼς, ἐμμεμαῦια, *incitatus, incitata*, vt simplex μεμαὼς, μεμαῦια, 236,8. simplicis nominatiuus plur. μεμαότες, & poëticè 237,20. μεμαῶτες, *prompti*. & tertia pluralis indicatiui, μεμάασιν, *expetiuerant*: pro secunda verò μεμάατε, inuenitur μέματε, *vobis præsens est animus*. In perfecto indicat. pass. ad πειράομαι, πεπείρημαι, *sum exercitatus*: πεπείρηται, *comprehensus est*. [Sed hæc sunt Ionica: vt & πειρητήριον, πειρητηρίη, & similia. communiter enim πειράομαι in futuro & temporibus inde formatis α suum retinet.] ἀκονάομαι, ἠκόνημαι, *sum acutus*: ἀρτάομαι, ἤρτημαι, *appensus sum*: ὁρμάομαι, ὥρμημαι, *elaboraui*: χράομαι, κέχρημαι, *mutuatus sum*: πετάομαι, *πεπέτησαι, *volasti*: ποτάομαι, πεπότηται, *volauit*: μεμηχάνηται, *solerti ingenio adhibitus est, machinatus est*: καταχέχρηται, *abusus est*: συναρτάομαι, συνήρτηται, *connexus est*: λελώβηνται, *mutilati sunt*: διαπατάομαι, διηπάτηνται, *decepti sunt*: ποτάομαι, πεπότηνται, & Ionicè (190,15. & 35.) πεποτήαται, *volarunt*. In infin. †πεπειρῆσθαι, *expertum esse*: ἐξαπειρῆσθαι, *tentare, periculum facere*, augmento destituitur. [Ab ἐκπειράομαι sine augmēto diceretur ἐκπειρῆσθαι, & similiter ἐξαποπειρῆσθαι à decomposito ἐξαποπειράομαι. quamobrem aliud thema quærendum est infinitiuo ἐξαπειρῆσθαι, nimirum ἐξαπειρέω, quod perf. mutuatur ab inusitato ἐξαπειρέω, 354,21. significant autem ista *non tentare, periculum facere*, sed *prorsus, despondere animum, animum planè abijcere*: interdum etiam *penitus interdicere vel negare*.] ὁρμάομαι, ὡρμῆσθαι, *elaborare*: ἐξεγγυάομαι, ἐξηγγυῆσθαι, *vades dedisse vt quis vadimonio obstrictus dimittatur*: συναρτάομαι, συνηρτῆσθαι, *adhærere*. In part. ὀπτημένος, pro ὠπτημένος, *assus*: δμάομαι, δεδμημένος, *domitus, subactus, cōfectus*: (item *erectus, extructus*, per syncopen, pro δεδεμημένος à δέμομαι, vide 368,28.) κεχρημένος, *mutuatus, indigens*, item *oraculo prædictus*: διακεχρημένος, *particulatim elocatus*: λελωβημένος, *deprauatus, truncatus*: μεμελετημένος, *curæ habitus*: μεμηχανημένος, *arte cōpositus*: *πεπειρημένος, *expertus*: πεπερημένος, *traiectus & venditus*: πεπλανημένος, *vitiosus, errabundus*: πεποτημένος, *volans*: πεφυσημένος, *inflatus*: τετρυγημένος, *vindemiatus*: τὰ τετολμημένα, *ausa facinora*: ἐμβεβροντημένος, *attonitus, stupefactus*: ἐνδηδιαιτημένος, in-

*ἐμμεμάομαι, *quod expositionis loco subiungit varbo* ἐμμάω, *est illo minus vsitatū. vsurpantur enim* μαιμᾶν *&* μαιμάσσειν, *apud Hesych. etiam* μεμάσσειν.

ANNOTATIO.

* πεπετήσαι *est Ionicum α cōmunis linguæ in η verso. & v.23.* πεπειρήαται.

ANNOTATIO.

*πεπειρημένος *&* πεπερημένος *sunt Ionica verso α communi in η.*

temperans, qui ordinato victu non utitur: περισεσυλημένος, *spoliatus, surreptus:* ἀποτετιμημένον, *pignori acceptum à marito, vel à marito datum pro dote accepta.* in aor. prim. ἀποτιμηθὲν, *idem:* τὸ προτετολμημένον, *audaciæ exemplum, audacter factum:* ὁρμάομαι, ὡρμημένος, *incitatus, præcipitatus:* ἀπαρτάομαι, ἀπηρτημένος, *suspensus, discretus, remotus:* ἐπαρτάομαι, ἐπηρτημένος, *impendens:* προσαρτάομαι, προσηρτημένον, *coiunctum, appensum:* ἐξεγγυάομαι, ἐξηγγυημένος, *dimissus*, qui vulgò *elargitus* dicitur. In plusquamperfecto, ad ποτάομαι, πεπότητο, *volauerat*, seu *volauit*, pro ἐπεπότητο, 300, 16. ἐκδιαιτάομαι, ἐξεδεδιῄτητο, *transgressus erat*, augetur vtrinque, vide 343, 44. παῤαρτάομαι, παρήρτητο, *appensus erat:* καταχεάομαι, κατεκέχυντο, *profudissent.* In aoristo priore indic. ad κτάομαι, ἐκτήθην, *partus sum:* ἃ ἐκτήθη, *quæ parta sunt*, πειράομαι, ἐπειρήθην, **expertus sum:* ἀλοάομαι, ἠλοήθην, *contusus sum:* ὁρμάομαι, ὡρμήθην, *paraui:* ὡρμήθη, *parauit, instituit:* ἠπιάομαι, †ἠπιήθη, *mitigatus est:* ἀπολωβάομαι, ἀπελωβήθη, *cõtumeliam accepit:* παρακοιμάομαι, παρεκοιμήθη, *concubuit:* προσδοκάομαι, προσεδοκήθη, *speratũ est.* [Vt hic προσεδοκήθη, ita supra προσδοκώμενος, 447, 42. frequentius tamen in his & cognatis est προς: cum προσδοκᾶν (& vt apud Hesych. est) προσδοκάζειν sit obseruare, insidiis excipere.] πλανάομαι, ἐπλανήθημεν, *errauimus:* ἐπλανήθησαν, *errauerunt.* In imper. κολλήθητι, *adiunge te.* In Opt. συνευνηθείην, *somnum vnà caperem:* ἀσηθείη, *molestia afficiatur:* πειρηθείημεν, & syncope (308, 31.) †πειρηθεῖμεν, *experiamur.* In infin. εὐνηθῆναι, *dormire, cubare, & concumbere, viro succumbere:* κοιμηθῆναι, *cubare, sopiri seu sopitum esse, dormire:* παρακοιμηθῆναι, *concumbere:* κοσμηθῆναι, *glorificari, decoratum esse:* *πειρηθῆναι, *lacessere:* πλανηθῆναι, *obire & lustrare, errare:* προσκολληθῆναι, *agglutinari:* συνευνηθῆναι, *concumbere:* τρυγηθῆναι, *vindemiari, decerpi.* In partic. ἀληθεὶς, έντος, *errans:* ἀσηθεὶς, *tristatus, dolore affectus:* θρηνηθεὶς, *defletus:* ἐντρυφηθεὶς, *ludificatus:* ἐπιμασηθεὶς, *insuper mansus, post manducatus:* λωβηθεὶς, *læsus:* μεμηχανηθεὶς, *excogitatus:* ὀπτηθεὶς, *coctus, tostus:* πλανηθεὶς, *errans, vagatus:* πλανηθέντες, *errantes:* ποτηθεὶς, *volatu raptus:* σιγηθεὶς, *silentio præteritus:* συνευνηθεὶς, *qui concubuit, qui congressus coiuit:* συμψηθεὶς, *contritus, vulneratus:* ὑποδμηθεὶς, *subactus:* ὑποδμηθεῖσα, *subacta:* ὁρμηθεὶς, ὁρμηθεῖσα, *citatus, citata:* εὐνηθεῖσα, *concumbens, compressa:* κατεσβολωθὲν, *fuligine tinctum, altum:* μεσεγγυηθὲν, *apud sequestrem depositum.* In fut. pr. indicatiui, προσεχλεύασ σεται, *illudet*? *iderrebit.* In paulo pòst fut. ad φόνομαι, πεφήσομαι, *interficiar:* πεφήσεται, & Ionicè (186, 23.) πεφήσεαι, *interficieris.*

* ἐπειρήθην & ἠπιήθη Ionica sunt verso α in η.

ANNOTATIO.

* Est etiam Ionicum, vt superius πειρηθεῖμεν.

Ad ἔομαι ex εσ-

Ad ἔομαι, cùm penultima est ε: in infin. perf. pass. τετελέσθαι, *perfectum esse*. In part. ἀποτετελεσμένος, *absolutus*: ἀποξέομαι, ἀπεξεσμένος, *politus*: συγξέομαι, συνεξεσμένα, *expolita*. In aor. pr. indic. ad συναντέομαι, συναντέσθην pro συνηντέθην vel συνηντήθην, *occurri, obuiaui*. [Suspectum est συναντέθην. apud Homerum est συναντέσθην, aor. 2. medij, personæ tertiæ dualis: Il. η, ἀλλήλοισι δὲ τώ γε συναντέσθην παρὰ φηγῷ, *porro illi duo alter alteri occurrebant apud fagum*: à Barytono συναντομαι, inquit Eustath. sed addit, non extra analogiam fuisse si dixisset ἀλλήλοισι συναντήσθην, veluti à circumflexo συναντῶ ἥσω. Tunc autẽ eiusdem quidem numeri esset ac personæ, sed temp. plusquamperf. passiui: at συναντέτην est aor. 2. act. à Barytono συναντω, vel Circumflexo συναντῶ, 213, 37. pro quo prosa συνηντησάτην diceret, aor. 1. vt Etymologus quoq; tradit pro poëticis συνήντετο & ἀπήντετο in prosa dici συνήντησε & απήντησε.] ἀποξέομαι, ἀπεξέσθης, *abrasus es*: συντελέομαι, συνετελέσθη, *perfectus est*. In imperat. καταιδέσθητι, *reuerere*. In partic. ζεσθεὶς, *feruescens* seu *feruefactus*: ξεσθεὶς, *rasus*.

ANNOTATIO.

Ad ἔω ex ηκ-

Ad ἔω aut ἔομαι, cum penult. est η: in perfecto act. ad ἠθέω, ἤθηκα, *colaui*: εὐπλοέω, εὐπλόηκα, *secundis ventis nauigaui*: ναυηγέω, Doricè (118, 40.) ναυαγέω, νεναυαγήκασι, *naufragium fecerunt*. [ναυηγεῖν Ionicum esse censetur, vt etiam ναυηγὸς, ναυηγία & ναυήγιον, cum ναυαγεῖν, ναυαγία, ναυάγιον & ναυαγὸς legãtur apud Demosthenem, Lucianum, Xenophontem, & alios: dicit tamen Polybius, πρὸς τῇ γῇ ναυηγεῖ, non ναυαγεῖ, & ipse in naufragij significatione. quum vero nauis ductor ac rector significatur, communiter quidem ναυηγὸς dicitur, vt στρατηγὸς, Doricè vero ναυαγός: itidemque in deriuatis.] πεφόβηκα, *ausus sum*: [illegible] *confisi fuerunt*: δεδυστύχηκα, *infelix fui*: [illegible] *extremam vocem edidi*, *expirauit*: ἀσκέω, ἤσκηκα, *exercui*: οἰδέω, ᾤδηκα, *intumui*: [illegible] & Doricè (119, 45. & 175, 24.) [illegible] *intumuerunt*: ᾤκηκεν, *habitauit*: [illegible] *iuxta ædificauerunt*: [illegible] *[illegible] sum*: παραμελέω, [illegible] *neglexisti*. In part. [illegible] pro [illegible] *scatens*: [illegible] pro [illegible] *solicitus*: [illegible] pro [illegible] *prolapsus*: [illegible] pro [illegible] *lubricus*: [illegible] *audacter, audenti animo ex cum fiducia*: [illegible] *concessum*: [illegible] *in [illegible] nutritus*: [illegible] *qui certauit*: [illegible] *longum ex*[illegible] [illegible] *prius iam debilitatus*: [illegible]

ANNOTATIO.

ἀπελ

ἀπηλγηκὼς, *qui dedoluit* siue *perdoluit*, *quiq́; eò duritie peruenit, vt ad omnem doloris sensum obsurduerit* : παρηκολουθέω, παρηκολουθηκὼς, *assectator assiduus* : συνωλισθέω, συνωλισθηκὼς, *qui confluxit, qui coït* : συνοικέω, συνῳκηκυῖα, *quæ cohabitauit* : καφέω, κεκαφηὼς, *spirans, qui expirauit*, Ionicè (235,35. & 237,10.) pro κεκαφηκώς : sic ad πέω, πεπηὼς, ότος, *mœrens* : τεπηότες, *mœrentes, tristes*. In plusquamperfecto, ad αἰτέω, ᾐτήκειν, *poposceram* : ὁμολογέω, ὡμολογήκει, *conuenerat* : παρηβέω, siue παρηβάω, παρηβήκει, & Ionicè (300,27.) παρηβήκεε, *senuerat*, seu *senuit* : sic ad καταῤῥωδέω, καταῤῥωδήκεε, *perterritus erat* : κληρουχέω, ἐκεκληρουχήκεσαν, *obtinuerant, in sortē acceperant*, vide 300,15. In perfecto pass. ad μεταποιέομαι, μεταπεποίημαι, *acquisiui*: σκιαγραφέομαι, ἐσκιαγράφημαι, *adumbratus sum* : σκυδωρέομαι, ἐσκυδώρημαι, *fictus sum* : ἡγέομαι, ἥγημαι, *existimaui*, seu *existimo* : ξυρέομαι vel ξυράομαι, ἐξύρημαι, *rasus sum* : ἀναιρέομαι, ἀνῄρημαι, *sublatus sum*: προαιρέομαι, προῄρημαι, *statui, volo*: προῄρησαι, *elegisti* : οἴκηται, *sita est*: νενομοθέτηται, *sancitum est, legibus comparatum est* : πεπίληται, *stipatus est* : τεθρύλληται, *diuulgatum est* seu *celebratum est* : * ἐκκεκώφηται, *obsurduit*: καταργέομαι, κατήργηται, *liberatus est*: ὁμολογέομαι, ὡμολόγηται, *confessum est* : καθομιλέομαι, καθωμίληται, *in adagium exiuit*: διαιρέομαι, διῄρηται, & sine augmento, cum Attica reduplicatione, διαραίρηται, *distributus est*, vide 355,30. πεπήκατε, *tristati estis*: κεκίνηνται, *incolunt* : †συντέτρηνται, *perforati sunt simul* : κεκίνηνται, & Ionicè (190,15.) κεκινέαται, *moti sunt* : sic μεμετρέαται, *mensurati sunt* : νενέαται, & νέαται, *habitantur* : συννενέαται, *positi sunt, coaceruati sunt*, sunt qui legant cum simplici ν συνενέαται. [Sed rectius gemino ν scribitur συννενέαται, cum à simplici νέω non sit ἐνέαται sed νενέαται. significat autem νέαται non tam *habitantur*, (vt ANTESIG. interpretatur) quàm *structi sunt*, à νέω *struo aceruo aggero*.] ὑμνέαται, *celebrati sunt*. In infin. ad διαιρέομαι, διῃρῆσθαι, *diuidi* : αἰωρέομαι, ἠωρῆσθαι, *attolli, suspendi*. In part. ad ἀπηχέομαι, ἀπηχημένος, *reiectus* : ἐκπεφυλλοφορημένος, *condemnatus*: †ἐκπορπημένος, *fibulatus*: ἐκπεπληγμένος, *stupens, attonitus* : ἐσκιαγραφημένον, *adumbratū, vmbratili pictura descriptum* : †ἐξεμπωλημένοι, *diuenditi* : ἠθημένος, *stillans, colatus*: κατευφημημένοι, *laudati*: κατηγορημένα, *obiecta crimini* : κατηχημένος, & præsens κατηχούμενος, *institutus, initiatus* : καθωκημένος, *habitans, stationem habens* : οἰκημένη, *sita* : οἰκοφθορημένος, *domo carens* : ποιημένος, vel (accentu in antepenultima, vt sit veluti nomen factum ex participio) ποιήμενος, *factus* seu *factitius* : ποιημένη, *facta*

Ad ἔομαι ex η aut ησ-

* ἐκκεκώφηται : &
συντέτρηνται v. 26.
ἐκπορπημένος v. 37.
ἐξεμπωλημένοι v. 39.
λελογχημένος 573, 25.
πετρημένος, & διαλελωβημένος v. 29. 30.
Ionicè quidem habet thema in έω, communiter vero in άω.
ANNOTATIO.

6 Verbalia quorum verba regunt datiuum. Datiuum asciscunt etiam multa verbalia, ad verborum suorum imitationem. Aristo. 1. Rhet. προετικὸς τοῖς τυχοῦσι, *quibusuis, (vel in quosuis) profundere solens.* Idem 1. Eth. τοῖς πάθεσιν ἀκολουθητικὸς & lib. 8. ἐμμενετικὸς τῷ λογισμῷ. *7 Modus & caussa exprimuntur datiuo.* Modus denique gaudet datiuo, & caussa etiam hoc casu exprimitur. Arist. ἴσα τῷ ἀριθμῷ ᾠά, oua numero paria. Porro ex superioribus quædam datiuo & genitiuo iungi possunt vt *Notio. Datiuũ vel genitiuũ regentia.* ὅμοιος, γείτων σοῦ καὶ σοί, σύμμαχος, φίλος, ἐχθρός, ἐναντίος τῇ πόλει καὶ τῆς πόλεως, κοινός, ἴδιος ἡμῶν καὶ ἡμῖν. Quædam præter datiuum adsciscunt etiam genitiuum: *Datiuũ & genitiuũ regentia.* Aristo. Met. ὁ ἄλλος ἐμποιητικὸς τῶν τοιούτων λόγων.

ACCVSATIVVS POST NOMEN.

GRAECIS passim construuntur Accusatiuo nomina adiectiua per Synecdochen, in oratione soluta: τὴν ῥῖνα κορύζης μεστός, *nares muco plenus.* κόσμιος τὴν ἀναβολήν, *ornatus vestem.* τὸ σχῆμα εὐπρεπής, *habitum decorus.* Quod etiam per Datiuum dici potest, κόσμιος ἀναβολῇ, ὅμοιος τὸ μέγεθος, vel τῷ μεγέθει. ἀνόμοιος ὄψιν, vel ὄψει.

2 IN accusatiuo ponitur etiam quod est secundum aliquid, σοφὸς τὰ μηχανικά.

3 ADIECTIVA gaudent Accusatiuo, si subintelligas, κατά, [1] vt Σύρος καὶ τοὔνομα καὶ τὴν πατρίδα, *Syrus & nomine & patria.* ὀλίγοι τὸν ἀριθμόν, *pauci numero.* Sic Virgil. in 5. *Cressa genus.*

4 VERBALIA in τέον adsciscunt Datiuum vel Accusatiuum. Hoc fit, quòd huiusmodi verbalia resoluuntur per hoc nomen ἄξιον, & per infinitiuum. Vnde [2] Datiuus refertur ad hoc nomen ἄξιον, quod gaudet Datiuo: vt χρηστέον ἐμοί, [3] id est, ἄξιόν ἐστί μοι τὸ χρῆσθαι. ἀποδοτέον ἐμοί. id est, ἄξιόν ἐστι τὸ ἀποδοῦναι. ἰτητέον ἐμοί, ἄξιόν ἐστί μοι τὸ ἰέναι. Accusatiuus verò ad infinitiuum refertur, qui ex sua natura sua ante se poscit Accusatiuum, vt χρηστέον ἐμέ, hoc est, ἄξιόν ἐστιν ἐμὲ χρῆσθαι. ἰατέον τὴν νόσον

καὶ

ἀμελοῦντα τῆς αἰτίας. id eſt, *ἄξιόν ἐστι τὸν ἀμελοῦντα τῆς αἰτίας ἰᾶσθαι τὴν νόσον, medendum eſt morbo ei, qui negligit cauſam.*

Præter hunc Datiuum, vel Accuſatiuum, regunt caſum ſui verbi: vt, ἀποστατέον ἐμοὶ, vel ἐμὲ τοῦ πράγματος: quia ἀφίστημι τοῦ πράγματος δοτέον ἐμοὶ, vel δοτέον ἐμὲ τῷ φίλῳ ἀργύριον: quia δίδωμι τῷ φίλῳ ἀργύριον. γραπτέον ἐμοὶ ἐπιστολήν, quia γράφω ἐπιστολήν. Sæpe etiam additur his verbalibus verbum ſubſtantiuũ, vt ſit ſermo plenus, ἐστι γραπτέον ἐμοὶ, λεκτέον ἐστίν. Loco cuius vtuntur quandoque participio, Atticè: vt ἔγνων μενετέον ὄν, *cognoui manendum eſſe.* οἶδα γραπτέον ὄν, *noui ſcribendum eſſe.* Dicunt & pluraliter, γραπτέα ἐμοὶ, pro γραπτέον ἐμοὶ, Attico more: quorum eſt vti pluralibus loco ſingularium.

Imò participiũ ὄν refertur ad verbum ſenſum connotans, ἔγνων videlicet & οἶδα.

Efferuntur etiam more nominum adiectiuorum, λειπτέος νόμος, γραπτέα γράμματα, γραπτέα ἐπιστολή, & ita in aliis,

[1] EADEM quoque eſt conſtructio per ellipſin præpoſitionis εἰς, περὶ, vel alius cuiuſmodi. Xen. εἶδος μὲν κάλλιστος, ψυχὴν δὲ φιλανθρωπότατος. Sic Dionyſ. Hal. Λάρος ὄνομα, Πορσίνας ἐπίκλησιν, *nomine Lar, cognomine Porſena.* Idem, τὰ πολέμια ἄλκιμος: τὰ πολέμια γενναῖος: τὰ πολέμια λαμπρὸς, & huius generis alia multa. Pro eo accuſatiuo vſurpatur interdum datiuus. Priore modo Herodot. 84. ἐόντας τὸ μέγαθος εἴκοσι πήχεων: poſteriore idem p. 81. ἐόντας μεγάθεϊ περιμήκεας. Interdum præpoſitio exprimitur. vt enim ſine præpoſ. Dionyſ. Halic. dicit τὰ πολέμια δεινότατος, ita Plutarch. cum præpoſ. οἱ περὶ ταῦτα δεινοί: & Ariſtot. δεινὸς περὶ τὴν νομοθεσίαν: & Ariſtoph. δεινὸς εἰς τὰ πάντα. Sic Virg. quoque, *acerrimus armis Hyrtacides*: &, *acer in armis Romanus.* 1

Datiuus pro accuſatiuo

INFINITIVVM quoque pro accuſatiuo capiunt adiectiua potentiæ, facultatis, & ſimilia. Thucyd. λέγειν τε καὶ πράττειν δυνατώτατος. Lyſias, ἱκανώτατος εἰπεῖν καὶ γνῶναι καὶ πρᾶξαι. vt Virg. quoque — *ambo cantare periti.* Homer. θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι, *ſimiles ventis in currendo.* Eius generis apud Dionyſ. Halicarnaſſ. eſt, καλὸς μὲν ὀφθῆναι, γλυκὺς δὲ πιεῖν, *aſpectu pulcher, potu q; ſuauis.* Idem de Iſocr. elocutione, θαυμάζειν ἀξία, *admiratu digna*, ſignificatione paſſiua

Infinitiuus pro accuſatiuo.

2 vt Arist. histor. Animal. δασὺ ἰδεῖν *aspectu hispidum.* [3] Di-
cendum potius erat datiuum referri ad verbum ἐστὶ vt indi-
cauit Guillonius, quoniam ἄξιος (620,30.) genitiuo perpetuo
construitur: Nisi fortè dicere velimus, iungi etiam datiuo
3 ratione commodi vel incommodi. [3] Hanc formam Græci
Grammatici Aduerbialem faciunt, & ita facta Aduerbia
θετικὰ nominant, quę sanè Gerundialem, vt vocant, naturam
præ se ferunt, & Participialem interdum, vt Sophoc. Phi-
loct. ἤδη ὁδὸς πορευτέα: & ἀπὸ ἀγνοίας τῆς λεκτέων. Additur &
verbum substantiuum, Isocrat. Archidamo, θάνατον ἡμῖν αἱρε-
τέον ἐστὶ Philoctete ὁποῖα δραστέ ἐστιν. Thucid. & τῆς γὰρ θαλάσσης
πέρι τῶν ἐτόλμησεν εἰπεῖν ὡς ἀντεχτέα ἐστί. Figuratè quæ dicun-
tur, id est, τὰ τῆς λέξεως πάθη, rectissimè exquiruntur separa-
tim: similiter & διάλεκτοι, quarum est apud Græcos ma-
gna varietas.

Appendix I.

Atticismus.

Atticis eleganter obliquis casibus anteceden-
tibus, oratio recto casu clauditur: vt, ἀρεῖν ἐστὶν
ἐν ἀνθρώποις ἀλληλοφονίαν, μοιχείαν, ἐπιορκίαν, ἀνδρο-
μανίαν, τὸ πάντων ἔσχατον κακῶν, ἰδωλολατρείαν: pro καὶ
ὅ, τι ἐστὶν ἔσχατον πάντων κακῶν, ἰδωλολατρείαν, *& quod
omnium malorum primum est, idololatriam.* Ζῇ ἄνθρωπος
ἔτη ὀγδοήκοντα, ἢ ἐννεάκοντα, ἢ ἑκατὸν, τὸ μακρότατον, id
est, ὅ, τι ἐστὶ τὸ μακρότατον *.

**Cùm lógissima est vita.*

Vocatiuus pro nominatiuo apud Atticos, Macedones contra nominatiuũ pro vocatiuo ponũt.

Attici vsurpant Vocatiuum pro nominatiuo:
Macedones verò & Thessali econtrariò Nomina-
tiuum pro Vocatiuo. Homerus: αὐτὰρ ὁ αὖτε Θυέστ'
Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι. Vocatiuum Θυέστα posuit
pro nominatiuo Θυέστης. Quorum imitatione La-
tini dicunt in Nominatiuo poëta, pro poëtes:
propheta, pro prophetes.

Appendix II.

Poëta nõ semper adiectiuũ iungunt substãtiuo in eodem genere vel casu.

Apud poëtas adiectiuum sæpe non respondet
suo substantiuo, neque genere, neque casu: κλυτὸς
ἱπποδάμεια, pro κλυτὴ ἱπποδάμεια. θῆλυς ἐέρση, pro
θήλεια ἐέρση. ἦλθον ψυχὴ σκῆπτρον ἔχων, pro ἔχουσα.
αἰδὼς καὶ νέμεσις καλυψαμένω, pro καλυψαμένα. Apud
Hesiodũ, Ἀπόλλωνα ἀστράπτων, pro ἀστράπτοντα. Apud
alios scriptores videtur etiam sæpenumero non

respondere genere, Atticorum more, qui participiis singularibus verborum impersonalium iungunt neutra nomina pluralia: vt, τῶν δόξαν ἡμῖν, pro τῶν δόξαντα ἡμῖν. de quo latiùs posteà.

Adiectiua in ος iunguntur substantiuis fœminini generis.

Item substantiuis fœmininis iungunt adiectiua in ος: Chrysostomus, ὑπομένω θλίψεις διαφόρους, καὶ ποικίλας, *sustineo afflictiones diuersas & varias.* Hoc eò fit, quòd Atticis adiectiua in ος communiter accipiantur, maximè in compositis & deriuatis: vt, ὁ καὶ ἡ ῥιζοφάγος, ὁ καὶ ἡ ἀρχηγὸς, ὁ καὶ ἡ δημιουργός, κακοῦργος, ἔπακτος, ἐπαγωγὸς, φιλόσοφος, & similia.

Et in desinentibus in ος purum, & in ρος: vt ὁ καὶ ἡ θυραῖος, ῥαγδαῖος, σποδαῖος, βιαῖος, διάφορος.

Et in μος, vt ὁ καὶ ἡ βάσιμος, θανάσιμος, δικάσιμος, γνώριμος, δόκιμος, ὥριμος, πλώϊμος, ἕτοιμος. Præter hæc etiam χαῦνος [1] & ἐξίτηλος, vt ἡ χαῦνος γῆ, ἡ ἐξίτηλος συμφορά. 1

Neutrum pro masculino & fœminino.

Item, pro masculino & fœminino eleganter vtuntur neutro: δεσποτικώτερον ἀδικία δικαιοσύνης ἐστὶν, ἀδικία οὐκ ἔστι κερδαλεώτερον δικαιοσύνης. ἡ φύσις ἐστὶ φιλότεκνον.

Plurale iunctū singulari.

Iungitur in hoc schemate interdum plurale cum singulari, χρήσιμον εἰς ἁγνείαν αἱ ἱκεσίαι. quæ locutiones emphasim quandam habent.

[1] PRORSVS est Atticus vsus masculino genere fœminè vti. Trachiniis, ἐν δὲ κοινὸς ἀρσένων ἴτω κλαγγὰ. Item, ἀμφάλη τῇ βαρβάρῳ. Item, καὶ γῆ οὐ στυγνὸς εἶ. Philoctet. μηδὲ τὼ τέχνη. Item, ἔρημος, δύστηνος, τίμιος. Item, ἄμφω τούτω τὼ ἡμέρα. Παιδείας ά. & τὼ χεῖρε, τὼ φύσει, Platoni. sic Electra, τηλικώτερον. & mox, ἰδέσθε, τὼ δὲ τὼ κασιγνήτω, & paulo pòst, τούτω φιλεῖν χρή. Suntque plurima huiusmodi passim obuia. 1

Neutri incongruens vsus in appositione.

Neutri incongruens vsus is est, quem appositionis voce notamus: vt, *Triste lupus stabulis, Fama malum.* Soph. ἐς ἀγαν σιγὴ βαρὺ δοκεῖ προσεῖναι. Thucyd. ά. καὶ ὅτι μὴ μονωθῶσι μικρὸν ὤν. Quæ figuræ ἑλληνικαὶ ferè sunt. Herodotus autē posuit totum, τυραννὶς χρῆμα σφαλερόν. Comparatiua etiam pluraliter efferunt, vt reliqua neutra aduerbialiter: vt Antigona, πότερα πατρίδας, ἢ πρὸς ὀικείας χερός. & Electra, πότερα παρ᾽ οὐδὲν τὸ βίου κήδευθ᾽ ἔτι. forma enim certè saltem compa-

Comparatiua elata aduerbialiter.

ratiui. δεινῶς ποιεῖν & δεινότερα. Polymnia, καὶ δὴ καὶ τότε πολλῷ τε δεινότερα ἐποίεε, *multò tulit grauiùs.* vide quæ à nobis de Conuenientia Substantiui & Adiectiui dicta sunt.

Appendix III.

In quibusdam adiectiuis subaudita substantiua.

In quibusdam adiectiuis certa quædam subauditur substantiua, quorum aliquot adscribemus exempla, è quibus etiam cætera facilè intelligentur. πρὸς ὀρθὴν, subauditur γραμμὴν, vel γωνίαν, *ad rectam lineam, vel ad rectum angulum.* ἐπ' εὐθείας εἶ), subauditur γραμμῆς. τὴν ἐπὶ θάνατον ἰέναι. id est, τὴν ἐπὶ θάνατον ἄγουσαν ὁδὸν ἰέναι, *ire viam, quæ ducit ad mortem.* ὁ ἐπὶ θανάτῳ κρινόμενος, subauditur ὁδόν. id est, *condemnatus ad mortem.* ἑτέραν τρέπεσθαι, subauditur ὁδόν. ἀξίαν ἀποτίνειν, subauditur τιμωρίαν.

Appendix IIII.

Attici pro singularibus vsurpant pluralia.

Loco singularium nonnunquam vsurpant Attici nomina pluralia: vt, οὐδ' ὅσια πράττειν τοῦτο, pro οὐδὲ ὅσιον: Sic τὰ πρῶτα, *primum.* τ' ἀρχεῖα, *olim.* τὰ τελευταῖα, *ad vltimum.* τὰ μάλιστα, *maximè.* τὰ ὕστατα, *postremò.* πολλαπλάσια, *multipliciter.* πολλὰ, *multum.* μέτρια, *mediocriter.* μεγάλα, *magnificè.* μηδέτερα, *neutrum.* θάτερα, *alterum.* ὁπότερα, *vtrumlibet.* ἐπὶ θάτερα, *in diuersum, in alteram partem.* ἐπὶ τάδε μὲν, ἐκεῖνα δὲ, vel sic, ἐπὶ θάτερα μὲν, ἐπὶ θάτερα δὲ, pro *citrà & vltrà* dicunt. Et ἕκαστοι, pro ἕκαστος, *vnusquisque.* Similiter superlatiua, ἀλυπότατα, *lætissimè.* ἀοκνότατα, *impigerrimè.* ἀκλεέστατα, *ignauissimè.* κεχαρισμενώτατα, *grauissimè.* Comparatiua verò non item. nam semper per singulare enuntiantur.

Comparatiua semper per singulare enuntiãtur.

Appendix V.

Numeralia cõposita proferuntur interiecta cõiunctione καὶ.

Nomina numeralia composita, dum numerus minor præcedit, proferuntur in oratione interiecta coniunctione καὶ, vt τρισκαίδεκα, τεσσαρεσκαίδεκα, πεντεκαίδεκα, ἑκκαίδεκα, τρεῖς καὶ τριακόσιοι: loco cuius etiam potest dici, τρεῖς πρὸς τοῖς τριακοσίοις,

vel τρίτος ἐπὶ τριακοστῷ, *tricesimus tertius*. Sed dum numerus maior præcedit, efferuntur sine cõiunctione: δεκατρία, δεκατέσσαρα, δεκαπέντε, δεκαέξ: & ita in aliis, quæ sunt infra centũ. Nam supra centum proferuntur etiã intercedente coniunctione, maiore numero præcedente, vt, ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα.

Cæterùm nomina numeralia cardinalia iuncta sine coniunctione quidem proferuntur, vt dictio composita, non vt oratio, δεκατρία, εἰκοσιτέσσαρα, εἰκοσιέξ. Si verò media sit coniunctio καὶ, proferuntur modò vt dictio composita, modò vt oratio: vt, τρία καὶ δέκα, vel τρισκαίδεκα. τέσσερα καὶ εἴκοσι, vel τεσσαρακαιείκοσι.

Numeralia cardinalia proferũtur vt dictio composita.

Ordinalia verò semper efferuntur vt oratio: εἰκοστὸς πρῶτος, ἑβδομηκοστὸς δεύτερος. Nisi constet ex altero cardinali, & altero ordinali, ἑπτακαιδέκατος, ἐννεακαιδέκατος.

Ordinalia semper efferuntur vt oratio, nisi constet ex altero cardinali.

Similiter si iungantur plures numeri aduerbiales, erit oratio, non dictio composita: vt, ἐννεάκις, εἰκοσάκις, καὶ ἑπτακοσιοπλασιάκις, id est, nouies vicies supra septingenties.

Numeri aduerbiales.

Si verò præcedant numeri cardinales, & postremus sit aduerbialis, proferentur vt vnica dictio composita, non vt oratio: vt, ἐννεακαιεικοσικαιεπτακοσιοπλασιάκις. quæ dictio valet, nouies & vicies supra septingenties.

Numeri cardinales cum aduerbialibus.

Quæ Latini dicunt, vndeuiginti, duodeuiginti, vndetriginta, & similia, Græcis dicuntur hoc modò: δυοῖν [1] δέοντα ἑκατὸν ἔτη, *duodecenteni anni*. δυοῖν δεούσας ἑκατὸν μνᾶς, *duodecentenas minas*. δυοῖν δεουσῶν εἴκοσι νεῶν, *duodeuiginti nauium*.

Vndeuiginti & cætera, quomodo Græcis dicãtur. I

Vel per Genitiuum absolutum, τριάκοντα μιᾶς δεούσης τριήρεις, *vndetriginta triremes*. δυοῖν δεόντων εἴκοσι ἄνθρωποι, *duodeuiginti homines*. ἑνὸς δέοντος εἴκοσι, *vndeuiginti*, pro quo licet dicere, ἑνὸς δέον εἴκοσι, posito scilicet impersonali δέον, loco genitiui absoluti.

more Attico, vt in participiis notabitur.

Poteſt etiam in omnibus his loco numeri maioris poni Datiuus numeri ordinalis: vt pro *μιᾶς δεούσης τριάκοντα τριήρεις*, dicamus *μιᾶς δεούσης τριακοστῇ τριήρει.* & pro *ἑνὸς δέοντος εἴκοσι ἄνθρωποι*, *ἑνὸς δέοντος εἰκοστῷ ἀνθρώπῳ*, & in aliis ſimiliter.

Dicunt etiam, *ἵππος χίλια*, pro *mille equites*, quaſi millenarius equitatus: & *μύρια ἵππος*, pro *μύριοι ἱππεῖς*. Quod genus loquẽdi nõ eſt apud Latinos.

Interrogatiua numeralium ſunt *πόσα*, ad quod reſpondetur, *δύο, τρία*, & alij cardinales: *ποσάκις*, ad quod reſpondetur, *δὶς, τρὶς*, & alij aduerbiales. *πόστος*, ad quod reſpondetur, *δεύτερος, τρίτος, τέταρτος*, ordinales. *ποστημόριον*, id eſt, quotæ partis, quaſi *πόστον μόριόν ἐστιν*: ad quod reſpondetur, *τριτημόριον*, *triens*, *τεταρτημόριον*, *quadrans*, & ita in aliis. pro quo etiã dicitur, *τρίτον ἐπὶ μορίων*, & *τέταρτον ἐπὶ μορίων*, *πέμπτον ἐπὶ μορίων*. Sic *πολλοστὸν*, vel *πολλοστημόριον* *pars vna è multis*, id eſt, particula minima. *ὀλιγοστὸν*, *pars vna è paucis*. *μυριοστὸν*, *ex infinitis vna pars*. *χιλιοστὸν*, *è mille pars vna*, hoc eſt, milleſima. His ſimilem formam habet, *δυοστὸν*, hoc eſt, *δεύτερον ἐπὶ μορίων*, *ſemiquinque*: quod tamen legiſſe ſe apud autores negat Budæus.

1 *Duodecenteni anni*. Hoc vtrum ſic rectè verti poſſit, quærendũ videtur: vt ſit quemadmodum dicitur duodeuiginti, etſi ſcio illud duode, coniunctim cum numerali voce, quod Græci aiunt *ὑφ᾽ ἓν*, vſurpari, neque reſpondere ad dictionem, cui adiicitur numerus: vt Cicero *duodeuiginti partibus maiorem dixit*. Iam illud elegans, non proferre compoſitè numeros minores cum maioribus, vt apud Thucyd. β΄. *τέσσαρα μὲν γὰρ καὶ δέκα ἔτη.* & *πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει.* Exemplũ ſuperioris figuræ apud Thucyd. *πεντήκοντα δυοῖν δέοντα*, *duodequinquaginta*. ſed & multum demitur apud eundem, *τὰ γὰρ πλεῖστα τριακοσίων ἀποδέοντα μύρια ἐγένοντο*, hoc eſt, *plenam illam pecuniam publicam abſoluiſſe decies M. talenta, minus trecentis*. Item hîc, *πέμπτον ἡμιτάλαντον*, *ἕβδομον ἡμιτάλαντον*, *τρίτον ἡμιδραχμον*. quo ſignificantur quatuor talenta & dimidium talenti, ſex & dimidium, denarij duo & denarij dimidium.

hac enim figura sermonis numerus is, qui proximè antecedit cõprehensum cũ dimidio, integer esse debet, & dimidiũ ad illum apponi. Notanda & illa, ὅς μοι δωδεκαταῖος apud Theocritũ, & Herod. ὥστε τριταῖοι ἐκ Σπάρτης ἐγένοντο ἐν τῇ ἀττικῇ. Ἐρατοῖ & ibid. δευτεραῖος ἐκ τοῦ Ἀθηναίων ἄστεος ἦν ἐν Σπάρτῃ: significatur enim tempus, vt ille intelligatur abesse iam dies duodecim: & fuisse in Attica Spartanos tertio die ex quo profecti essent, & hunc cursorẽ postridie Spartam venisse. Notãda & hæc, δίμοιρον, τρίμοιρον, *bes & dodrãs*: vt illud accipiatur, trientes duo: hoc, quadrantes tres, quorum prius dixit Thucyd. duabus vocibus, ναῦς μὲν γε ἐς τὰς υ΄. ὀλίγῳ ἐλάσσους τῶν β΄. μοιρῶν. Notanda & numeratio dierum Mensis, & ista denominatiua numerorum, δυὰς, τριὰς, ἐννεὰς, δεκὰς, χιλιὰς, & χιλιοστὺς, μυριάς. Sed mensis descriptionem subiicere visum, qui ad Athenienses fuit dierum XXX.

α΄	πρώτη	ἱσταμένου μηνός.			
β΄	δευτέρα	ἱσταμένου.			
γ΄	τρίτη				
δ΄	τετάρτη				
ε΄	πέμπτη				
ϛ΄	ἕκτη				
ζ΄	ἑβδόμη				
η΄	ὀγδόη				
θ΄	ἐννάτη				
ι΄	ΔΕΚΑΣ.				
ια΄	πρώτη ἐπὶ δέκα	ἐπὶ δέκα.			
ιβ΄	δευτέρα				
ιγ΄	τρίτη				
ιδ΄	τετάρτη				
ιε΄	πέμπτη				
ιϛ΄	ἕκτη				
ιζ΄	ἑβδόμη				
ιη΄	ὀγδόη				
ιθ΄	ἐννάτη	Æsch. τῇ ὀγδόῃ καὶ ἐννάτῃ ἐπὶ δέκα.			
κ΄	ΕΙΚΑΣ.				
κα΄	πρώτη ἐπὶ εἰκάδι. eadem, δεκάτη φθίνοντος.				
κβ΄	δευτέρα	ἐπὶ εἰκάδι	ἐννάτη	θ΄	φθίνοντος.
κγ΄	τρίτη		ὀγδόη	η΄	
κδ΄	τετάρτη		ἑβδόμη	ζ΄	
κε΄	πέμπτη		ἕκτη	ϛ΄	
κϛ΄	ἕκτη		πέμπτη	ε΄	
κζ΄	ἑβδόμη		τετάρτη	δ΄	
κη΄	ὀγδόη		τρίτη	γ΄	
κθ΄	ἐννάτη		δευτέρα	β΄	
λ΄	ΤΡΙΑΚΑΣ.				

Τελευταῖος autem appellabatur ἕνη καὶ νέα. Et Homerum hunc diem ita designasse tradunt,

Τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς, τοῦ δ' ἱσταμένοιο.

Inter reliquos dies τετρὰς tam ἱσταμένου μηνὸς, quàm φθίνοντος celebratur. Fuit autem natalis Mercurij τετρὰς τοῦ ἱσταμένου, vt in hymno Homerico: τετράδι τῇ προτέρῃ τῇ μιν τέκε πότνια μήτηρ. τῇ ἑβδόμῃ, dabatur otium, & permittebantur lusus pueris. τῇ δεκάτῃ, nomina imponebantur quondam infantibus: vnde est, ποιῆσαι, & ἑστιᾶσαι δεκάτην, apud Demosth. πρὸς Βοιωτὸν, περὶ τοῦ ὀνόματος, & περὶ προικός. Verùm hæc δεκάτη, non mensis intelligenda, sed decima, siue dies, seu nox post genitum puerum. Inter dies, ἀποφρὰς, *ater*, seu, *nefastus* dicebatur. & ἐπίβδα propriè, ἡ μεθέορτος, *proximè sequens ferias*: quasi ἐπιβὰς, vt Etymologici aiunt. Pindarus translatè est vsus, cùm dixit, auaros post festiuitatem cupiditatum suarum non euitare nequaquam gratam, neque iucundam diem, quæ illas excipiat. Πυθίων 4. ἐντ' μὲν θνατῶν φρένες ὠκύτεραι κέρδος αἰνῆσαι πρὸ δίκας, δόλιον τραχεῖαν ἑρπόντων πρὸς ἐπίβδαν ὅμως.

APPENDIX VI.

Quædam nomina construuntur aduerbiorum loco, vt ὅσον, *fermè, circiter*. vnde ὅσον αὐτίκα, *quamprimùm*, ὅσον, οὐδέπω, fermè, ὅσον ἧκε ἐπ' ἐμὲ, *quatenus ad me pertinebat*. ὅσον τάχος, vel ὅτι τάχος, *quàm celerrimè*. Quando autem postponitur dictionibus, significat valde. ἀμήχανον ὅσον, *valde difficile*. θαυμαστὸν ὅσον,
1 *mirum in modum*, pro eodem capitur [1] θαυμαστὸν ἡλίκον. Sic ὀλίγοι ὅσοι, *admodum pauci*.

Item χολῇ γε, pro, *multò minus, nullatenus*: vt εἰ δὲ
2 μὴ τούτων, [2] χολῇ τῶν γε ἄλλων ἔσται τὰ γένη παρὰ τὰ εἴδη, *si verò non horum, multò minùs, siue nullatenus aliorum erunt genera præter species*.

3 Sic etiam hi Accusatiui, [3] βλέπειν σεμνὸν, βλέπειν βλοσυρόν τι, βλέπειν βασιλικὸν, βλέπειν μανικόν.

1 [1] HVIVS generis sunt, θαυμαστὸν ὅσον ἥδιον, *mirum quàm*. Lucia. de Historia cōponendia, ὡς ἐλπίσαι θαυμαστὰ ἡλίκα αὐταῦτα ἀκούσεσθαι, *vt iam quædam miracula expectent*. Ponitur & ὅσον, & οἷον, vt Græci aiunt, ἐπὶ θαυμασμοῦ: vt, τῆς ἀναιδείας ὅσον, hoc est, ô *impudentiam singularem*. Plato, οἵοις ἄρ' αὐτὸν πάντας ξυνὼν ἐλάνθανον. Tale potest accipi & hoc Platonicum, εἶτ' ὁ δ' αὖ καὶ ὁ τοῦ ἡμετέρου ἑταίρου Θεαίτητος χαλινὸς οἷος κα[illegible]

Πλ

Πολιτειῶν ς'. hoc eſt, *fuerit autem & mirificum in cohibendo frænum illud amici noſtri Theagis.* Vel παράδειγμα ſignificat, vt ſit ſenſus, In coërcendo quoque valuerit multum frœnũ, quale Theagis amici noſtri. Sic & Æſch. οἷον τούς τε ἱερέας καὶ τὰς ἱερείας ὑπευθύνους εἶναι κελεύει ὁ νόμος. hoc aduerbialiter ita ponitur, & plurali etiam formatione οἷα. Herodot. οἷα ἐλευθέρους γενόμενοι. Lucian. πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν. ἀλλ᾽ ὀξὺ δεδορκὼς οἷος καὶ πράγμασι χρήσασθαι εἰ ἐπιτραπείη. & mox, οὐδ᾽ οἷος πιστεύειν μόνον τοῖς ἀπαγγέλλουσι. id eſt, *qui & rebus ſatisfacere poſſit, & cuius fides non pendeat de narrationibus aliorum.* Thucyd. β'. ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔργῳ γενομένων, ἔργῳ καὶ δηλοῦσθαι τὰς τιμάς, οἷα καὶ νῦν περὶ τὸν τάφον τόνδε δημοσίᾳ παρασκευασθέντα ὁρᾶτε, οἷος τε: & aduerbialiter οἷόν τε, & οἷά τε, promptitudinis, & facultatis ſignificationẽ habet: Poly. ὁ δὲ Ἀπελλῆς οὐδ᾽ ὡς ἔληγε τῆς ἐπιβολῆς, ἀλλ᾽ οἷός τε ἦν ἄγειν ὑπὸ τὸν ζυγὸν τοῦ καταδεδραχὼ τοὺς Ἀχαιούς, *operã dabat, aut adnitebatur.* Herod. οἷοί τε ἔσεσθε ὑπερβαλλόμενοι τοὺς ἐναντίους εἶναι ἐλεύθεροι, hoc eſt, *poteritis victis hoſtibus eſſe liberi.* Idem Ερατοῖ, πλὴν οὐκ ἐσαγγέλλουσι τοὺς ἄλλους, οὐ γὰρ οἷά τε ἦν, non enim fieri poterat. Item notanda repetitio relatiuorum: vt illud, Quæ quibus antè feram. Soph. Ηλέκτρα. οἷ᾽ ἔργα δράσας, οἷα λαγχάνει κακά. Iſocrat. τίς οὐκ οἶδεν ἐξ οἵων συμφορῶν εἰς ὅσην εὐδαιμονίαν κατέστησαν· οὐδὲν οἷον, *nihil vetat.* Plato Gorg. οὐδὲν οἷον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾶν. ὅσον οὔπω, & ὅσον οὐδέπω, & ὅσον οὐκ ἤδη, *mox, iamiam.* Αληθοῦς ἱστορίας ά. ὅσον οὐδέπω καὶ αὐτοὶ καρποφορήσειν ἔμελλον, *iamiam & ipſi fructum eſſe laturi videbantur.* Herodot. ά. ἡμεῖς δὲ τὸ σὺν θεῷ ὅσον οὐδέπω ἀπολλύμεθα, *ſumus proximi exitio.* Et mox, ἡμῖν δὲ ἐσόμενον ὅσον οὐδέπω, *iamiam nobis quoque futurum.* Thucyd. vltim. καὶ ὅσον οὐκ ἤδη ἐνόμιζον αὐτοὺς παρεῖναι. & Ελληνικῶν ς'. καὶ γὰρ ἐλέγετο ὅτι Ιφικράτης ὅσον οὐκ ἤδη παρείη. [2] Minimè, nequaquam. Oedipo Tyranno. ἐπεὶ σχολῇ σ᾽ ἂν οἴκους τοὺς ἐμοὺς ἐστειλάμην, *ſi enim hoc ſciſſem, non accerſi te iuſſiſſem.* Solet autem illi aduerbiali Datiuo adiungi ferè γε. Plato Lyſide, ὁ δὲ αὐτὸς αὑτῷ ἀνόμοιος εἴη, καὶ διάφορον σχολῇ γε τῷ ἄλλῳ ὅμοιον ἢ φίλον γένοιτο. Phædone, καί τι εἰ αὗται τῶν περὶ τὸ σῶμα αἰσθήσεων μὴ ἀκριβεῖς εἰσὶ μηδὲ σαφεῖς, σχολῇ γε αἱ ἄλλαι, *non poſſunt alia eſſe.* [3] Neutra aduerbialiter poſita: eſtq́; hic vſus frequentiſſimus. δεινὸν βλέπειν, βλοσυρόν. Alceſtide, τί σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπεις; Pluto, βλέπων ἀποδείξω σ᾽ ὀξύτερον τοῦ λυγκέως. Ibidem figuratè Accuſatiuo eſt ſimiliter vſus. βλέπειν γὰρ ἀντικρὺς δόξεις μ᾽ ἄρη, *planè martium intelliges me tueri.* Rurſum Luciano, τραγικὸν βλέπειν, & φοβερὸν, ac ἀπηνηλικῶς βλέπειν. Καὶ ἄπειρα. Sic etiam dixere, φθέγγεσθαι μέγα. Et Lucian. Ερμῆς, ἐφθέγξατο ἐπισεσυρμένον τι, καὶ συνεχές, καὶ ἐπίτροχον, *confuſum loquebatur, & indiſtinctũ ac feſtinum.*

Sunt

APPENDIX VII.

Sunt etiam nomina, quæ nonnunquam ornatus gratiâ inſeruntur,& ad ſententiam ipſam nihil conferunt, ſed planè abundant: vt τὶς, vel τι: Lucianus, πρὸς δή τι τοῦτ' ἔφην, *ad hoc igitur ego reſpondi*. Hinc dicitur, ὅπως τι, σχεδόν τι, πάνυ τι, quod & πάνυ τοι dicitur. Et ποῖός τις interrogatiuè, pro ποῖος. ποίους τινὰς, pro ποίους. πόσος τις, pro πόσος, & ὁπόσος τις, pro ὁπόσος. ὁποῖός τις, pro ὁποῖος. οἷός τις, pro οἷος. Sic Græcorum imitatione apud Ciceronem Philippica ſecunda abundat, quid: *Neſcio quid conturbatus eſſe videris.*

Gullo. ὁποῖόν τι quale quidque.

Ex hoc ſchemate fit, quòd interrogatiua Græcis nonnunquam duplicentur, hoc modo: ποῖα ποίοις, ποῖος ποίῳ, τίς τίνι. Sic Ariſtoteles in 4. Politic. τίς τίσι ἡ πολιτεία τίσι, καὶ ποῖα συμφέρει ποίοις, ἐχόμενόν ἐστι τῶν εἰρημένων διελθεῖν.

SYNTAXIS VERBORVM.

Nominatiuus ante verbum.

Nominatiuus pluralis neutri generis cū verbo ſingularis numeri. 1

NOMINATIVVS pluralis neutri generis Atticis conſtruitur cum verbo ſingulari. [1] τὰ παιδία παίζει, pro παίζουσι, *pueri ludunt*. ζῶα τρέχει, pro τρέχουσι, *animalia currunt*. Hoc poëtis etiam fit in maſculino, & fœminino. τοῦ δ' ἦν τρεῖς κεφαλαὶ, pro ἦσαν, *illius erant tria capita*: μελιγάρυες ὕμνοι ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται, pro τέλλονται, *dulciſoni hymni facti ſunt initia poſteriorum ſermonum.*

Neutra pluralia iuncta participiis ſingularibus verborum impersonalium.

2 Inueniuntur etiam hoc modo neutra pluralia Atticè iuncta participiis ſingularibus verborum impersonalium. vt Plato in Protag. δόξαν ἡμῖν ταῦτα, pro δόξαντα ἡμῖν ταῦτα, *cùm hæc inter nos conueniſſent*. Quo in loco etiam Accuſatiuus participij verbi imperſonalis ponitur loco Genitiui ab-

soluti, vt latiùs dicemus in cap. de Participiis.

3 Ἄμφω & δύο, tametsi sint tantùm dualis numeri, construuntur etiam verbis pluralibus, ἄμφω τρέχετον, vel ἄμφω τρέχουσιν, *ambo currunt.*

Ἄμφω & δύο cum verbis pluralibus.

4 Nomina quæ formatione quidem sunt pluralia, significatione verò dualia, vel singularia, non iunguntur verbis dualibus vel singularibus, sed pluralibus duntaxat: ἀθῆναι φιλοσοφίαν ἔτρεφον, non ἔτρεφε, *Athenæ philosophiam nutriebant.*

Nomina significatione dualia iunguntur verbis pluralibus.

Ante verbum ponitur nonnunquam Atticè Genitiuus loco Nominatiui, εἴθε μοι τούτου τοῦ ἀγαθοῦ γένοιτο νῦν, *vtinã illius boni mihi nunc fiat.* Quale illud Ciceronis: *Cùm illius temporis mihi venit in mentem.*

Genitiuus pro nominatiuo ante verbum.

Verbum quod ante se habet Nominatiuum, resolui potest quandoque quidem in cognatum nomen, idque vel per Nominatiuum, vel per Genitiuum: vt, λύκιοι συνεμάχουν τοῖς τρωσὶν, *Lycij auxiliabantur Troianis.* sic resoluitur, σύμμαχοι τοῖς τρωσὶν ἦσαν, vel sic, τῶν συμμάχων ἦσαν, *ex auxiliaribus erant.* Quandoque verò in participium itidem, [2] vel per Nominatiuum, vel per Genitiuum sic, συμμαχοῦντες ἦσαν, vel sic, συμμαχούντων ἦσαν. Semper enim loco Nominatiui, quem post se habet verbum substantiuum, licet ponere Genitiuum pluralem Atticè: vt, ἐκεῖνος ὑπάρχει δίκαιος, vel ἐκεῖνος ὑπάρχει τῶν δικαίων. ἔστιν εὐγενὴς, vel τῶν εὐγενῶν.

Verbũ resoluitur per cognatũ nomen vel per nominatiuũ vel per genitiuum.

2

[1] ENALLAGE frequens est ea, qua verbum singulare tribuitur nomini plurali neutro: more Attico. Aristo. vno eodemque in loco Atticam & communem structuram cõiunxit: Metaphy. 2. ἐξ οὗ τὰ ἄλλα ἤρτηται, καὶ δι' ὃ λέγονται: In priori enim commate Atticismum, in posteriore simplex loquendi genus vsurpauit. Contra verò Synthesis appellatur, cùm nomini singulari ob significationem multitudinis tribuitur verbum plurale: Hom. ὡς φάσαν ἡ πληθύς. Pausan. τὸ ἔθνος τὸ Αἰτωλικὸν ἀπέστειλαν. Sic etiam Virgil. *Turba ruunt* & Ouid. *Turba ruunt in me luxuriosa proci.* Porrò cum vni verbo tribuuntur plura singularia aut vnum collectiuum pro

1

Synthesis quid.

pro plurali numeri anomalia frequens est: Pausan. ποταμὸς Ἠλέκτρα καὶ Κοῖος ῥέουσι, pro *Electra & Cœtus fluuij ruunt.* Idem, τὸ πλῆθος ὥρμησεν ἀποκτενοῦντες τὸν μνηστῆρα: Illic enim à fronte anomalia est numeri: Hic à tergo anomalia est numeri & generis: significatum videlicet spectans, nō vocem.

2 sensus enim est, οἱ ὄχλοι ὥρμησεν ἀποκτενοῦντες. [2] De hac verbi periphrasi per verbum substantiuum dicetur infra in participio: vbi & de varia participiorum quæ verbis subnectuntur significatione fusius agetur.

Appendix.

1. In nominis & verbi conuenientia, quæ in numero ac persona consistit, varia est anomalia. Pro nomine ponitur interdum verbum infinitiuum aut infinitiua oratio cum articulo. Menander, πολλῶν τε μεστόν ἐστι τὸ ζῆν φροντίδων. ibi enim τὸ ζῆν positum pro ἡ ζωή. Sic Cic. pro Mur. *Huic donis militaribus patris triumphum decorare, fugiendum fuit?*

2. Nomen, seu infinitiua oratio, interdum subaudiendum relinquitur. vt, εἴθε μοι τούτου τοῦ ἀγαθοῦ γένοιτο νῦν: pro τὸ ἀπολαύειν τούτου τοῦ ἀγαθοῦ: *vtinam mihi nunc bono isto frui (seu boni istius fruitio) daretur.* Sic φασὶ, μυθολογοῦσι: item εἰώθασι, φιλοῦσι, scilicet οἱ ἄνθρωποι. vt apud Latinos quoque *Aiunt, Ferunt, Solent.* Sic item ἐβρόντησε *tonuit*, ἤστραψε *fulgurauit:* ὑέτω *pluat*, νιφέτω *ningat*, & similia.

3. Verbi quoque duplex anomalia incidit. Nam & ipsum vel omittitur, ac modo ex antecedentibus subaudiendum relinquitur, modo extrinsecus intelligendum est: [3] vel diuerso numero ponitur, ἔλλειψις crebra est verbi substantiui. Menander. πλεονεξία, μέγιστον ἀνθρώποις κακόν. Aristot. Rhet. ἀρχὴ τῆς λέξεως τὸ ἑλληνίζειν.

4. Verbum substantiuum, inter diuersi numeri nomina interiectum, sæpe non habita potioris ratione, respondet proximiori: eique interdum antecedenti: Paus. 144, 36. τῇ πόλει ἐστὶν ὅμορος Κολωνίδες, pro *Colonides locus sunt vrbi confinis.* interdum sequenti: Arist. Rhet. 1. αἱ γὰρ πίστεις ἔντεχνόν ἐστι μόνον. Sic Dion. Hal. οὗτος ὁ χῶρος Μούκιοι λειμῶνες καλοῦνται. illic enim regula postulat plurale εἰσὶ, & hic singulare καλεῖται: sicut Pausan. 144, 41. ὄνομα ἦν αὐτοῖς Δρύοπες. Huc referri potest etiam hoc Aristot. Magn. moral. 61, 18. νοῦς μὲν δὴ, καὶ λόγος, καὶ ἐπιστήμη, παντελῶς ἀλλότριόν τι ἔοικεν εἶναι. ibi enim verbum, quod pluribus singularibus plurali numero respondere debuisset, relatum est ad proximum singulare.

5. Verbo postpositum adiectiuum, sæpe aduerbij vicem obtinet. Greg. Naz. εἰσελεύσεται δρομαῖος, *cursim seu curriculo introibit.*

DE CONSTRVCTIONE VERBORVM SVBSTANTIVORVM.

VERBVM τυγχάνω[1] cùm ſit ſubſtantiuum, vtrinq; habet Nominatiuum, meliùs tamen poſtponitur ei Nominatiuus participij verbi ſubſtantiui εἰμὶ, cum alio Nominatiuo, hoc modo: Σωκράτης τυγχάνει ὢν σοφὸς, *Socrates eſt exiſtens ſapiens.* 1

Quòd ſi ei poſtponatur participium verbi adiectiui, non opus erit præterea alio Nominatiuo. Perfectè enim dicimus, Σωκράτης τυγχάνει περιπατῶν, *Socrates eſt ambulans.* Σωκράτης τυγχάνει διαλεγόμενος, *Socrates eſt diſputans,* omiſſo participio ὤν.

Conſtruitur etiam quandoq; verbum ſubſtantiuum ἐστὶ cum articulo ſubiunctiuo, & in recto & in obliquo, tam ſingularis quàm pluralis numeri, hoc modo: ἔστιν οἵ τινες, hoc eſt, *aliqui.* οὐκ ἔστιν οἵ τινες τρέχουσι, *nulli currunt.* ἔστιν οἷς, *pro quibuſdam.* φωνή τις ἔστιν οἷς ἐξηκούετο, *vox quædam quibuſdam exaudiebatur.* ἔστιν οὓς, *aliquos,* vt ἑώρων πολλοὺς μὲν ἐκ μάχης φεύγοντας, ἔστι δ' οὓς εἰς θάνατον περιπεσόντας, *vidi multos è conflictu fugientes, & aliquos in morte proſtratos:* pro quo etiam dicunt, ἔστιν οὕς τινας. ἔστιν ὧν, *quorundam.* ἔστιν ὃς, *quidam.* ἔστιν οὗ, *cuiuſdam.* Et ſic de aliis caſibus.

Conſtruitur etiam hoc modo, ἔστιν ὡς, pro, *quodammodò, quadamtenus:* vt, ἔστι μὲν ὡς καὶ ὕλη μέρος τινὸς λέγεται, ἔστι δ' ὡς οὔ, *quodammodò materia pars alicuius dicitur, & quodammodò non.*

Etiam ἔσθ' ὅπως, ſignificat *quodammodò:* ἔστιν ὃν τρόπον, pro *quodammodò, quadamtenus.* τοῦτο μὲν οὐκ ἔστιν οὕτως ἔχον, ἀλλ' ἔστιν ὃν τρόπον. *non planè ita eſt, ſed quodammodò.* Quod quidem ita dicitur per ἔλλειψιν præpoſitionis κατὰ, articulo ſubiunctiuo ὃν accepto, pro hoc nomine infinito τινὰ: ita vt ἔστιν ὃν τρόπον, ſit loco huius ἔστι κατά τινα τρόπον. ἔστιν ἐφ' ὅτῳ, *aliqua cauſa.*

1 [1]CONSTRVCTIO verbi substantiui εἰμὶ cum sequētis articuli postpositiui cōprehensione, diligenter animaduertenda. nam articulus ad sequentia respondet: vt apud Herodia. ἔστι δ' ὢν καὶ πεῖρα μετέχων ἐν βασιλικαῖς, ἢ δημοσίαις ὑπηρεσίαις γενόμενος. Παιδείας β'. καὶ ἔστιν οἱ ἐτύγχανον, καὶ θώρακας, καὶ γέῤῥων, οἳ δὲ καὶ κράνους, καὶ κνημῖδος. Thucyd. α'. τῆς τε ἄλλης ἑλλάδος ἐστὶν ἃ χωρία. Et postea, καὶ ἔστιν ἃ καὶ πολίσματα εἶχεν. Ἑλληνικῶν δ'. καὶ ἐκείνῳ τῷ ἔτει ἔστι μὲν ἃ τῶν ἄθλων δὶς ἐνικήθη, ἔστι δ' ἃ εἰς αὐτοὶ ἐκηρύχθησαν, *illo anno bina accidere quorundam certaminum victoriæ, & bina de iisdem præconia.* Thucyd. 8. etiam plurali verbo est vsus, εἰσὶ δ' αἳ τῶν νεῶν, καὶ ἐς σίγειον κατῆραν.

Verbum substātiuum cum aduerbiis loci.

Adiunguntur & aduerbia loci, ac temporis, similiter verbo substantiuo, ἔστιν ᾗ, ἔσθ' ὅτε. Item, οὐκ ἔσθ' ὅπως, Thucyd. α'. οἱ γὰρ θεμέλιοι παντοίων λίθων ὑπόκεινται, καὶ οὐ ξυνειργασμένων ἔστιν ᾗ, *fundamenta enim varia saxa habent congesta, & ne quadrata quidem alicubi cernere est.* Electra, οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως ὁ δ' οὐκ Ὀρέστης ἐστί, *profectò enim Orestes hic est.* Herod. δ'. ἐπεὶ ἐναγίζουσι τὰ ἐναντία ἐφρόνουν ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν δικαζομένων ἔσθ' ὅτε. Et mox, ἔσθ' ὅπη καὶ ξυλίνοις χρώμενος σκεύεσιν, *nonnunquam.* Ac paulò post, ἔσθ' ὅπου δὲ καὶ χλοῦνας εἴδομεν ἀξίας εἰκόνας. *nonnulla etiam videmus ridicula simulachra.*

Verbum substātiuū cum casu apposito ad præpositionem.

Item cum casu apposito ad præpositionem, Thucyd. α'. αὐχμοί τε ἔστι παρ' οἷς μεγάλοι καὶ ἀπ' αὐτοῦ καὶ λιμοὶ ξυνέβησαν. Iungitur cum verbo τυγχάνω participium verbis εἰμί. Isocr. Archid. αἱ δὲ διαπράξεις ... καταφανεῖς ποιοῦσιν, οἷοι τινὲς ἕκαστοι τυγχάνουσιν ὄντες, cum aliis participiis. Electra, ἄριστος πάντων ἔργα δρῶσα τυγχάνεις. Similiter & apud Poëtas, κυρῶ, εὖ κυρεῖ. ποῦ ποτ' ὢν κυρεῖς. Ibidem & Trachiniis, ὧν γ' αὖ ἐξειδὼς κυρῶ, & ἐκπεπληγμένη κυρῶ.

Cum participiis aliorum verborum.

Adiunxere autem frequenter participiis aliorum verborum substantiua planè περιφραστικῶς, vbi Latini verbis modo vterentur, Herodot. κακὸν τοσοῦτον εἴη Ἴωνας ἐξειργασμένος. Plato Epitaphio, οὕτω πολλὰ καὶ μάχιμα ἔθνη καταδεδουλωμένη ἦν ἡ Περσῶν ἀρχή, hoc est, domuerat, κατεδεδούλωτο. Et Plato, ὁ δὲ πολὺ μᾶλλον ἐνίοτε ἐστὶν ἐξολωλεκώς, id est, ἀπώλεσε, *perdidit.* Huius figuræ sunt illa, ἦν λέγων, περιπατῶν, καθήμενος. Huc pertinent & illæ περιφράσεις cum verbo γίνομαι, ἐγένετο ἐπὶ Σκύθας αὐτοῦ Δαρείου ἔλασις, Μελπομένη. Sed in his nonnunquam est quædam ἔμφασις, vt cùm Latinè dicitur, *Non is erat, qui virtuti neruos incideret.* Herod. Σαδυάττης γὰρ οὗτος, καὶ ὁ τὸ ... μὲν ἦν σιωπήσας. Et mox, οὗτος ἦν ... τοῖς Λυδοῖσι ἐσὶ ... νὺξ ἡ ἡμέρη ἐγένετο, *hic ille est, qui dimicauit cum Lydis, ... tempore interdiu obtenebrauit commisso prælio.*

In modo infinitiui accusatiuū admittit.

Verbum substantiuum in modo infinitiuo, & Accusatiuum proprium huius modi casum admittit, & alium respondentem ad verbum finitum, vt παιδίον αὐτῷ βασιλέα γίνεσθαι, *cùm Rege...*

potestas illi fieret. Plato Epitaphio, καὶ ἡμῖν μὲν οὐδὲν θαυμαστὸν οἷόν τε εἶναι εἰπεῖν.

GENITIVVS POST VERBVM.

VERBA sensuum significatiua gaudent Genitiuis, velut αἰσθάνομαι, ἀκούω, ἅπτομαι, γεύομαι, ὀσφραίνομαι: vt, αἰσθάνομαι τῆς τῶν λόγων ἡδύτητος, *sentio sermonis suauitatem.* μὴ γεύεσθαι μελανούρων, *ne gusta ex iis, quibus nigra est cauda.*

Verba sensus significantia.

Excipiuntur ea quæ visum significant, veluti ὁρῶ, ὁρῶμαι, θεῶμαι, βλέπω, & similia, quæ exigunt Accusatiuum, quòd visus cæteris sensibus sit certior & penetrabilior. Verùm Attici omnia sentiendi verba construunt cum Accusatiuo.

Videndi verba exigunt accusatiuum.

Atticismus.

Cæterùm verbum αἰσθάνομαι quandoque significat *intelligo*, & tum si referatur ad eandem personam, construitur cum participio Nominatiui casus. αἰσθάνομαι καλῶς ποιῶν, *intelligo quòd bene faciã.* αἰσθάνῃ καλῶς ἀναγινώσκων, *intelligis te rectè legere.* Sin verò ad aliam personam, construitur Accusatiuo αἰσθάνομαί σε ποιοῦντα τόδε. *intelligo te hoc facere.*

αἰσθάνομαι cum nominatiuo & accusatiuo.

Item, ἀκούω capitur nonnunquam pro vocor, & tunc habet vtrinque Nominatiuum, more *Vocatiuorum. Sic Gregorius de Seruatore ait, Σαμαρίτης ἀκούει, *vocatur Samaritanus.*

ἀκούω vtrinque nominatiuo.

** Latinorum.*

2 ITEM verba quæ animi affectionem significant. ἐρᾶν Θέτιδός τε καὶ Γαλατείας οὐ δυνάσαι, *non potes Thetidem simul & Galateam amare.* [2] ἐπιθυμῶ σου τοῦ φίλου μου, *desidero te amicum meum.* πάντα ἀγαθοῦ τινος ἐφίεσθαι δοκεῖ, *omnia bonum aliquod appetere videntur.* [3]

Affectionẽ animi significantia.

2

Construuntur etiam hęc verba cum infinitiuis, additis articulis Genitiui casus, ἐφίεμαι τοῦ ἀναγινώσκειν, *desidero legere.* ἐπιθυμῶ τοῦ μανθάνειν, *cupio discere.* φιλῶ, ἀγαπῶ, ἐλεῶ, οἰκτείρω, & similia.

3

Affectionem significantia cum infinitiuis.

3 QVIBVS iunguntur verba curandi: φροντί... ἐπιμέλομαι, μέμνημαι.

...randi.

Participandi. 4 Addvntvr Genitiuis etiam verba participandi, κοινωνῶ σοι τῆς δόξης, *sum tecum particeps gloriæ.* μετέχω σοι τοῦ πάθους, *particeps tecum sum afflictionis.* quod etiam per accuſatiuum dicitur, μετέχω σοι τὸ πάθος. Vnde & illud Comici, οὐ γὰρ μετεῖχες τὰς ἴσας πληγὰς ἐμοὶ, *non enim participabas pares plagas mecum.*

Imperandi. 5 Verba imperandi Genitiuis gaudent, ἄρχω μηδενὸς, *nulli impero.* βασιλεύω, κυριεύω πάντων, *dominor omnibus.* τυραννῶ κρατῶ τῶν ἑσπερίων, *dominor Occidentalibus.* Ad hanc formam legimus Matth. 20. *Principes Gentium dominantur eorum,* pro *dominantur eis.*

Atticiſmus. Græcè enim eſt, κατακυριεύουσιν αὐτῶν. Atticè additur his verbis Datiuus.

βασιλεύω cum accuſatiuo. Conſtruuntur etiam cum Accuſatiuo. βασιλεύω σε, δεσπόζω σε, κυριεύω σε, verùm tunc ſignificant βασιλέα σε ποιῶ, *Regem te facio.* δεσπότην σε ποιῶ, *dominum te facio.* Et ita in aliis.

Priuandi & erroris. 4 6 Privandi verba & erroris στέρομαι τούτων, ἁμαρτάνει τῆς ὁδοῦ ὅλης, *errat tota via.* ἐλαττῶ σε ἑταίρ.[4] 20

Differendi. Diſtandi. Aſſequendi. Fruſtrandi. 7 Qvin & verbis differendi, aut diſtandi apponitur Genitiuus. διαφέρει πάντων, *differt ab omnibus.* χωρίζομαι, ἀπέχω, διΐστημι, διέχω. Et verbis aſſequendi & fruſtrandi.[5] τυχῶ, ἀτυχῶ, ἀποτυχῶ, & ſimilia: ἐπηγγελμένων τυχεῖν ἀγαθῶν, *aſſequi bona promiſſa.*

5 *Concedendi. Prohibendi.* 6 Similiter verbis concedendi, συγχωρῶ, ὑπείκω: Prohibendi, κωλύω.[6]

Plenitudinis. Copiæ. Inopiæ ſeu implendi & vacuandi. 8 Genitivo gaudent verba plenitudinis, copiæ, aut inopiæ. γυμνῶ σε ἀγαθῶν, *nudo te bonis.* κενῶ σε πραγμάτων, *euacuo te rebus.* πληρῶ σε ἀγαθῶν, *impleo te bonis.* πληθύνειν τὴν πόλιν ἀνδρῶν, *ciuitatem plenam eſſe viris.* γεμίζω φιάλην ὕδατος, *impleo phialam aqua.* Matth. 22. ἐπλήσθη ὁ γάμος ἀνακειμένων, *nuptiæ impletæ ſunt diſcumbentibus.*[7]

7

Licitandi, quæ appretiatiua dicuntur. 9 Appretiativa verba admittunt Genitiuum ſignificantem pretium, ὠνησάμην ταῦτα δραχμῶν ...

quinque drachmis. πολλοῦ πωλεῖς, *magno vendis.* δέκα ταλάντων τιμῶμαι, *decem talentis æstimo.* τιμῶμαί μοι θανάτου, *meipsum morte dignum censeo.* Quod etiam quandoque dicitur præcedente præpositione πρὸς, vel ἀντὶ, aut simili. οἳ τὸν βίον πρὸς μικρὰ κέρδη καταλλάττονται, *modicis lucris vitam commutant.* ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον δόξαν ἀντικαταλλάξασθαι, *pro morti obnoxio corpore gloriam comparare immortalem.*

10 Crebrò regunt verba Genitiuum ἐλλειπτικῶς, *deficiente*, ἕνεκα: vt, ἀποδέχομαί σε τῆς προαιρέσεως, hoc est, ἕνεκα τῆς προαιρέσεως, *suscipio* siue *approbo te, quod ad voluntatem attinet.* εὐδαιμονίζω σε τῆς τύχης, hoc est, ἕνεκα τῆς τύχης, *beatum te prædico propter fortunam,* aut quod ad fortunam attinet: vtrumque enim significat ἕνεκα. Huius schematis est etiam quod dicitur, εὖ ἥκει φρενῶν, pro φρόνιμός ἐστιν, εὖ ἥκει παιδείας, *eruditus est.* Quem morem Latini imitantur nonnunquam in huiusmodi orationibus, *Populi seruandi laborat, Reipublicæ defendendæ periclitatur, in quibus deest, causa.*

ἐλλειπτικῶς constructa, vtpote deficiente ἕνεκα.

11 Qvandoqve deficiente alia quauis præpositione, quæ postulat Genitiuum. λύω σε τῶν δεσμάτων, pro ἀπὸ τῶν δεσμάτων. διώκω σε τῆς οἰκίας, pro ἐκ τῆς οἰκίας. παύω σε τῶν κακῶν. παύω σε τοῦ παίζειν. κωλύω σε τοῦ χρέους, pro ἀπὸ τοῦ χρέους. ἁρπάζω σε τοῦ πυρὸς, pro ἐκ τοῦ πυρός.

ἐλλειπτικῶς desiderata præpositione.

12 Verba accusandi, damnandi, absoluendi, & consimilia, Genitiuum adsciscunt, qui significet crimen: quod nonnunquam etiam effertur per Accusatiuum. Per Genitiuum quidē: vt, διώκω σε φόνου, *accuso te cædis.* αἰτιῶμαί σε τοῦδε, *criminosè hoc tibi obijcio.* ἁλίσκω σε τούτου τοῦ ἀδικήματος, *conuincæ te huius iniuriæ.* ἑάλω κλοπῆς, *damnatus est furti.*

Accusandi. Damnandi. Absoluendi.

Quod etiam licet sic dicere, ἑάλω κλέπτων, vel sic, ἑάλω ἐπὶ κλοπῇ, & ita in aliis similibus, διώκω σε πληγῶν, ἐγκαλῶ σοι πληγῶν, *ago tecum iniuriarum ob*

verbera. φεύγω δουλείας, *causam dico super status contro-uersia.* φεύγων φόνου, *postulatus cædis.* φεύγων ὕβρεως, *postulatus iniuriæ.* φεύγων ἀνθρωποφονίας, *reus homicidij.* καταγινώσκω σε φόνου, *damno te cædis.*

Per Accusatiuum, καταγινώσκω σου τόδε, hoc de te iudico & æstimo. καταγινώσκω σου ἀμαθίαν, *indico te imperitum.*

Pœna condemnationis etiã per accusatiuum.

13 Effertvr etiam per Accusatiuum, quod pœnam significat condemnationis. καταγινώσκω σου θάνατον, *mulcto te morte.* κατακρίνω σου θάνατον, *damno te ad mortem.* Quod etiam passiuè dicitur per Nominatiuum, κατέγνωσαί σου θάνατος, κατακέκριταί σου θάνατος, *rei capitalis damnatus es, & vltimo supplicio.* Vel per Accusatiuum, κατακρίνομαι θάνατον, καταγινώσκομαι θάνατον, *damnor ad mortem.*

Passiua cum genitiuo.

14 Verba passiua exigunt Genitiuum intercedente præpositione ὑπὸ, vel παρὰ, aut simili: sicut Latinis Ablatiuum intercedẽte præpositione à vel ab. τύπτομαι ὑπὸ σοῦ, *verberor abs te,* loco cuius

Datiuus pro Genitiuo cum præpos.

quandoque ponunt Datiuum, πεποίηταί μοι, pro τὸ ὑπ' ἐμοῦ. λέλεκταί σοι, pro ὑπὸ σοῦ. διδάσκομαί σοι ῥητορικὴν, pro διδάσκομαι ὑπὸ σοῦ, *doceor abs te Rhetoricam.*

Quædam genitiuum, &c.

15 Qvædam verba regunt Genitiuum, quia resoluuntur in nomen, cui iungitur Genitiuus. ἀξιῶ σε τιμῆς, pro ἡγοῦμαί σε ἄξιον τῆς τιμῆς. γυμνῶ σε τῶν ἐνδυμάτων, pro καθιστῶ σε γυμνὸν τῶν ἐνδυμάτων. Ad Hebræos 3. πλείονος δόξης οὗτος παρὰ Μωϋσῆν ἠξίωται, *ampliori gloria præ Moyse dignus habitus est.*

Species temporis.

16 Qvibvslibet verbis apponitur Genitiuus significans speciem temporis, hoc est, cùm interrogatio fit per quando: vt, ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἐργάζεται, *noctu diuq́; operatur.* ἑσπέρας ἥκεν, *venit vesperi.* χειμῶνος καὶ ἔαρος αἱ κοιλίαι θερμαί εἰσιν, *hyeme & vere sunt ventres calidi.*

Spatium temporis.

17 Simpliciter spatium temporis, hoc est, cùm interrogatio fit per quãdiu, ponitur in Genitiuo, quan

quando tempus præteritum significatur negatiuè. οὐκ εἶπον χρόνου πολλοῦ, *non dixit multo tempore.*

Aut quando per breue tempus aliquid accidisse declaratur: μικροῦ παρῆλθεν, *paululum præteriit.* In aliis ponitur spatium temporis in Accusatiuo: ὅλην τὴν ἡμέραν εἰργασάμην, *tota die operatus sum.* Ioan. 15. τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμὶ, *tanto tempore vobiscum sum.* εἰμὶ ἐνταῦτα πάντα τὸν πόλεμον, *sum hîc toto tempore belli.* ἔζη πᾶσαν τὴν τοῦ Τραϊανοῦ βασιλείαν, *vixit toto tempore regni Traiani.* Quod & per Datiuum effertur, εἴκοσιν ὅλοις ἔτεσιν ἀποδημήσας, *viginti totis annis peregrinatus.* Dicũt & per Nominatiuum sic, ἐξῆλθε ἤδη ἔτος τρίτον, *annum ab hinc tertium.* τοῦτο μὲν ἔτος ἤδη τρίτον ἐξήκει μετὰ τὸ σπουδάζειν ἐμὲ, *iam triennium est à quo studere desij.*

Per breue tempus. — *Tempus continuatum.* — *Tempus continuatum in Datiuo.* — *Et in Nominatiuo.*

18 QVOD materiam significat, in Genitiuo ponitur. ἐποίησε λίθου, *fecit è lapide.* Cui quandoque additur præpositio ἐξ: vt, ἐποίησε ἐξ λίθου.

Materia

19 SIMILITER & id quod significat partem: κρεμῶ σε τοῦ ποδὸς, *suspendo te pede.* πίνω τοῦ ὕδατος, *bibo de aqua.* δρέπομαι τῶν ἀνθῶν, *carpo de floribus.* Si totum significent, vtuntur Accusatiuo: πίνω τὸ ὕδωρ, *bibo aquam.*

Pars — *Totum in Accusatiuo.*

20 VERBVM substantiuum adsciscit nonnunquam Genitiuum, τούτων ἐστὶν ὁ Πλάτων, *horum, aut de numero horum est Plato.* Quod verbum quandoque omittitur, οὐδὲ τῶν ἀδικούντων ἐγὼ, *neque ego sum de numero nocentium.*

Substantiuum verbũ, cum quo εἷς subauditur.

[1] ISOCRATES τῆς ψυχῆς οὐδὲν φροντίζοντες, *nihil curantes animum.* Cum περὶ quoque iunctum inuenitur apud Xenoph. περὶ τοῦ ἐνθάδε φροντίζειν. Item cum περὶ sequente genitiuo, Apud Demosth Philip. 4. οὐ μόνον οὐδὲν φροντίζει περὶ αὐτῶν ἀλλ' οὐδὲ μέμνηται. Alteri item præpositioni reperitur iunctum, nempe ὑπὲρ apud eundem Demosth. vt Olynt. 1. εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν φροντίζετε. Denique iungitur etiã accusatiuo, vt in hoc Aristoph. loco, μὴ νῦν τοῦτό γε φροντίζετε, *ne hoc curetis.* Porro aliam interpretationem passa vbiq; inuenitur iuncta accusatiuo, nimirum pro studeo, operam

impendo,&c. de quo dicetur inferius. Nec raro etiam inuenitur iunctum particulis ὡς, vel ὅπως vel εἰ. Isocrat. φρόντιζε ὅπως μηδὲν ἀνάξιον τῆς τιμῆς ταύτης ποιήσῃς. *Da operam ne quid isto honore indignum facias.* Plato. lib. 1. de Repub. ἔοικας ἡμῶν οὐδὲν κήδεσθαι, οὐδέ τι φροντίζειν εἴτε χεῖρον, εἴτε βέλτιον βιωσόμεθα, & cum Participio iungit etiam Demosth. in Mid.
2 [2] Demosth. ἀρχῆς ἐπιθυμῆσαι, *imperium concupiscere.* Dionys.
3 Halic. ἐρῶντες δυναστείας, *potentiam appetentes.* [3] His adde, apprehendendi Pind. φθόνος ἅπτεται τῶν ἐσθλῶν, *inuidia arripit & tangit bonos.* Dionys. Hal. ἐπιληψόμενοι τοῦ ἀνδρὸς *virum arrepturi.* Sic contra, abstinendi & dimittendi: Aristoph. οἴνου δ' ἀπέχειν καὶ γυμνασίων, *abstinere vino & exercitiis*: Idem
4 τούτου μὴ μεθίεσθαι, *hunc non dimittere.* [4] Sic contra communi-
5 candi. Xenoph. μεταδιδόναι τοῦ βάρους, *communicare onus.* [5] Plato, τοῦ σκοποῦ τευξόμενος, *scopum assecuturus.* Polyb. τετυχηκότες τῆς σχολῆς, *nacti otium.* Herodot. ψευσθεὶς ἐλπίδος, *spe frustratus.*
6 [6] Dionys. Halac. εἶργον τῆς διαβάσεως *prohibebant transitu.* Xen.
7 κωλύειν τοῦ καίειν, *impedire quominus vrant.* [7] Sic Demosth. τοσαύτης παρανομίας καὶ μανίας ἐνέπλησε τοὺς ταλαιπώρους, *tanta iniquitate ac iniquitate impleuit miseros.* Aristot. prob. κουφισθεὶς τοῦ πάθους, *malo leuatus.*

Appendix. Genitivum quoque adsciscunt verba fruendi:
1. Isocr. ἀπήλαυε τῶν παρόντων, *fruebatur præsentibus.* Huc pertinent illa φαγόντες ἐχίδνης, *cum de vipera comedissent.* πιόντες
2. οἴνου, *cum de vino bibissent*: apud Aristo.& alibi. Item liberandi: Philo, δεσποίνης χαλεπῆς ἐλευθερωθεὶς, *domina difficili liberatus.* Isocr. ἀπηλλάγησαν δουλείας, *liberati sunt seruitute.*
3. Incipiendi & desinendi: Thucid. μάχης οὐκ ἦρχον Isocr. λήγε
4. τῶν πόνων. Æsop. παῦσαι τοῦ κλαίειν. Sic etiam Horat. *Desine*
5. *mollium querelarum.* Admirandi: Isocr. θαυμάζω δὲ τῶν πρεσβυ-
6. τέρων, *miror autem seniores.* Dolendi: Euripid. Ἑλλάδος τῆς τα-
7. λαιπώρου στένω, *Græciam miseram deploro.* Arist. πολὺ ἀλλήλων διεστῶτα, *longè à se inuicem distantia.* Sic excellendi & contra. Isocr. προέχειν τῶν ἄλλων, *cæteros antecellere.* Item superandi: Xenoph. κρατεῖν τῶν ἡδονῶν, *superare voluptates.* Greg. ἡττήθη τῆς γεύσεως, *à gustu superatus est.* Esse in significatione possessionis, pertinentiæ, causæ, Heliodo. μὴ τῆς ὀργῆς γίνου ὅλος. *Ne prorsus iræ succumbe*: Basil. σεαυτοῦ γίνεσθαι πάλιν: *Rursus tui fieri compotem.* Aristophan. πλούτου δ' ἐστὶν ὑβρίζειν, *Diuitiarum est insolescere.* Esse in ortus significatione. Homer. αἵματος εἰς ἀγαθοῖο, *Bono sanguine ortus es.* Esse in adiunctæ laudis aut vitij significatione. Arist. Histor. animal. τὸ θῆλυ ἀκοντότερον τοῦ ἄρρενος, καὶ ἔλαττον τῆς σφοδρότητος, *& pauciteris* [illegible] Denique multa genitiuum regunt vi præpositionis ex qua sunt composita. Lucia. ἀπελθεῖν τοῦ συμποσίου expe-

conuiuio. Ariſtoph. ἐκβαλῶ τῆς οἰκίας *eÿciam domo.* Idem ταυτὶ καταχέω σου, *Hæc in te effundo.* Horum quoque multa vel ellipſin aliquam habent, vel alium caſum alio reſpectu adſciſcunt.

DATIVVS POST VERBVM.

VERBA ſequendi exigunt datiuum, ἕπομαι τοῖς παλαιοῖς, *ſequor veteres.* ἀκολούθει μοι, *ſequere me.* Hom. ὄφρα τοι αὐτὸς ἕπομαι, *vt ipſe te ſequar.* *Sequendi.*

2 SIMILITER verba certandi, μάχεσθαι κυσὶν ἐν φρέατι, *in puteo cum canibus pugnare.* τοῖς θεοῖς μάχεσθαι, *pugnare cum diis.* φιλονεικῶ σοι. *contendo aduerſum te.* παλαίω τοῖς πολλοῖς, *luctor aduerſus multos.* παυροτέροις πολεμεῖν, *aduerſus pauciores belligerare.* Sic Virg. *Certandi.*

Placidóne etiam pugnabis amori?

Quibus nonnunquam additur Genitiuus, ἀμφισβητῶ σοι τούτου, vel περὶ τούτου, *certo tecum de hac re.* *Quibus additur genitiuus.*

3 QVODVIS verbum admittit Datiuum ſignificantem qualecunque inſtrumentum, [1] aut modum actionis. πολεμίζειν γλώττῃ, *bellare lingua.* χειρὶ δεῖ σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ θυλάκῳ, *manu ſerere oportet, non toto thylaco.* τίνι τρόπῳ γράφεις; *quo modo ſcribis?* His finitima ſunt, quæ cauſam ſignificant. [2] φθόνῳ τοῦτο ποιεῖ, *inuidiâ hæc facit.* *Inſtrumentum.* 1 *Cauſa.* 2

4 NONNVNQVAM & pretium ponitur in Datiuo: Chryſoſtomus, ἰδίῳ θανάτῳ τὸ ποίμνιον πριάμενος, *propria morte gregem emens.* *Pretium.*

5 VERBIS ſignificantibus motum ad locum additur ſæpe Datiuus loco Accuſatiui, cum præpoſitione: vt, ὁρμᾷ διὰ τοῦ ἀέρος τῇ πόλει, pro εἰς πόλιν. *Quæ ſignificant motum ad locũ.*

6 CVM verba regunt Datiuum pronominis αὐτὸς, ſæpenumerò intelligitur præpoſitio σὺν, vt ἀποτέμνω αὐταῖς ὠλέναις τὰ πτερὰ, hoc eſt, σὺν αὐταῖς ὠλέναις. αὐτοῖς ὅπλοις ἔλαβεν ἄνδρας, hoc eſt, σὺν αὐτοῖς ὅπλοις, *vnà cum armis accepit viros.* [3] *Cum datiuo pronominis αὐτὸς, σὺν ſubauditur.*

7 Ἔστι pro habeo gaudet Datiuo, ſicut apud Latinos. οὐκ ἔστι μοὶ ἀργύριον, *non habeo argentum.* Et 3 *ἐστὶ pro habeo.*

familiariter adſciſcit ſibi duos Datiuos, βουλομένῳ, ἀχθομένῳ, & ſimiles, ὡς βουλομένοις ἦν, *ſuo arbitratu.* οὐκ ἦν βουλομένῳ μοι ταῦτα, *hæc non placuerunt mihi.* οὕτω μὴ ἀχθομένῳ εἴη ταῦτα, *quo non inuito hæc eſſent.*

Χρῶμαι datiuo conſtruitur.

8 Χρῶμαι & χρῆσθαι, & ſimilia, conſtruuntur Datiuo. χρῶμαι τοῖς φίλοις, *vtor amicis.* καλῶς ἑαυτῷ χρῆσθαι, *honeſtè ſe habere.*

Datiuo verbi Χρῶμαι additur τι, vel ὅ,τι.

Et huic Datiuo additur nonnunquam Accuſatiuus τὶ, vel ὅ,τι: vt, οὐκ ἔχω, ὅ,τι χρήσωμαι ἐμαυτῷ, *incertus ſum quid agam.* οὐκ ἔχω τι χρήσαιμι τούτῳ, *neſcio quomodò eo vti debeam.*

Datiuus in Accuſatiuum mutatur.

Mutatur etiam hic Datiuus nonnunquam in Accuſatiuum. χρῶμαι τοῖς σοῖς, vel χρῶμαι τὰ σὰ, *vtor rebus tuis.*

Quæ genitiuo & datiuo gaudent.

9 Hæc autem Genitiuo & Datiuo, φθονῶ, μετέχω, κοινωνῶ, συγγινώσκω: vt, φθονῶ σοι τούτου, *inuideo tibi hanc rem.* φθονῶ σοι τοῦ πλούτου, *inuideo tibi diuitias.* μετέχω σοι τούτου, *huius rei tecum particeps ſum*

10 Item hæc impersonalia, δεῖ, μέτεστι, μέλει, μεταμέλει, διαφέρει, προσήκει: vt, μέλει μοι τούτου, vel περὶ τούτου, *huius mihi curæ eſt.* διαφέρει μοι τούτου, vel περὶ τούτου, *huius mea refert.* προσήκει μοι τούτου, vel περὶ τούτου, *huius me decet.* δεῖ μοι τούτου, *opus eſt mihi hac re.*

11 Loco Datiui licet quandoque ponere Genitiuum, antecedente præpoſitione. ἐπέχω τὴν γνώμην τούτῳ, & ἐπέχω τὴν γνώμην περὶ τούτου. ἐφίστημι τὴν γνώμην τούτῳ, & περὶ τούτου, *adhibeo animum huic rei.*

12 Ἀμύνομαι, τιμωρῶ, ἐκδικῶ σοι, vel ὑπὲρ σοῦ, *vlciſcor iniuriam tibi illatam.*

Cum accuſatiuo verò ſignificant hæc verba, *crucio, vindico*, ἑαυτὸν τιμωρούμενος, *ſeipſum crucians.* ἀμύνομαι, vel ἐκδικῶ σε, *vindico te.*

1 [1] Instrumentum vt Ariſto. Oecon. ἠθμῷ ἀντλεῖν *colo haurire.* Modum: Ariſtoph. ῥώμῃ πράττειν, γνώμῃ βουλεύειν *Animo & mente deliberare, viribus exequi.* Demoſth. ...

2 ... τῷ πολέμῳ, *bello victi.* [2] Ariſto. χαίρειν καὶ λ... οἷς δεῖ, *gaudio & mærore ob quæ affici oportet.* Ariſtoph. ...

ἄχθετη, *His offendere, seu hæc agrè feres.* Xenoph. ἥδεται τοῖς τοιούτοις, *talibus delectetur.* Sic Homer. ἀλκῇ πεποιθὼς, *viribus fretus.* Insigne exemplum est hic Pausan. 132,39. ἀνανδρίᾳ γὰρ καὶ ὑπὸ δειλίας, καὶ οὐ διὰ κακίαν οὐδεμίαν, φυγεῖν αὐτόν. Ibi enim datiuus causalis mox effertur per præpositiones causales ὑπὸ *præ* & διὰ, *propter.* 3 Imo licet nulla interueniat mentio pronominis αὐτὸς, multa verba adsciscũt Datiuum vi præpositionis ἐν vel σὺν. Thucyd. ἐμμένειν ταῖς συνθήκαις, *manere in pactis,* id est, *seruare pacta.* Plato in Epist. ξυγγινόμενος ἄλλοις, *cum aliis versans.* Sic etiam pleraque composita cum præpositione ἀντὶ, ἐπὶ, παρὰ, πρὸς, in repugnandi, occurrendi, vel certandi significatione aliisve similibus. Xenoph. τούτοις ἀντιλέγων, *his contradicens.* Plutarch. ἐπιχειρεῖν τῷ ἔργῳ, *opus adgredi.* Sophocl. Τούτῳ παρέστης, *huic adstitisti,* seu *affuisti.* Gregor. Nazianz. προσδραμεῖν τῷ δωρήματι, *accurrere ad donum.* 3

Appendix. DATIVVM regunt præter hæc multa quorum pleraq; Latinorum structuram sequuntur vt verba. *1 Dandi & adimendi.* Dandi & Adimendi. Homer. δῶρον σοι τοῦτο δίδωμι, *do tibi hoc donum.* Idem σῖτον μέν σφιν ἀφεῖλε, *cibaria illis ademit.* Sic Tribuendi seu Attribuendi. Sophocl. τοῖς φίλοις τιμὰς νέμειν, *amicis honores tribuere.* Dionys. Halicar. προσάπτειν θεοῖς ἀνάξια, *diis res indignas adscribere.* *2 Commodãdi.* Commodandi & Incommodandi. Isocr. λυσιτελεῖ τῇ πόλει, *prodest reip.* Idem, φθονοῦμεν τοῖς προέχουσι, *inuidemus iis qui eminent.* *3 Promittendi.* Promittendi & Minandi. Plutarch. ὑπισχνούμενος αὐτῷ ποιήσειν, *promittens illi se facturum.* Luc. οἷα ἡμῖν ἠπείλησε, *qualia nobis minatus sit.* *4 Irascendi.* Irascendi & Ignoscendi. Matth. 5. ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ, *qui irascitur fratri.* Eurip. συγγνώσεταί σοι τὴν ἁμαρτίαν, *ignoscet tibi peccatum.* *5 Credendi.* Credendi & Diffidendi. Marci 1. πιστεύετε τῷ εὐαγγελίῳ, *credite Euangelio.* Isocr. ἀπιστῶν τοῖς πεπραγμένοις, *diffidens rebus gestis.* *6 Obsequendi.* Obsequendi & Repugnandi. Actor. Apost. 5. πειθαρχεῖν θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις, *obedire Deo magis quàm hominibus.* Iacobi 4. ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ, *obsistite diabolo.* Appropinquandi. Dionys. Halic. ἐγγίσας τῇ πόλει, *cum appropinquasset urbi.* Isocr. τοῖς λόγοις πλησιάζειν, *litteris studere.* *7 Seruiendi.* Seruiendi & Ministrandi. Lucæ 4. διηκόνει αὐτοῖς, *ministrabat eis.* Isocr. ταῖς ἡδοναῖς δουλεύειν, *seruire voluptatibus.* Lucæ 4. αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, *ei soli seruies.* *8 Adorandi.* Adorandi, Supplicandi, Precandi. Paul. 1. Corinth. 14. προσκυνήσει τῷ θεῷ, *Deum adorabit.* Demosth. θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, *omnes deos deasq; precor.* *9 Hortandi.* Hortandi Aristoph. παραινῶ σοι σιωπᾶν, *hortor te vt taceas,* vel *suadeo tibi.* *10 Mandandi.* Iubendi, Mandandi Dionys. Halicarnass. 32,42. κελευσθῆν αὐτοῖς, *cum iussum (id est imperatũ) eis esset.* Matth. 15. ὡς προσέταξεν αὐτῷ, *vt mandarat ei.* *11 Increpandi.* Incre-

pandi, Obiurgandi. Iſocr. τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιπλήττειν, *de-*
12 Occurrendi. *licta reprehendere.* Occurrendi, Incidendi. Sophocl. ἀντήσας
σοι, *obuiam tibi factus.* Ariſtot. Eth. αὖ Πριαμικαῖς τύχαις περι-
πέσῃ, *ſi in Primicas calamitates inciderit.* Conueniendi ſeu
13 Congruendi. ſeu Congruendi. Dionyſ. Halicarnaſſ. ὡς ἥρμοττέ μοι ζῆν, *vt*
14 Decendi. *mihi conueniebat viuere.* Sic Decendi. Ariſt. ἃ πρέπει ἐλευθέ-
ροις, *quæ liberos decent.* Sufficiendi. Plato, εἰ αὐτῷ μὴ ἀποχρήσει
ταῦτα, *ſi hæc ei non ſuffecerint.* Plutarch. ἀρκεσθεὶς τούτοις, *his*
contentus. Placendi, & Diſplicendi. Thucyd. εἰ τοῖς πλείοσιν
ἀρέσκοντές ἐσμεν, τοῖς δ' αὖ μόνοις οὐκ ὀρθῶς ἀπαρέσκοιμεν, *ſi com-*
pluribus placemus, his ſolis haud iure diſplicuerimus. Xenop.
15 Temporis notatio. οἷς ἀπήχθετο, *quibus exoſus erat.* Temporis quoque notatio
fit hoc caſu vt εἴκοσιν ὅλοις ἔτεσιν ἀποδημήσας, *totis viginti an-*
nis peregrinatus. Plato χρόνῳ δ' οὐ πολλῷ πᾶσα μετέπεσε, *intra*
tempus non longum. Dionyſ. Halicarnaſſ. χρόνῳ δ' ὕστερον, *ali-*
quanto poſt tempore, vel *temporis progreſſu.*

ACCVSATIVVS POST VERBVM.

ACCVSATIVVM admittit quoduis verbū
nominis ab eo deducti. μάχομαι μάχην, *pu-*
gno pugnam. ζῶ ζωήν, *viuo vitam.* δουλεύω δουλείαν, *ſer-*
1 *uio ſeruitutem.* [1] Sic Terentius:

Cantilenam eandem canis.

Aut nominis relatiuum: ἣν ἀδικίαν ἀδικῶ σε, *in-*
iuria qua te afficio.

2 QVODVIS verbum conſtruitur etiam Ac-
cuſatiuo, ſi ſubaudiatur κατά. γέγραφε τὸν εἰρημένον
τρόπον, pro κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον, *ſcripſit dicto modo.*
ἐποίησε ἀκρίβειαν τὸν ἐνόντα τρόπον, id eſt, κατὰ τὸν ἐνόντα
τρόπον, *quàm fieri potuit maximè.* Sic ad Philip. 4. ἀνε-
θάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, pro κατὰ τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν,
2 *reuiguiſtis in ſentiendo de me.* [2]

Verba adorãdi. 3 ACCVSATIVO gaudent verba adorandi,
Miſerandi. τιμῶ, σέβομαι, κολακεύομαι, θωπεύω, αἰσχύνομαι. Miſe-
Supplicandi. randi: ἐλεῶ, οἰκτείρω, κλαίω, θρηνῶ. & Supplicandi: ἱκε-
τεύω, λιτανεύω, ἀντιβολῶ, ἐκλιπαρῶ.

Accuſatiuo per ſynecdochen vtuntur. 4 GRÆCI paſſim vtuntur etiam in oratione
ſoluta Accuſatiuis per Synecdochen. πλήττομαι τὸν
πόδα, *percutior pedem.* ἀλγῶ τὴν κεφαλήν, *doleo caput.*

5 Attici vsurpant Accusatiuum loco Datiui, vbi significant bene aut malè fieri cuipiam. οἷά με ποιεῖς, pro ἐμοὶ, *qualia facis mihi.* Matthæi 27. τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν, τὸν λεγόμενον Χριστὸν, *quid igitur faciam Iesu, qui dicitur Christus?* ποιῶ σε ἀγαθὸν, pro ποιῶ σοι. δρῶ σε τόδε, pro δρῶ σοι τόδε. Sic passiuè: vt enim dicunt, εὖ ποιάσω σε, sic etiam passiuè, σὺ εὖ ποιηθήσῃ παρ' ἐμοῦ, pro *tibi bene fiet à me.* Sic & Actuum 12. dicitur, τί ἄρα ἐγένετο ὁ Πέτρος; *quidnam factus est Petrus?* pro *quidnam factum est Petro?* Sic item Matth. 11. πτωχοὶ εὐαγγελίζονται, *pauperes annuntiantur Euangelium*, pro *pauperibus annuntiatur Euangelium.*

Accusatiuus loco Datiui, vt placet autori. Rectius autem dixeris verba faciēdi construi cum duobus accusatiuis.

Hinc fit, quòd ad imitationem Græcorum passim legitur in sacris literis, *benedicere, & maledicere*, cum Accusatiuo significante eum, de quo quis bene & malè loquitur, qui & ipse benedici & maledici dicitur.

Nota benedicere & maledicere cum Accusatiuo pro modo loquendi nō Latinorū, sed Græcorum.

6 Passiva insuper adsciscunt Accusatiuum eum, quem verbum actiuum habet post Datiuum acquisitiuum: vt, ἐπιτρέπεις ἐμοὶ τὴν δίαιταν, *defers mihi arbitrium.*

Sic passiuè, ἐγὼ ἐπιτρέπομαι τὴν δίαιταν, *ego deferor arbitrium*, pro *arbitrium mihi delatum est.* Sic 1. Timoth. 1. κατὰ τὸ εὐαγγέλιον ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ, *secundum Euangelium, quod concreditus sum ego*, pro *secundum Euangelium, quod mihi concreditum est.*

Passiua habent accusatiuū sui actiui.

7 Atticè ponitur Accusatiuus pro Genitiuo, ἀποστερῶ σε τὰ χρήματα, pro τῶν χρημάτων, *priuo te pecuniis.* Et econuersò, Genitiuus pro Accusatiuo: τοῦ αἵματος ἀποψῶσαι, pro τὸ αἷμα ἀποψῶσαι. Quod plerunque fit, subaudiēdo alium casum, quem poscit oratio: vt, μὴ ἔχειν χρημάτων, id est, χρήματα. ponitur enim pro μηδὲ ἓν ἔχειν χρημάτων.

Accusatiuus loco genitiui Atticè.

Genitiuus loco accusatiui, sed ἐλλειπτικῶς.

8 Græcis sunt plurima verba composita, quæ tametsi casum suum includere videantur, tamen insuper construuntur Accusatiuo, & tum capiun

Nota. Composita pro simplicibus sumenda.

capiuntur pro simplicibus: *οἶνον οἰνοχοεῖν, fundere vinum. παῖδα παιδαγωγῶ, puerum guberno.*

Nota.
Accusatiuus cũ verbis loco Aduerbij.

9 ADDITVR etiam verbis Accusatiuus nonnunquam loco aduerbiorum: *ὀξὺ γράφεις*, pro *ὀξέως γράφεις. καλὸν ποιεῖς*, pro *καλῶς ποιεῖς. καλὰ ἐβουλεύσω*, pro *καλῶς ἐβουλεύσω, βλέπειν μανικόν*, pro *μανικῶς βλέπειν. βλέπειν βλοσυρόν τι.* pro *βλέπειν βλοσυρῶς.*

Tempus continuatum.
Nota.

10 ACCVSATIVO ponitur insuper cõtinuitas temporis, vt dictum est suprà. Cæterùm nullum verbum est Græcis quantumuis intransitiuum, quod non admittat interdum Accusatiuum alicuius actionis significatiuum. *ὅσα ὑβρίσθην, in quãtis affectus sum contumelia. ὅσα ἠδίκησθε, in quantis affecti estis iniuria. πάντα ἐξηπατημένοι, in omnibus decepti. γεραίρομεν αὐτὸν τὰ εἰκότα, honoramus eum, vt par est,* vel *pro dignitate. ἀτυχῶ πολλά, τὸ δέον μαρτύρομαι, μεγάλα εὖ ἔπαθον, ἐπαινῶ σε τοῦτο, τοῦτο καὶ τὰ τοιαῦτα*

3 *ἐγκωμιάζουσι τὴν δικαιοσύνην.*[3] Sic Terent. *Id operam do.*

Verba substantiua cũ Accusatiuo construũtur, vel κατὰ subaudiendum est.

11 ETIAM substantiuis verbis hoc pacto apponunt Accusatiuum: *τοῖς παροῦσι σύνειμι τὰ εἰκότα, cum præsentibus conuersor, vt par est, & pro dignitate.*

Verba cõstructa cum duobus Accusatiuis.

12 SVNT quæ geminum admittunt Accusatiuũ, *αἰτιᾶταί σε τοιαῦτα, obijcit contra te talia. διώκω σε γραφὴν ταύτην, reum te criminis huius facio. τοιαύτας δίκας τοῦτον ἀπέφυγον παρόντα, talibus causis hoc præsente absolutus sum. ἐκλέγω τὰ τέλη τοὺς παραπλέοντας, exigo vectigalia à prætereuntibus nauigiis. ἀφαιροῦμαί σε τὰ χρήματα, aufero tibi res. αἰσχύνομαι τοῦτον τὴν μετάθεσιν, facio vt hunc pudeat mutatum videri. προκαλοῦνται ἡμᾶς πρόκλησιν, διδάσκει μαθητὰς ποιητικά, παιδεύω σε παιδείαν, νουθετῶ σε νουθεσίαν, κλέπτω σε τὸ ἔνδυμα, ζημιῶ σε χρυσίον, κρύπτω σε τὰ ἐμά, ἀποστερῶ σε χρήματα,* vel *χρημάτων, ἀφαιρῶ σε τὰ βιβλία,* vel *βιβλίων, ἐνδύω σε τὸ ἱμάτιον, μυῶ σε τὰ μυστήρια, εἰσπράττω σε χρήματα, ἀπαιτῶ σε τὸ χρέος.* Horum passiua regũt vnum Accusatiuum, vt apud Latinos.

Inter

Quæ mutāt Datiuum in Accusatiuum, & Accus. in datiuū.

Inter ea quæ construuntur Datiuo & Accusatiuo, sunt quę mutant Datiuum in Accusatiuum, & Accusatiuū in Datiuum. δωροῦμαί σοι βιβλίον, δωροῦμαί σε βιβλίῳ, χαρίζομαί σοι τοῦτο, χαρίζομαί σε τούτῳ.

Hactenus de Accusatiuo.

[1] Sic Herod. τίνα λέγεις λόγον. Idem ἔπρηξε τὰ πρήγματα, 1 Matth. 2. ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην, *Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde.* Sic Latini quoque, *Suum gaudere gaudium, Duram seruire seruitutem,* & similia. Apud Aristot. in Polit. est non tantum ἄρχειν δεσποτικὴν ἀρχὴν, *herili imperio regere*: Sed etiam passiuum ἄρχεσθαι δουλικὴν ἀρχὴν, *seruili imperio regi.* In quibus vt Pleonasmi quædam species est, ita in illis quę cum nomine aliquo sunt composita. Homer. νέκταρ ἐῳνοχόει: Isocrat. οἰκονομεῖν τὸν βίον: Sed quemadmodum in superiorum plerisque, ita etiam in his dici potest emphasis quædam esse: Nam νέκταρ ἐῳνοχόει, significat *infundebat nectar vt pincerna qui vinum infundit*: & οἰκονομεῖν τὸν βίον, est, *vitam ita instituere, vt peritus œconomus res domesticas.* Sic 1. Corinth. 6. ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι ἄδικοι βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι, *An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt?* id est, *regnum Dei velut hereditatem adibunt.* At Iliad. ε. οὐχ ὅγε ἄνευθε θεοῦ τάδε μαίνεται, significat vel *per furorem hæc agit*, vel *in his insanit ac furit.* [2] Similis ellipsis statui potest in temporis expressione. Demosth. μεμνῆσθαι τὸν πάντα χρόνον, scilicet κατὰ per *omne vitæ tempus meminisse.* 2 Idem, χρόνον τινὰ παρέχειν ἑαυτὸν, *per aliquod tempus sese præbuit.* Sunt etiam multa verba quæ Accusatiuum asciscunt per ellipsin aliarum præpositionum vt περὶ apud Alex. Aphrod. ἰδρῶσι τὰς μασχάλας pro περὶ τὰς μασχάλας. Aristo. τέντε νοῦν καὶ τὸ σῶμα διαφθαρέντες, *vitiati & animo & corpore.* Sic Euripides τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών, Vt & Latini quoque, *Cætera pietatem cole*, pro *in cæteris.* Et præpositionis εἰς in isto Aristopha. μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον ἄνδρας δεξιοὺς, Nisi quis malit Atticam esse enallagen; ij enim sæpè accusatiuum vsurpant pro Datiuo, vt Plato ἥτις αὐτὸν ἀρέσκοι, *quæ ipsi placeat.* Idem Epist. 7. πολλὰ κακὰ δρᾶν τοὺς ἄλλους, *multa mala cæteris facere.* In isto verò apud Pausan. 179, 23. ἐνίκα στάδιον παῖδας, *pueros vincebat in stadio*: Ellipsis quædam clarius agnoscitur. [3] Sic Aristot. τὴν θάλατταν ἐργάζεσθαι, *mare tractare.* 3 Sic item ἐσθίειν κρέα, οἶνον πίνειν, *carnes comedere, vinum videre,* & similia. Porrò accusatiuus interdum tribuitur verbo finito qui iure ad infinitiuum pertinebat, vt fusius infra in Infinitiuorum Syntaxi docebitur.

Atticismus.

VOCA

VOCATIVVS POST VERBVM.

Verba imperatiui modi. VOCATIVVM asciscunt verba imperatiui modi, & similia. vt, Hesiod. ἐργάζεο νήπιε Πέρσα, *labora stolide Persa.* Atticè hîc nonnunquam nominatiuus vsurpatur. vt Marci 5. ἔξελθε τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἐκ τοῦ ἀνθρώπου, *exi spiritus impure.* Sic Virg. *Adsis lætitiæ Bacchus dator.* & Lucanus, *Degener o populus.* At in isto apud Stobæum, ἀκούετε λεώς, est præterea etiam numeri ac personæ anomalia.

DE VERBIS CONSTRVCTIS *cum diuersis casibus.*

NIHIL vetat, quò minùs eidem verbo diuersi casus apponantur diuersæ rationis.

Approbandi & reprobandi verba. Vnde approbandi & reprobandi verbo addi potest Accusatiuus cum Genitiuo ἐλλειπτικῶς, subaudiendo ἕνεκεν, vel Genitiuus cum Accusatiuo ἐλλειπτικῶς, similiter subaudiendo κατὰ. ἀποδέχομαί σου τὴν σπουδὴν, vel ἀποδέχομαί σε τῆς σπουδῆς. καταγινώσκω σου φόνον, vel καταγινώσκω σε φόνου. μακαρίζω σε τῆς θέας, vel μακαρίζω σου τὴν θέαν. ζηλῶ, εὐδαιμονίζω, & similia.

Ἀγαπῶ. Item, ἀγαπῶ construitur Accusatiuo: quia actiuum. ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν σου, *diliges Dominum Deum tuum.*

Nota de ἀγαπῶ. Et Datiuo, quando significat, boni consulo, contentus sum, ἀγαπῶ τοῖς δεδικασμένοις, *contentus sum, siue acquiesco arbitrorum sententiæ.* Quo significatu construitur Atticis etiam cum Accusatiuo, ἀγαπῶ τὴν κρίσιν, *iudicio contentus nolo prouocare.* Si-

στέργω, ἔχω. milem constructionem habet verbum στέργω, & ἔχω, dum est actiuum, habet Accusatiuum, ἔχω ἀργύριον, *habeo argẽtum.* Dum significat possum, exigit infinitiuum. Luc. 7. οὐκ ἐχόντων αὐτῶν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο, *non valentibus reddere donauit vtrisque.*

ἔχω nota. Cùm significat affectum esse erga aliquem, postulat Datiuum, ἔχω σοι, *tibi affectus sum.* Vel Genitiuum cum aduerbio, οὕτως γνώμης ἔχω, *hanc sententiæ.* καλῶς ἔχω τοῦ σώματος, *corpore rectè valeo.*

δεῶς ἔχω τῶν γραμμάτων, *rudis sum literarum.*

Dicimus etiam ἄχθομαι, χαίρω, ἥδομαι τούτοις, vel τούτων. πάσχω κακά, vel πάσχω κακοῖς. βόσκομαι τόδε, & βόσκομαι τῷδε. ἄρχομαι λόγον, & ἄρχομαι λόγου. ἐξάρχω δόγμα, vel δόγματος. χορτάζω σε ἄρτῳ. & χορτάζω σε ἄρτων. φθονῶ σοι τὸν πλοῦτον, vel τοῦ πλούτου.

Nota ἄχθομαι, &c.

QVONIAM hanc partem Syntaxeos Grammatici, vel leui tantum brachio attigerunt (facilius eam assidua authorum lectione quam præceptis vllis addisci posse arbitrati) vel si qui fusius persecuti sunt, magno exemplorum chao indigestam molem reliquerunt: libuit totam ea qua est à nostri temporis subtili Grammatico pertractata methodo hic attexere. Cuius ferè hæc sunt verba. Verba casu variãte, significatione quoque variant vt plurimum. Herod. πατρὶ τιμωρῶν, *patris iniuriam vindicans*; seu, *iniuriam patri illatam vlciscens*: at Act. Apost. 26. τιμωρῶν αὐτοὺς, *persequens & puniens eos.* Sic Thucyd. ἀμύνονται σφίσιν αὐτοῖς, *defendunt seipsos*: at Plut. ἠμύνατο τοὺς πολεμίους, *propulsabat hostes.* Rursus, τὰ τῇ θερμότητι κοινωνήσαντα apud Plat. signific. actiua, *quæ se ad calorem applicarunt*: at mixta signific. Isocr. ἐκοινώνησε συμφορῶν, *calamitatum fuit particeps.* Item διαφέρει αὐτοῦ, *ab eo differt*: at διαφέρει αὐτῷ, *eius interest, eius refert*, Thucyd. Sunt tamen quæ eadem aut certè non multum diuersa significatione casum regunt diuersum; respectu s. diuerso.

Genitiuum & datiuum: vt Homer. Il. α, Τενέδοιο ἀνάσσεις, *Tenedum regis*; seu, *Tenedi regnum tenes*: & mox ibidem, Μυρμιδόνεσσιν ἄνασσε, *Myrmidonas rege*; seu, *Myrmidonibus impera.* Eurip. πείθομαί σέθεν, *obsequor tibi*: Plato, πειθεὶς τῷ νόμῳ, *legi obsequens.* Item Genitiuum & datiuum instrumentalem seu modalem. Nonnus, χάριτος πέπληθε, *plenus fuit gratia.* Diodor. γῆν παντοδαποῖς καρποῖς πληθύουσαν, *terram omnis generis fructibus abundantem.*

Genitiuũ & datiuum regentia manente eadem significatione.

Genitiuum & accusatiuum. Aristot. αἰσθάνεται τῶν ὀσμῶν, *sentit odores.* Idem, αἰσθάνονται τὰ παρόντα, *sentiunt præsentia.* Luc. ἀκούσας τοῦ μύθου, *cùm sermonem istum audisset.* Idem, ἀκούσεσθε τὰ μετὰ ταῦτα, *audietis sequentia.* Aristoph. ὄζω μύρου, *oleo vnguentum.* Dioscor. ὄζουσα γεῶδες, *terreum quiddam olens.* Plut. ἐξάρχων ἐπινικίου παιᾶνος, *incipiens pæana victoriæ.* Xen. ἐξῆρχε παιᾶνα τὸν νομιζόμενον, *incepit solennem pæana.* Sic Isocr. τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν: at Matth. 19. ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. Eius generis sunt etiam μεμνῆσθαι *meminisse*, ἐπιλανθάνεσθαι *obliuisci*: item θαυμάζειν *mirari*, καταφρονεῖν *cotemnere*: μεταδιδόναι *communicare*, μετέχειν *commune habere*, ἀπολαύειν

Genitiuum & accusatiuum.

frui

frui seu *fructum percipere*, & similia.

Genitiuum, datiuum & accusatiuum. Genitiuum, datiuum, & accusatiuum admittere dicuntur θαυμάζειν *mirari*, ἀπολαύειν *frui*. itidemque affertur πάσχω τῶν κακῶν, πάσχω τοῖς κακοῖς, & πάσχομεν τὰ κακά. Sed eorum pars suspecta est, pars vt structuram, ita & signif. habet diuersam. Vt enim de postremo tantum agam, δεινὰ πάσχειν est *atrocia pati*: at κακῶς πάσχειν τοῖς χρήμασι, *mulctari pecuniis*. Aptius exemplũ petemus à verbo μέμφεσθαι. cum genit. enim Thuc. dicit, ὧν οὐδεὶς ἐμέμψατο, *quos nemo vituperauit*. cum accus. Plato, τὰ τοιαῦτα μέμφεσθαι, *talia reprehendere*. cum dat. & accus. idem, τοῦτο αὐτοῖς ἄξιον μέμφεσθαι, *in hoc merito incusantur*. Temporis quoque notatio triplici casu fit; vt in superioribus exposui: sed significatio tamen plerumque diuersa.

Datiuum & genitiuum. Datiuum & genitiuum. Herodot. πειθόμενος τῇ γυναικὶ *obsequens mulieri*: vt etiam Plato, πείσεται τῇ παροιμίᾳ. at Eurip. πείθομαι σέθεν: sicut etiam Agathon, ὡς ἡδὺ, τῶν φυσάντων πείθεσθαι τέκνα, *quàm iucundum est natos obsequi parentibus*. Huc referri queant etiã ista; Homer. νῆσσ' ἡγήσασθαι ἐς Ἴλιον: vt Aristoph. Pluto, τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα: at Xenoph. τῆς πόλεως ἡγεῖσθαι, vt Homer. quoque Παφλαγόνων ἡγεῖτο. Sed ibi structuræ diuersitas nasci videtur potius è diuersitate significationis. nam ἡγεῖσθαι cum datiuo significat *Præire*, *Ducere*; cum genitiuo autem, *Præesse*.

ἡγεῖσθαι cum genitiuo & datiuo.

Datiuum & accusatiuum. Datiuum & accusatiuum: Matth. 15. ἐκέλευσε τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν: & cap. 14. κελεύσας τοὺς ὄχλους ἀνακλιθῆναι, *iubens turbam vt recumberent*. Aristoph. λοιδορήσαι τοὺς πονηρούς: Xenoph. ὁ θεῖος αὐτῷ ἐλοιδορεῖτο, *conuitiis eum incessebat, conuitia ei dicebat*. Sic Plato ἐμποδίζουσι τὴν θήραν, *impediunt venationem seu inuestigationem*: at Aristot. ἐμποδίζουσιν ἀλλήλοις, *impedient se mutuo*. His adde ista; Ioan. 3. χαρᾷ χαίρει: & Matth. 2. ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην. vt apud Latinos quoque *Gaudere gaudium*, & *Gaudere gaudio*. Sic apud Aristot. τὴν αὐτοῦ κινήσει κινεῖσθαι, & κινεῖσθαι τὴν αὐτοῦ κίνησιν: item βιαίᾳ φορᾷ φέρεσθαι, & φέρεσθαι φορὰν βιαίαν: aliaque consimilia; quæ apud Latinos etiam vtroque modo efferri solent.

VERBA CVM DVPLICI CASV.

DVPLICEM etiam casum asciscunt verba permulta ac plerumque alterum personæ, alterum rei; nonnunquam tamen vtrumque personæ, vel vtrumque rei; sed ita vt alterum tantum actionis passionisve regimen obtineat.

Genitiuum cum datiuo. Genitiuum cum datiuo: Isocr. περιέξεις τῶν ἄλλων τῇ φρονήσει, *antecelles ceteros prudentia*. Dionys. Halicarnass. λειπόμενος οὐδενὸς, *nulli virtute inferior*. Plutarch. ὑστέρησαν τῆς μάχης ἡμέρᾳ μιᾷ, *vno die tardius venerunt quàm committeretur prælium*; seu, *venerunt postridie prælii*.

Genitiuum cum accuſ. Ariſtoph. βύρσης κάκιστον ὄζων, *peſſimum corij odorem referens.* Idem, δέομαί σου τοῦτο, *hoc abs te peto.* Xenoph. πολλῶν τοῦτο ἀκούειν ἔφη, *è multis ſe hoc audire dixit.* Ariſtoph. ἀπέλαυσ᾽ αὐτοῦ ἀγαθὸν οὐδὲν, *nihil ex eo percepi boni.* Diog. L. μῶν ἤ σου κατήντλησα; *num quid in te effudi?* At in iſto, τῶν φαύλων διαφέρειν οὐδὲν, *nihil à malis differre*, ellipſis dici poteſt præpoſ. κατὰ. ſenſus enim eſt ἐν οὐδενὶ, *nulla in re.* *Genitiuum cum accuſatiuo.*

Datiuum cum genitiuo: Anacr. οὔ μοι μέλει Γύγαο, *non eſt mihi curæ Gyges*; ſeu, *nõ curo Gygem, nec Gygis opes.* Sic verba participandi, communicandi, inuidendi, iraſcendi, ignoſcẽdi, & ſimilia: præſertim in quibus ſubaudiri poteſt μέρος *pars*, aut περὶ ſeu ὑπὲρ, *de, ob.* Plato, κοινωνεῖν αὐτῷ τοῦ βίου παντὸς, *tota vita cum eo conſueſcere.* Xen. μεταδιδόναι τοῖς φίλοις τοῦ βάρους, *amicis dare partem oneris.* Phocyl. μὴ φθονέῃς ἀγαθῶν ἑτάροις, *ne inuideas ſociis bona.* Iſocr. ἀμφισβητῶ σοι τοῦ χωρίου, *contendo tecum de prædio.* Plutarch. ἐξιστάμενος αὐτῷ τῆς ἡγεμονίας, *cedens illi imperio.* Sic μέμφεσθαι, συγγινώσκειν, παραχωρεῖν, & ſimilia. *Datiuum cum genitiuo.*

Datiuum cum accuſatiuo: Xenoph. συνειδὼς αὐτῷ πολλὰ καὶ πονηρὰ, *conſcius ſibi multorum malorum.* Ariſtoph. τῷ δὲ Λοξίᾳ μέμψιν δικαίαν μέμφομαι ταύτην, *Apollinem in hoc iure poſſum incuſare.* Iſocr. ἃ τοῖς παισὶ τοῖς ἑαυτοῦ ἂν συμβουλεύσειας, *quæ tuis ipſius liberis conſulueris.* Heſiod. οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων, *ſibi ipſi mala ſtruit, qui alij mala ſtruit.* Xenoph. τοῖς φίλοις τὰ δίκαια βοηθεῖν, *amicis opem ferre in rebus iuſtis.* Plato, οὐ πείθομαί σοι ταῦτα, *non credo tibi hæc*: ſeu *in his.* poteſt enim in his duobus poſterioribus ellipſis dici præpoſitionis εἰς, κατὰ, vel conſimilis. *Datiuum cum accuſatiuo.*

Accuſatiuum cum genitiuo. Ariſtot. οὐδ᾽ αὐτὴν τῶν καλλίστων ἀπηξίωσε, *nec eam dedignatus eſt pulcherrimis.* Chryſoſt. πολλοῦ τὴν ἡμετέραν τιμώμενος φιλίαν, *magni amicitiam noſtram æſtimans.* Ariſtoph. γράφομαί σε παρανόμων, *accuſo te iniuriæ.* Sic verba Damnandi & Abſoluendi: item Liberandi, Prohibendi ſeu Arcendi, Eiiciendi, Priuandi; & contra: Implendi, Satiandi: præterea Permutandi, Emendi, Vendendi, & ſimilia. His adde in quibus eſt partis ſignificatio, ſubaudita præpoſitione ἐκ. Ariſtoph. Pluto, τῶν ὄρχεων κρεμῶμεν τὸν Λαερτίου, *Laërtiadem ſuſpendemus è teſticulis.* Item in quibus eſt ellipſis quædam cauſſalis aduerbij ἕνεκα: vt ζηλῶ σε τῆς εὐβουλίας: εὐδαιμονίζω σε τῆς τύχης, *beatum te iudico iſta fortuna*; id eſt, *ob iſtam fortunam.* *Accuſatiuum cum genitiuo.*

Accuſatiuum cum datiuo. Plutarch. διαλλάττει τὰς πόλεις ἀλλήλαις, *ciuitates inter ſe conciliat & coniungit.* Ariſtot. διαβάλλειν αὐτοὺς ἀλλήλοις, *alterum apud alterum traducere ſeu ca-* *Accuſatiuum cum datiuo.*

lumniari. Plutarch. ἐπεῖχε τὴν γνώμην τῷ πολέμῳ, *intendebat animum bello.* Libanius, κώνωπα ἐλέφαντι παραβάλλειν, *culicem elephanto conferre,* id est, *cum elephanto comparare.* & similia infinita. Item cum datiuo instrumentali seu modali. Plutarch. ἐφέρειν γράμμασι τὰς ἀδικίας ἀνθρώπων, *hominum iniurias cohibiturum esse litteris*; id est *per litteras.* Luc. οἴνῳ ἑαυτὸν μεθύσας, *cùm se inebriasset vino.*

Idem casus geminatus.

Geminari etiam idem casus solet nonnunquam, vel rei, vel personæ, vel alterutrius.

Genitiuus geminus.

Genitiuus geminus. Æschines, κατηγορῶ σου ἁπάντων τῶν τεττάρων, *accuso te de omnibus quatuor.* Phalaris, κατηγορῶ μου τῆς ἀναλγησίας, *accuso me indolentiæ.* in quibus est ellipsis præpos. ὑπὲρ seu περί: vt declarat istud Demosth. περὶ ὧν μου κατηγόρουν, *de quibus* (seu, *ob quæ*) *me accusabant.*

Datiuus geminus.

Datiuus geminus. Demosth. σαυτῷ συνῄδεις ἀδικοῦντι, *conscius tibi eras iniuriæ*; seu, *conscius tibi eras te iniustè facere.* Idem, τούτῳ μοι προσέχετε τὸν νοῦν, *huic mihi mentem attendite:* id est, *huic quæso animum aduertite.* Sed est hîc alter datiuus interdum instrumentalis seu modalis. Aristot. Rhet. Alex. Συρακουσίοις τριήρεσιν ἐννέα βοηθήσαντες, *Syracusanis nouem triremibus opitulati.*

Accusatiuus geminus.

Accusatiuus geminus. Xenoph. διδάσκειν τοὺς πολίτας τὰ συμφέροντα, *docere ciues quæ conducunt seu prosunt.* Lysias, τὴν θυγατέρα ἔκρυπτε τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρὸς, *filiam celabat mortem viri.* Sic verba Postulandi, Exigendi. Aristoph. ἀπαιτῶν με ἀργύριον, *pecunias me postulans.* Æschines, τὰ τέλη τοὺς παραπλέοντας ἐξέλεγον, *vectigalia exigebant à præternauigantibus.* Hac structura efferũtur præterea verba Rogandi, Interrogandi, Accusandi & Euadendi, Impertiendi & Implendi; & contra Adimendi ac Priuandi; Induendi & Exuendi; Arcendi & Prohibendi; denique Faciendi seu Afficiendi. Accus. geminus cum datiuo. Demosth. παράδειγμα ποιήσαντες τοῦτον τοῖς ἄλλοις, *hunc ceteris statuentes exemplum*; id est, *pro exemplo.*

Accusatiuus geminus cum datiuo.

Verba casus geminantia secũdum casum variè elatum patiuntur.

In his posterior casus variè interdum effertur. Genitiuo & accusatiuo: vt Demosth. ἐγκαλεῖν αὐτῷ μισθώσεως, *incusare illum elocationis nomine.* Plutarch. ἐνεκάλουν αὐτῷ προδοσίαν, *accusabant eum proditionis.* Sic ἀμφισβητεῖν, & similia contendendi atque accusandi verba. Item verba participandi & communicandi. Thucyd. μεταδιδόναι τῶν κινδύνων τοῖς πολλοῖς, *pericula cum multitudine communicare*: at Herod. μεταδιδοῖ Εὐρυβιάδῃ τάλαντα πέντε, *impertit Eurybiadi quinque talenta.* Rursum Plato, μετέχει τῶν πραγμάτων αὐτοῖς: at Aristoph. μετεῖχες τὰς ἴσας πληγὰς ἐμοί. Cum verò Demosth. dicit ... κοινωνεῖ τι οὐδέν, ellipsis videri potest præpositionis κατά: quæ in aliis quoque frequens est. Eandem structuram sequuntur

etiam verba significationis contrariæ, Inuidendi, & similia. Item ea quę præter accusatiuum personæ, habent rei modo genitiuum, modo accusatiuum: vt sunt verba Accusandi, Implendi, Priuandi, & similia. vt διώκω σε φόνου: & διώκω σε ταύτην τὴν γραφήν. Sic Plutarch. ἄλλους ἐγδύσε τιμῆς ἐλευθέρας: at Eurip. θέλεις σε γεύσω μέθυ; *vis vt tibi vinum gustandum præbeam?* Rursum Xenoph. οὐδένα ἀγαθῶν ἀπεστέρησε: at Aristot. αὐτὸν ἀποστερεῖ τὴν παρακαταθήκην, *priuat seu fraudat eum deposito.* Genitiuo & datiuo: vt Chrysostom. ὁ μὴ χρημάτων, μηδὲ ἄλλου τινὸς τοιούτου, ἀλλ᾽ ἰδίῳ θανάτῳ τὸ ποίμνιον πριάμενος. *qui non pecuniis, nec alio huiusmodi pretio, sed sua morte gregem redemit.* Sic etiam verba Implendi, & similia. Datiuo & accusatiuo: vt, πληρῶ σε γάλακτι, & πληρῶ σε γάλα. itidem σάττω, χορτάζω, & huius generis alia. Sic Psalmo 50. ῥαντιεῖς με ὑσσώ-πῳ: at Numer. 8. περιῤῥανεῖς αὐτοὺς ὕδωρ. Quædam triplici casu. Genitiuo enim Isocr. dicit, γεμίσας τὰς ναῦς σίτου: datiuo Eustathius, μύθοις μεμεστωμένος: accusatiuo autem Psal. 147. στέαρ πυροῦ ἐμπιπλῶν σε, *implens te adipe frumenti.* Interdum pro posteriore casu ponitur verbum infinitiuum, aut præpositio cum suo casu. Chrysost. τὴν ἱερωσύνην αἰτιᾶσθαι τούτων τῶν κακῶν, *sacerdotium accusare horum malorum.* Idem, εἰς ὑπερηφανίαν αἰτιώμενος τοῦτον, *superbia hunc accusans.* Æschi-nes, αἰτιώμενός τινας ἐμποδίζειν, *incusans quosdam sibi obstare.*

Personæ quoque casus variatur interdum. In quo genere verbum auferendi triplicem habet structuram. Simplici enim ratione Homerus dicit, σῖτον μέν σφιν ἀφεῖλε: Ratione præpositionis Xenophon, τῶν ἄλλων ἀφαιρούμενος χρήματα: Atticè Galenus, τὴν ζωὴν ἀφελέσθαι τὸν ἄνθρωπον. De præpositionum in verbis regimine, deque earundem transpositione & ellipsi, dicetur infra.

Verbi auferẽdi triplex structura.

Reciproca etiam in quibusdam structura est. Aristot. enim dicit περιβάλλειν τῇ πόλει τεῖχος: at Dionys. Halicarnass. & Pausan. τὴν πόλιν περιβάλλειν τείχει καὶ τάφρῳ. vt Latini quoq; *Vrbi murum circumdare, & Vrbem circumdare muro.* Sic Xenoph. τῷ Ὑρκανίῳ ἵππον ἐδωρήσατο, *Hyrcanio equum donauit*: at Dionys. Halicarnass. δωρεῖται τὴν κόρην ἵππῳ πολεμιστῇ, *donat virginem equo bellatore.* Sic Thucyd. ποιοῦμαι σε ὀργήν: at Demosth. ποιοῦμαι σε ἐν ὀργῇ, *irascor tibi.* Rursum personaliter, μέλει μοι τοῦτο, *hoc mihi curæ est*; & impersonaliter, μέλει μοι τούτου: *est mihi cura huius*: nulla significationis differentia.

Structura reciproca.

DE CONSTRVCTIONE VERBORVM IVXTA GEnerum diuersitatem.

Actiua passiuè significantia.

PLVRIMA verba actiua sortiuntur Græcis significationem [1] passiuorum, quare & eorundem obtinent constructionem. ἀπαλλάττω, pro ἀπαλλάττομαι, defungor, liberor. ἀπαλλάττω ὑπὸ σοῦ, liberor abs te. τελῶ, censeor, contribuorq́;. τελῶ εἰς ἄνδρας, censeor inter viros. ἀναλαμβάνω, recreor. ἀνακάμπτω, reflector. ἐπανακάμπτω, idem, ὑποκάμπτω, flector. ὑπαναστρέφω, reflector. ἀνταποδίδωμι, vicissim reddor. ἀποδίδωμι, reddor. ἐξαλλάττω, παραλλάττω, συναλλάττω, coniungor. ἀναστρέφω, retrorsum agor. ὑπτιάζω, pro ὑπτιάζομαι. ἐξυπτιάζω pro ἐξυπτιάζομαι, ἐπέχω, retineor, sistor. ἵστημι, ... ἀσκῶ, exerceor. κρύπτω, occultor.

Nota actiua passiuè significantia, gratia breuioris sermonis absolutè posita.

Quandoque etiam compendio sermonis sortiuntur absolutorum constructionem. μεταλλάττω pro morior, seu migror dicunt, subaudientes τὸν βίον. μεταλλαγὼς, defunctus. καταστρέφω, quod significat ... facio, pro desino dicunt, & pro morior. ἀποτείνω, pro in longam operationẽ habeo. καταλύω, pro morior. hoc est, καταλύω τὸν βίον. Quomodò & Latini hoc verbum verto, absolutè accipiunt pro euenio, quemadmodum apud Terent.

Quæ res tibi malè vertat.

Passiua actiuè significantia.

QVEMADMODVM actiua, vt dictum est, sortiuntur nonnunquam passiuorũ constructionem, sic & econtrariò passiua sortiuntur Atticis quandoque constructionem Actiuorum, [2] κολάζεσθαι pro κολάζειν. τοῦτο χρήματα ἐγκαλεῖσθαι, pro ἐγκαλεῖν. ... εἰς τὰς δεινοτάτας ἀτυχίας ἐμβεβλημένον τὴν πόλιν pro ἐμβεβληκότα τὴν πόλιν, qui ciuitatem in grauissimas infortunias coniecit. οὓς εἰς τὰς ἀκροπόλεις παρεισβεβλήκασι, quos in arces admiserunt. συνίσταται ... συνιστᾶσι. ἀνιέσθαι, pro ἀνιέναι. παρεσπᾶτο, pro ... auellebat.

VERBIS neutris, quamuis absolutis, vtuntur pro passiuis, eandémque cum illis constructionem eis tribuunt. ἀποθνήσκειν ὑπὸ τῶν δικαστῶν, τελευτῆσαι ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν, περιπέπτωκεν ὑπὸ τούτου τοσαύτῃ συμφορᾷ.

Neutra passiuè significantia.

Media habent constructionem actiuorum & passiuorum, quia tam actiuè, quàm passiuè significant. *βιάζομαι τὸν φίλον, violo amicum.* & *βιάζομαι ὑπὸ τοῦ φίλου, violor ab amico. ἄγομαί σε, duco te. ἄγομαι ὑπὸ σοῦ, ducor abs te.*

Media cum constructione actiuorum, & pass.

[1] PASSIVORVM proprius casus (vt supra, in verbis quæ genitiuum regunt diximus) est genitiuus cum præpositione ὑπὸ, παρὰ, πρὸς. Dionys. Halicarnass. *τῶν ὑπὸ ἐμοῦ γραφομένων, eorum quæ à me scribuntur.* Idem, *τὰ παρὰ τῆς βουλῆς ὁμολογηθέντα, ea quæ à Senatu promissa seu concessa erant.* Idem, *ἀγνοοῦνται πρὸς Ἑλλήνων, ignorantur à Græcis.* Interdum datiuus sine præpositione. Demosth. *τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων, οὐ μέμνηται, eorum quæ à me acta sunt.* Sic Virg. 1

Datiuus post verb. passiuum sine prepos.

Nulla tuarum audita mihi, neque visa sororum.

Priorem structuram retinent interdum etiam verbalia passiua. Aristot. De gen & corr. *ποιητικὰ ἀλλήλων, καὶ παθητικὰ ὑπ' ἀλλήλων, & à se inuicem patiuntur, seu afficiuntur.*

Quæ in actiua diathesi duplicem accusatiuum habuerunt, personæ & rei, ea rei accusatiuum in passiua forma retinent. Paus. 94, 34. *διδάσκονται τὴν ἅλωσιν τῆς Σπάρτης, Spartæ capiendæ rationem edocentur.* Plutarch. *ἀπαιτούμενοι τὰ θέματα, cum reposcuntur ab eis pignora deposita.* Dionys. Hal. *ἃ διαβεβλήμεθα ὑπ' αὐτῶν, quæ nobis ab illis impactæ sunt calumniæ.* Hanc structuram imitantur etiam ea interdum, quæ in actiua diathesi cum rei accusatiuo habent datiuum personæ. Luc. *αὖ ὁ Ἄρης ἐπιτραπῇ τὴν δίαιταν, si Marti permittatur arbitrium.* Dionys. Hal. *κεκομίσθαι Ταρκυνίοις τοὺς πελέκεις, allatas esse Tarquinio secures.* Aristoph. *ἐξεκόπην τὸν ὀφθαλμὸν λίθῳ, excussus mihi est oculus lapide.* [2] Passiua, cum actiuorum & neutrorum significationem induunt, structuram quoque illorum sequuntur. Xenoph. *ποιεῖσθαι ἑαυτῷ φίλον, amicum sibi facere.* Luc. 20. *ἐφοβήθησαν τὸν λαόν, metuerunt populum.* Plutarch. *ἐκπλαγεὶς τῶν νεῶν τὸ πλῆθος, nauium multitudinem reformidans*; vel etiam, *nauium multitudine perterritus.* At *οὐ βαρυνέσθαι πενίαν* apud Dionys. Halacarnass. partim hac regula potest excusari, partim ellipsi infinitiui verbi φέρειν, aut alius consimilis. Quintilianus quoque sic dicit, *Quæ si quis grauabitur.* 2

IMPERSONALIVM SYNTAXIS.

IMPERSONALIA personalium structuram sequuntur. Demosth. δεῖ γὰρ χρημάτων, *opus est enim pecuniis*. Horum etiã quædam diuersum casum admittunt, respectu diuersi. cum enim dicitur προσήκει ὑμῖν ποιεῖν, *conuenit vobis facere*, impersonale respicit nomen: cùm vero dicitur προσήκει ὑμᾶς ποιεῖν, *conuenit vos facere*, impersonale respicit verbum infinitiuum. Quædam & impersonaliter efferuntur, & personaliter. vt, δεῖ μοι χρημάτων, *opus est mihi pecuniis*: &, δέομαι χρημάτων, *opus habeo pecuniis*. sic μεταμέλει μοι τούτου, *pænitet me huius rei*: & μεταμέλομαι ἐπὶ τούτῳ, *pœnitentia ob hoc ducor*.

DE CONSTRVCTIONE MODORVM.

Indicatiuus pro Optatiuo.

INDICATIVO vtuntur nonnunquam loco Optatiui. Gregor. ἄδηλον ὂν, εἰ προσήσεται, *incertum erat, si admissurus erat*. προσήσεται dixit, pro προσήσοιτο.

Indicatiu⁹ Græcorum pro Subiunctiuo Latinorum.

Per Indicatiuum etiam multa dicunt, quæ Latini efferunt per Coniunctiuum. οὐτ' ἐποίησα οὐδὲν ἐφ' ᾧ ᾐσχύνθη, *neque feci quicquam, ob quod erubuerit* [vel] *erubescere debuerit*. Χριστιανῶν οὐδείς ἐστιν, ὅς τις μὴ ἐβαπτίσθη, *nullus est Christianus, qui non sit baptizatus*. Quod etiam per Optatiuum dici potest, addito ἂν, δυνητικῶς, hoc modo, Χριστιανῶν οὐδείς ἐστιν, ὅστις μὴ βαπτισθείη ἄν.

Optatiuus cum ἂν vocula significante potentiã futur. tempus connotat.

PLERVMQVE etiam verbum Optatiuũ constructum cum particula potentiali ἂν, habet sensum futuri, ὅ, τι ἂν ποιήσειε, *quod facere possit, vel poterit*. Sine ἂν verò, quandoque capitur pro præterito, ἃ δέοι, *quæ opportuna erant*.

Quandoque verò propriè, hoc est, Optatiuè, & ei vel additur εἴθε, vel subauditur. εἴθε γράφοι, *vtinam scriberet*. μὴ σύγε τοιούτου κριτοῦ τύχοις, *absit vt in huiusmodi iudicem incidas*.

Optatiuus pro indicatiuo.

Optatiuus præterea sæpe ponitur pro indicatiuo. Plat. in Prot. ἔλεγες γὰρ, ὅτι ὁ Ζεὺς τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν αἰδῶ πέμψειε τοῖς ἀνθρώποις: πέμψειε dixit, pro ἔπεμψε.

Hoc fit plerunque, vbi Optatiuus construitur post ὅτι, & ὥσπερ, & ὃς, & ὅσοι, & ὅτε, & ὡς: vt, ὃς τοὺς ἄνδρας καταχρημνήσειε. id est, κατεκεκρημνήκει, *qui præcipitauerat*. Id autem adeò valet apud Græcos, vt etiam futuro Optatiuo vtantur de præterito loquentes. Xenophon: οἱ δὲ ἀπεκρίναντο ὅτι καὶ αὔριον ἕωθεν, εἰ πορεύοιντο καταλήψοιντο, id est, *cōprehensuri essent*.

Optatiuus post ὅτι, &c.

Nota.

Accipitur etiam Atticis pro Coniunctiuo: vt, ἐὰν ἔλθοις, pro ἔλθῃς.

Optatiuus pro Subiunctiuo.

MODVS Coniunctiuus sæpe accommodatur futuro, etiā in voce præsenti: ὁπόσα βούλῃ, *quæcunque volueris*, οὓς ἂν ἐθέλῃς, *quoscunque volueris*. ὅσῳ ἂν πλεονάκις εἰσίῃς εἰς ἐμὲ, id est, *ingressus fueris, vel adieris*.

Subiunctiuus etiam sub voce præsenti futurū connotat.

In verbis Coniunctiuis sæpe subauditur ἵνα, vel aliud quidpiam simile. Chrysost. concione 2. de Fato, ἑτέρως λυμήνηται τὸ πείθειν ἐπιχειρῶν, *vt alio pacto noceat, persuadere conatur.*

Cum subiunctiuis subauditur ἵνα, &c.

Coniunctiuis construuntur interrogatiua dubitatiuè accepta. πότερον σιωπῶ; *an sileam?* τί λέγω; *quid dicam?*

Interrogatiua cū subiunctiuo.

Et in vniuersum, omnis interrogatio admittit verbum coniunctiuum. βούλει εἴπω; *vis dicam.*

Coniunctiuo præteriti perfecti vocis actiuæ rarò vtuntur Græci, & loco eius plerumque ponunt participium, vt latiùs patebit.

Præteriti Subiunctiui rarus vsus.

INFINITIVVS cōstruitur Græcis dupliciter: Primùm τελικῶς, quādo scilicet infinitiuus potest resolui per ἵνα, id est, *vt*, quia finem denotat. διδάσκω σε διαλέγεσθαι, *doceo te disputare*, id est, *vt disputes*. δέομαί σου βοηθῆσαι, *precor te iuuare*, id est, *vt iuues*. δίδωμί σοι ἀργύριον, πρίασθαι ὧν ἂν δέῃ, *do tibi pecuniam, emere quibus indiges*, id est, *vt emas ea quorum indiges*. κοινωνῶ σοι ἀγαθῶν, μὴ φθονερὸς εἶναι δοκεῖν, *communico tibi bona, ne inuidus esse videar*. Sic Matthæi cap. 7. διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος, *videbis eÿcere festucam*, hoc est, *videbis vt eÿcias festucam*. Latinis verò vi-

Infinitiui constructio duplex, primùm τελικῶς cōstruitur, &c.

det eiicere, qui videt eiicientem. Quandoque tamen maioris declarationis causa addendum ὡς vel ὥστε, vel articulus Genitiuus τοῦ, ἐλλειπτικῶς, deficiente ἕνεκα, vel præpositio vnà cum articulo, prout vsus exegerit. παρακαλῶ σε ὥστε τυχεῖν, vel παρακαλῶ σε τοῦ τυχεῖν, vel παρακαλῶ σε ἐφ' ᾧ τυχεῖν τιμῆς καὶ δόξης, *hortor te, vt assequaris honorem & gloriam.*

Infinitiuis additur ὡς vel ὥστε, vel articulus τοῦ ἐλλειπτικῶς desiderato ἕνεκα, vel præpositio cum articulo.

Secundò construuntur εἰδικῶς, quando scilicet potest infinitiuus resolui per ὅτι, *quòd.* λέγω Σωκράτην γεγονέναι σοφὸν, *dico Socratem fuisse sapientem*, hoc est, *dico quòd Socrates fuerit sapiens.* Hoc secundo modo construuntur infinitiuis verba προαιρετικὰ, hoc est, electionis & voluntatis expressiua: vt sunt θέλω, βούλομαι, προαιροῦμαι. Et verba ἐφετικὰ, hoc est, desideratiua: vt sunt, ἐφίεμαι, ἐπιθυμῶ, ἱμείρομαι, ὀρέγομαι, γλίχομαι, ἔλδομαι.

Infinitiuus secundò construitur εἰδικῶς.

Nota.

προαιρετικὰ & ἐφετικὰ verba cum infinitiuis.

ἐφετικὰ verba cōstruuntur infinitiuo cui præfigatur articul⁹ genitiui casus: προαιρετικὰ cum infinitiuo, cuius nullus sit antistes articulus.

Inter quæ hoc interest, quòd hæc quidem iungantur Infinitiuo præfixo articulo Genitiuo τοῦ. ἐφίεμαι τοῦ ἀναγινώσκειν, ἐπιθυμῶ τοῦ ἰατρεύειν. Illa vero sine articulo, θέλω γράφειν, βούλομαι λέγειν.

Cæterùm προαιρετικὰ verba, & ἐφετικὰ construuntur Infinitiuis præsentibus & præteritis. προαιροῦμαι φιλοσοφεῖν, βούλομαι εἶναι, βούλομαι ἐλθεῖν, θέλω, ἐπιθυμῶ, κελεύω, ἀξιῶ, ὁρμῶ, & similia.

προαιρετικὰ & ἐφετικὰ cū infinitiuis præsentibus & aoristis.

Quæ verò significant pollicitationem aut expectationem, construuntur cum Futuro, ἐπαγγέλλομαι ποιήσειν, ἐλπίζω γενήσεσθαι, προσδοκῶ ἔσεσθαι. In quibus cùm ἂν particula potentialis additur, præteritum Infinitiuum futuri locum obtinet, vt infrà dicetur, vbi de huius particulæ constructione loquemur. ἐλπίζω σφόδρ' ἄν σε ἐργάτην ἀγαθὸν γενέσθαι, id est, γενήσεσθαι.

Quæ polliceri & expectare significant, cū futuro construuntur.

Nota naturam potentialis particulæ ἂν.

Verùm προσδοκῶ & ἐλπίζω, vbi quidem secundum se manent, construuntur cum Futuro, vt dictum est, & cum præsenti. προσδοκῶ ἐλεύσεσθαι, vel ἔρχεσθαι, ἐλπίζω ἐλεύσεσθαι, vel ἔρχεσθαι. Vbi verò re-

soluuntur, cōstruuntur cum Futuro* & Præterito προσδοκίαν ἔχουσι σωθήσεσθαι, vel σωθῆναι. ἐλπίς ἐστιν αὐτοὺς οὕτω φοβηθῆναι, vel φοβηθήσεσθαι. ἐλπὶς ἦν βελτίους γενέσθαι, vel γενήσεσθαι.

Et ἀορίστῳ dicendum erat.

Εὔχομαι, δέομαι, ζητῶ, construuntur cum * Præteritis. δέομαι συγκαταγεῖν ὑμᾶς, ζητῶ κατελθεῖν.

** Vel potius cū aoristis.*

Impersonalia construuntur Infinitiuis præsentibus, vel aoristis, sed nunquam futuris, etiamsi de futuro fiat sermo: vt, δεῖ φάναι, *oportet dicere.* χρὴ λαβεῖν, *oportet accipere.* ἐνδέχεται εἶναι, *licet esse.* φιλεῖ γενέσθαι, *solet fieri.*

Impersonalium constructio.

Verbum μέλλω construitur etiā infinitiuis præsentibus & futuris. μέλλω δρᾷν, vel μέλλω δράσειν, *sum facturus.* Interdum etiam cum Aoristo: μέλλω γενέσθαι, *ero.* Sed cum perfecto nunquam.

μέλλω cum infinitiuis præsentibus & futuris & aliquādo cū aoristis, cū perfectis nunquā.

Φημὶ, ὀμνύω, ὄρκω, cùm de præterito sit sermo cum præterito construuntur. ὀμνύω δεδωκέναι, *iuro dedisse.* Cùm verò de futuro sit sermo, construuntur cum futuro, ὀμνύω δώσειν, *iuro me daturum.*

Nota φημι, &c.

Et in reliquis similiter, quorum significatio nec in præteritum, nec in futurum per se spectat, tam præteritis, quàm futuris vti licet. Futuris quidem vbi res in futurum confertur, nisi ἂν potentialis addatur, vt infrà patebit. ὑπεσχόμην χορηγήσειν, *promisi me daturum.* ἔφη δώσειν ἀργύριον, *dixit daturum se argentum.* προσποιούμενος πράξειν τι, *simulans se aliquid moliturum.* Vbi verò res non refertur in futurum, vtendum erit præteritis aut præsentibus: οὐκ ἐτόλμησε παρακαταβαλεῖν, *non ausus est sponsionem facere.* δεινὸς ψεύσασθαι, καὶ εἰπεῖν, *fallacissimus & facundissimus.* δεινὸς φαγεῖν, *voracissimus.* οἱ νόμοι παραγράψασθαι δεδώκασι, *leges excipere permittunt.* In quibus interdū præsenti vtuntur pro præterito, διδάσκειν αὐτὸς ἔφη, *docuisse se dixit.* ἔφη αὐτὸς ἀκούειν, *dixit se audiuisse.*

Infinitiuus construitur verbis motus ad locum. Matthæi 5. οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι τὸν

Infinitiuus cum verbis motus ad locum.

νόμον, non veni ad soluendum, sed ad implendum legem. Ioan. cap. 14. πορεύομαι ἑτοιμάσαι ὑμῖν τόπον, vado paratum vobis locum. Cui quandoque additur præpositio, πρὸς, cum articulo neutro. ἔρχομαι πρὸς τὸ παρακαλεῖν, vado oratum.

Infinitiuus cum infinitiuo.

Construitur etiam Infinitiuus cum altero infinitiuo, ὁρῶ σε μελετᾶν ἀναγινώσκειν, *video te meditari vt legas.*

Relatiua cum infinitiuis.

Nomina relatiua iunguntur Infinitiuis. οἷον εὐφράναι, pro οἷον εὐφράνειεν, vel pro οἷον εὐφραίνειν δυνάμενον, *quale possit afficere gaudio.* οἱ θεοί εἰσιν οἷοι μὴ μεταβάλλειν, *dij sunt, qui non mutentur.* τοιοῦτός ἐστιν, οἷος μὴ ἥδεσθαι, *talis est, vt non delectetur.* οἷος καθεύδειν, *pronus ad dormiendum.* οἷος ποιεῖν, *potens ad faciendum.* οὐδὲν οἷον προσθεῖναι, *nihil vetat, quo minus addamus.* ὅσα κἀμὲ ὁρᾶν, *quantum ego cernere queam.*

Adiectiua cum infinitiuis.

Et nomina adiectiua: καλὸς ἰδεῖν, *pulcher visu.* ἀνδρεῖος μάχεσθαι, *fortis ad pugnandum.* Lucian. in Luctu, βαθεῖα τε περάσαι τοῖς ποσὶ, καὶ διανήξασθαι πολλὴ, id est, *profundior quàm vt pedibus transiri possit: & spatiosior, quàm vt tranari queat.* Sic Virg.

Cur non Mopse boni, quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leues, ego dicere versus.

pro, boni ad calamos inflandos, & ad dicendos versus.

Accusatiuus ante infinitiuum vbi sit transitus personarum.

Quando infinitiuus & verbum præcedens pertinent ad diuersas personas, opus est Accusatiuo ante Infinitiuum λέγω σε εἰδέναι τοῦτο, *dico te scire hoc.*

Vbi nullus est transitus personarum, potest desiderari eiusmodi accusatiuus.

Sin autem pertineant ad eandem personam, non est opus accusatiuo. ἔφη ποιήσειν, *dixit facturum*, nempe *se.* Sic Terentius:

Pollicitus sum suscepturum.

Vbi nullus est transitus personarum, suppositum infinitiui eiusdem casus erit cum supposito verbi finiti modi, à quo pendet infinitiuus.

Infinitiuus non tam Accusatiuum habet ante se, quàm Nominatiuum. φησὶν αὐτὸς αἴτιος γενέσθαι, *dicit se autorem fuisse.* οὕτως ἀπέχων τῆς ἀλαζονείας, ὥστε πάντα εἰδὼς μηδὲν εἰδέναι οἴεσθαι, *tam alienus est ab arrogantia, vt cùm omnia norit, tamen se nihil scire putet.*

Id autem fit, si casus verbi finiti præcedens trahat ad se casum Infinitiui.

Hoc pacto etiam trahitur ante Infinitiuum Genitiuus à Genitiuo, Datiuus à Datiuo, δέομαί σου τοῦ φίλου, ὡς εἰς βοήθειαν προθυμοτάτου γενέσθαι, ἱκετεύω σε τῷ φίλῳ μου, ὡς εἰς βοήθειαν προθυμοτάτῳ γενέσθαι.

Superiores casus attrahunt ad se inferiores.

Hinc etiam fit, quòd Infinitiui εἶναι & γενέσθαι, admittant post se quosuis casus.

εἶναι & γενέσθαι cum quibuslibet casibus cõstruuntur.

Nominatiuum, οὐδὲ τοῖς βασιλεῦσι ἀξιοῦσιν εἶναι φίλοι, *neque dignum censent regibus esse amici*. Genitiuum, σοφωτάτων εἶναι ἀνθρώπων, *esse è numero sapientissimorum*. Datiuum, ᾧ πρῶτον μὲν ὑπάρχει εἶναι ἰατρῷ, ἔπειτα ἀγαθῷ ἰατρῷ, *cui primùm contigit esse medico, deinde bono medico*. Accusatiuum, λέγω σε καλὸν εἶναι φίλον, *dico te bonum esse amicum.*

Plerumque etiam postponunt infinitiuo eum Accusatiuum, qui tamen à parte anteriori regitur: χρὴ μὴ παραμελῆσαι τῆς εὐσεβείας ἐνθυμουμένους ὅπως ἂν διατελέσειαν, *oportet eos non negligere pietatem, qui animo reuoluunt, quomodò perficiant.*

His orationibus, ἐν καλῷ, id est, *honestum, commodum*: ἐν καλλίστῳ, *honestissimum, commodissimum*. Rectè additur Infinitiuus, intercedente articulo Genitiuo τοῦ: ἐν καλῷ τοῦ ποιεῖν, *commodè ad faciendum*. ἐν καλλίστῳ τοῦ ποιεῖν, *commodissimè ad faciendum*. Cæterùm quomodo Infinitiuus construatur articulis, infrà dicetur.

Nota ἐν καλῷ.

Vtuntur & figuratè infinitiuo: ὡς ἰδεῖν τὸν ἄνθρωπον, pro ὡς εἶδεν ὁ ἄνθρωπος: ὡς ἀκοῦσαι τοὺς παρόντας, pro ὡς ἤκουσαν οἱ παρόντες. ἐπειδὴ ἀκοῦσαι τοῦτον, pro ἐπειδὴ ἤκουσεν οὗτος. ἐπειδὴ ὃ γενέσθαι, pro ἐπειδὴ ὃ ἐγένετο. In quibus ἐπειδὴ tantum valet, quantum μετὰ τό, vt sit sensus, μετὰ τὸ γενέσθαι.

Infinitiuo figuratè vtuntur.

ἐπειδὴ pro μετὰ τό.

Ponitur etiam infinitiuus nonnunquam loco participiorum impersonalium: ἐμοὶ δοκεῖν, pro ἐμοὶ δοκοῦν, *cùm mihi visum esset*. δεῖν, pro δέον, *cùm oporteret.*

Nota.

Infinitiuus pro participio impersonali.

Sic

Sic etiam in simili voce, πλεῖν, pro πλέον, *plus.*

Formulæ quib⁹ Græci explicant id quod Latini dicunt, vt vno verbo absoluã.

Quod Latini dicunt, *Vt vno verbo absoluam*, id Græci plerumque efferunt per Infinitiuum expressum, vel subauditum, his modis: συνελόντι γ' εἰπεῖν, ἑνὶ λόγῳ γ' εἰπεῖν, ἑνὶ λόγῳ, συνελόντι γ' φάναι, συνελόντα γ' φάναι, συνελόντι γ', καθόλου μὲν οὖν εἰπεῖν, quod etiam fit per Optatiuum sic, συνελὼν γ' φαίην ἄν.

Hactenus de Infinitiui constructione.

Appendix de Infinitiuis.

Infinitiuis pro supinis.

INFINITIVA sæpe vsurpantur pro Latinorum Gerundiis, & Supinis. Pro priore supino, vt Matthæi, 20. ὁμοία γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ, *Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias qui exiit primo manè conductum operarios*, seu *ad conducendum operarios*, id est, *vt conduceret operarios, in vineam suam.* Pro supino posteriore. vt Plato, ἡδὺ καὶ εὐπετὲς κλήσασθαι, *suaue ac comparatu facilè.* Sic ἀδύνατα γενέσθαι, *factu impossibilia, quæ fieri non possunt.* Cuius generis alia suprà in adiectiuorum regimine notata sunt.

Infinitiuus pro Gerundio in DI.

Pro Gerundiis in DI. vt, ὥρη ἐρᾶν, ὥρη γ' γαμεῖν, ὥρη γ' παύσασθαι, *tempus est amandi, tempus ducendi vxorem, tempus requiescendi.* Sic Xenoph. ὥρα πορεύεσθαι ἐστὶ, *tempus est proficiscendi.* Itidemque Propert. lib. 3. *Non datur ad musas currere lata via*, pro *via currendi.* Pro Gerundio in DVM. vt Homer. δῶκε φέρειν, *dedit ferendum.* Sic δίδωμι χρήσασθαι, *do vtendum*; & similia. vt Virg. quoque, *magnum dat ferre talentum.* Sed & hîc præponitur sæpe articulus, perspicuitatis gratia. Demosth. τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν, *tempus dicendi.* Aristot. Eth. τοῦ παίζειν χάριν, *ludendi gratia.* Sic alteris gerundiis in DO & DVM, suus apponitur articulus. Arist. τὸ πλουτεῖν ἐστιν ἐν τῷ χρῆσθαι μᾶλλον ἢ ἐν τῷ κεκτῆσθαι, *diuitem esse, positum est magis in vtendo quam in possidendo.* Polyb. εὖ πεφυκὼς πρὸς τὸ διαχλευάζειν, *natura factus ad deducendum.* Menand. ὀξὺς εἰς τὸ πάντ' ἰδεῖν, *acer ad perspiciendum omnia.* Sic Lucr. *ad sedare sitim fontes fluuijq; vocabant*, pro *ad sedandam sitim.* In horum vtrisque videtur interdum ellipsis committi; vt cùm Homer. dicit, θείειν ἀνέμοισιν ὅμοιοι, pro ἐν τῷ θεῖν, *similes ventis in currendo.* & Orpheus in Argon. θυμὸς ἐποτρύνει λέξαι, pro εἰς τὸ λέξαι, *instigat ad dicendum.* quod Ouidius imitatus initio Metamorph. dixit, *animus fert dicere.* Sicut autem in his posteriora supina & gerundia ponuntur pro nominibus, ita ...ed quoque sæpe Infinitiua pro Nominibus vsurpantur, præmisso articulo. Plutarch. τὸ λίαν φιλεῖν, τοῦ μὴ φιλεῖν αἴτιον, *nimius amor, amorē sæpe exstinguit.* Idem, διὰ γὰρ τοῦ καλῶς βιῶναι

Pro Gerundio in DVM.

Notio.

Ellipsis in Infinitiuis pro Gerundiis.

Infinitiua pro nominibus præmisso articulo.

τὸ κακῶς ἀκοῦσαι, *malè audire, initium est honestè viuendi.* id est, *calumniæ ac probra, viam nobis patefaciunt ad vitam honestam; monent nos vitæ honestæ.* Antiphanes, ἐπισκοτεῖ γὰρ τῷ φρονεῖν τὸ λαμβάνειν, *sumptio* (munerum scilicet) *tenebras offundit menti & prudentiæ.* In quibus vides casus variè traiectos esse. Concisius adhuc idem Plutarch. τοῦ φιλοσοφεῖν τὸ ζητεῖν, scilicet ἐστί, *philosophiæ est inquisitio*, id est, *ad philosophiam pertinet indagatio & perscrutatio veritatis.* Sic Cicero in Academ. q. *Docto homini & erudito, cogitare est viuere.* Item sine articulo: vt δοῦναι φαγεῖν καὶ πιεῖν, pro δοῦναι βρῶμα καὶ πόμα. quo modo & Terentius, *iussi ei dare bibere*, pro *dare potum, dare quod biberet.* itemque διδάσκω σε διαλέγεσθαι, *doceo te rationem disserendi.* Vsurpatur infinitiuus modus etiam pro imperatiuo. Pausan. 132, 21. σὺ δὲ σώζειν μὲν Μεσσηνίους, σώζειν δὲ καὶ σεαυτόν, *tu vero & Messenios tutare, & te quoque conserua.* Phocyl. μηδ᾽ ἀλογίστως σεαυτὸν ἔχειν, *neque inconsiderate te habe.* In quibus ellipsis esse videtur imperatiui μέμνησο *memento*, θέλε *velis*, aut alius consimilis. Pro cæteris etiam finitiuis modis vsurpatur infinitiuus, præmissa coniunctione ὡς. Herodian. in Seuero, ὡς μηδένα οἴεσθαι τὸ ἔργον συντεθὲν, ἑνὸς δὲ λίθου πᾶν πεποιῆσθαι, pro ὥστε οὐδεὶς ᾤετο, *ita vt nemo putaret compositum esse opus, sed ex vno lapide factum esse.* Hesiod. Ergων 1. ῥηϊδίως γάρ κεν καὶ ἐπ᾽ ἤματι ἐργάσσαιο, ὥστε σε κ᾽ εἰς ἐνιαυτὸν ἔχειν καὶ ἀεργὸν ἐόντα. pro ὥστε seu ἵνα ἔχῃς, *vt etiam in annum habeas vnde viuas, etiamsi ab opere vaces.* Sic Horat. 1. Carm. Oda 11. dixisse putatur, *vt melius, quidquid erit, pati*, pro *vt melius patiare quidquid acciderit.* Huc pertinent etiam ista: Thucyd. ἔφθασε τοσοῦτον ὅσον Πάχητα ἀνεγνωκέναι, pro *dum Paches legeret.* Aristoph. οὐχ, ὅσον γέ μ᾽ εἰδέναι, *non, quod quidem ego sciam.* In quibus omissum videtur verbum συμβαίνει, vel aliud simile. Sic cum Aristot. de Anima dicit, δύναμίς ἐστιν οἵα σώζειν τὸ ἔχον αὐτὴν, omissum videtur πέφυκε, aut tale quid; *talis est vis quæ tueri queat id quod ea præditum est.*

Et sine articulo.

Infinitiuus pro imperatiuo.

Infinitiuus pro finitis modis cũ coniunctione ὡς.

CASVM porro infinitiuus adsciscit accusatiuũ; qui mutata structura in nominatiuũ vertitur præmissa ὅτι, ὡς, ὅπως, aut alia consimili particula. Thucyd. ἐλπὶς γὰρ μάλιστα αὐτοὺς οὕτω φοβηθῆναι, *spes enim est eis sic maximè incussum esse metum.* Finitiuè Act. Apost. c. 14. ἐλπίζων ὅτι χρήματα δοθήσεται αὐτῷ, pro ἐλπίζων δοθήσεσθαι αὐτῷ χρήματα, *sperans sibi datum iri pecunias.* Sic quod ad Hebr. 6. dicitur, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεόν, Latinè mutato modo & casu vertes, *in quibus fieri non potest vt Deus mentiatur*; & breuius, *in quibus Deus non potest mentiri.* In hac resolutione accusatiuus infinitiuo debitus Atticè tribuitur verbo finitiuo. Dionys. Hal. ἐνθυμουμένου

De casu infinitiui appendix.

τῶν

τ̃ ἀνθρώπινον βίον ὡς ἐπὶ μικρᾶς αἰωρεῖται ῥοπῆς. communis enim structura est, ἐνθυμεμένη τ̃ ἀνθρώπινον βίον αἰωρεῖσθαι ἀπὸ μικρᾶς ῥοπῆς: vel, soluta oratione infinitiua, ἐνθυμεμένη ὡς ὁ ἀνθρώπινος βίος αἰωρεῖται ἀπὸ μικρᾶς ῥοπῆς: Latinè, *cogitans vitam humanam dependere à leui momento*. Idem, οὐδὲ σεαυτὸν ἐξ ὧν ἔφυς ἔτι μέμνησαι, *nec amplius recordaris ex quibus natus sis*. Et Theophr. in Charact. καὶ τοὺς ξένους δ' εἰπεῖν ὡς δικαιότερα λέγουσι τ̃ πολιτῶν, *atque adeo dicere peregrinos iustiora dicere quàm ciues*. id est, *atque adeo dicere iustiores esse peregrinorũ rationes quam ciuium*. Sic item Soph. Electra, Καίτοι τοσοῦτόν γ' οἶδα κἀμαυτὴν ὅτι ἀλγῶ 'πὶ τοῖς παροῦσι: pro, *tantum scio, me dolere præsenti rerum statu*. quo ferè modo etiã Terent. in Eun. *ego illum nescio qui fuerit*.

Infinitiui casus à tergo.

Infinitiui casus à tergo, respondet ei qui est à fronte. Nominatiuus: vt, Aristot. Metaphys. 9. τὰ δ', scilicet ἐναντία λέγεται, τῷ λείψεις εἶναι καὶ ἀποβολαὶ τούτων, *alia vero contraria dicuntur eo, quod defectus sint horum & amissiones*. Genitiuus: vt Aristot. Metaphys. 3. περὶ τ̃ μέλλοντος ἔσεσθαι ὑγιοῦς, *de eo quod futurum est sanum*. Datiuus: vt Aristot. Metaphys. 1. ἀληθέστατον τὸ τοῖς ὑστέροις αἴτιον τ̃ ἀληθέσιν εἶναι, *verissimum est, quod posterioribus caussa est vt & ipsa sint vera*. Accusatiuus: Aristot. Metaphys. 4. τὸ ἓν καὶ τὴν στιγμὴν ἀρχὰς τισὶ δοκεῖ εἶναι, *videtur quibusdam, vnum & punctum esse principia*. vt Cicero Leg. 1. *Ego me cupio non mendacem putari*. pro, *cupio haberi non mendax*. Nam postremum hoc genus finite quoque mutato casu efferri potest; vt, τὸ ἓν καὶ ἡ στιγμὴ, ἀρχαί τισιν εἶναι φαίνονται, *vnum, & punctum, videntur quibusdam esse principia*. In hoc eodem genere cùm finitiuum & infinitiuum verbum ad eandem personam referuntur, antecedens casus omittitur. Demosth. ὅταν φῇ δημοτικὸς εἶναι, pro, *cum dixerit se popularem esse*. Plutarch. ὑπέσχετο βοηθήσειν, *pollicitus est se opem laturum*. Hæc quoque Latini imitantur nonnunquam. Lucanus, *tutúmque putauit iam bonus esse socer*. Catullus, *Phaselus hic ait fuisse nauium celerrimus*. Terentius, *Pollicitus sum facturum*, scilicet me. Interdum tamen posterior casus infinitiuum verbum respicit, non casum antecedentem. Paul. τοῖς ἐντυγχάνουσι παρεκελεύοντο ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι, *obuios quosque cohortabantur vt strenuos se præstarent viros*. Apud Aristot. posterior casus etiam dandi forma effertur vt Rhet. 1, 26, 24 τοῦ ἔχειν τὸ μείζονος ποιητικῷ εἶναι, pro ποιητικὸν εἶναι, *id est maioris efficiendi vim habere*. Sic alibi sæpe. Relatiuum quoque hic interdum non infinitiuum verbum respicit, sed finitiuum extrinsecus subauditum. Paul. 175, 8. τ αὐτοὺς σέβεσθαι Ηρακλέα, ὃν καὶ Τύριοι, σέβουσι, *colere ipsos Herculem eum quem & Thasij*, scilicet colunt.

APPEN

APPENDIX I.

VERBA in oratione sæpe omittuntur ornatus gratia: ὡς λόγος, *vt fama est.* Sic, ἀπόδειξις δὲ, σημεῖον δὲ, τεκμήριον δὲ, inseruntur orationibus in modum parentheseos, pro, *cuius rei demonstratio est, cuius rei indicium est,* & subauditur, ἔστω, vel εἴη, ἄν.

Verba omittuntur ornatus gratia.

Et econtrariò quibusdam verbis vtuntur solis loco totius orationis, sic γίνομαι capitur pro seruum esse: αὐτοῦ γενόμενος, hoc est, *ipsius seruus.* Et εἶναι, pro, *esse filium.* λέγουσιν τοῦτον εἶναι ἐκείνου, *dicunt hunc esse filium illius.*

Vsus verborum positorũ loco totius orationis.

APPENDIX II.

QVÆDAM etiam quandoq; ponuntur quidem in oratione, sed planè abundant, & prorsus nihil conferunt ad sententiam: cuiusmodi sunt φέρω, ἔχω, εἰμὶ, φάναι, εἰπεῖν, & similia. φέρω, vt Gregor. τῷ μένγε κλήρῳ φέροντες ἑαυτοὺς ἐγκατέλεξαν, *nomina inter clericos dare cœperunt.* Chrysostom. de fato, concione prima: οὗ δὲ καθάπερ ἐν ἀκροπόλει τῇ κεφαλῇ φέρων ὀφθαλμοὺς ἐγκατέθηκεν, *ibi autem in capite velut in arce oculos imposuit.* Hinc si tollas φέροντες & φέρω, eadem manebit sententia. Ἔχω: vt μαθὼν ἔχω, pro ἔμαθον: συλλαβὼν ἔχω, pro συνέλαβον. Εἰμὶ: vt ἐν τῷ νῦν εἶναι, pro ἐν τῷ νῦν, *in præsentiarum.* ἑκὼν εἶναι, pro ἑκὼν, *voluntarius.* ἑκόντες εἶναι, pro ἑκόντες, *voluntarij.*

φέρω.

Εἰμὶ.

Φάναι & εἰπεῖν, vt ἔφη φάναι, ἔφη εἰπεῖν, pro ἔφη, quasi Latinè dicas, infit dicere. φθάνω: vt, ἔφθην ποιήσας, pro ἐποίησα: φθάνει ἀναλισκόμενον, pro ἀναλίσκεται. ἐφθάκειν πυθόμενος, *audieram.* τυγχάνω: vt, τυγχάνω ὤν, pro εἰμί. διατελῶ, vt, διατελῶ ποιῶν, pro ποιῶ.

Φάναι & εἰπεῖν, passim vacant.

φθάνω.

τυγχάνω.

διατελῶ.

Οἶμαι Græcis abundat, quemadmodum Latinis, credo. τοιαῦτα ζηλωτά ἐστιν, οἶμαι, καὶ λαμπρά, *huiusmodi admiranda sunt, credo, & præclara.* Οἴει: vt, οὐκ οἴει ἀναγκασθήσεται, *nonne cogetur, an non tandem cogetur?*

Οἶμαι vacat.

APPENDIX III.

Attici loco pluralium verborũ abutuntur singularibus.

Verbis singularibus abutuntur Attici loco pluralium. ἐὰν ὑπονεάσῃ, pro ὑπονεάσωνται. ὅπως ἐμέτῃ pro ἐμέσωνται. vtuntur Græci frequenter implicita orationis structura: ἐμὲ μηδὲν ἔχεις, ἐφ' ὅτῳ τοῦτο ποιήσεις, pro μηδὲν ἔχεις ἐφ' ὅτῳ μὲ τοῦτο ποιήσεις, nihil habes, quamobrem hoc mihi facias. οὐδεὶς ἑκὼν ὑπομένει τῶν ἐλευθέρων τὴν τοιαύτην ἀρχήν, pro οὐδεὶς τῶν ἐλευθέρων ἑκὼν ὑπομένει, &c. *nemo liber volens perfert huiusmodi principatum.* ὅταν μὴ εἰδότες βαδίζωμεν, pro μὴ εἰδότες ὅταν βαδίζωμεν, *ignorantes quò imus.*

Implicita structura orationis.

SYNTAXIS PARTICIPIORVM.

Participiũ construitur cũ casu sui verbi, ni ponatur loco nominis per ἀντιμερείαν.

PARTICIPIVM sortitur constructionem sui verbi, quemadmodũ apud Latinos. Cæterùm illud, τόξων εὖ εἰδώς, *arcuum bene sciens*, poëticum est, per antimeriam: [1] ac si dicamus, τόξων εἰδήμων, *arcuum peritus*, hoc est, *peritus sagittandi.*

1

Participij genitiuus absolutus.

Participij Genitiuus absolutè ponitur, quemadmodũ Latinis Ablatiuus: [2] ἐμοῦ διδάσκοντος, *me docente.*

2

Participium solum.

Quandoque participium solum, intelligendo casum rei conuenientis: ἐλθόντων ἤδη, *ubi autē venissent.*

Accusatiuus pro genitiuo Atticè.

Atticè pro hoc Genitiuo est Accusatiuus, & fermè cum ὡς & ὥσπερ: ὡς τὸν ἄνδρα τοῦτο ποιήσαντα, pro τοῦ ἀνδρὸς τοῦτο ποιήσαντος, *viri hoc faciente.*

Nota.

Et est istud frequentissimum in participiis impersonalium per omnia tempora. ἀκουσθὲν αὐτῷ, pro ἀκούσαντος αὐτοῦ, *vbi ipse audiuisset.* δόξαν ἐμοὶ γράψαι, *vbi statutum esset mihi scribere.* ἄδηλον ὄν, *cùm incertum sit.* δέον ἕτερα, pro δεόντων ἑτέρων, *cùm alia conueniret.* ἐξὸν αὐτῷ ποιῆσαι, *cùm permissum esset ipsi* ... ὡς μηδὲν αὐτῷ διαφέρον, *tanquam nihil eius interesset.* προσῆκον, παρόν, ἐνδεχόμενον.

QVOD

QVOD GRÆCIS PARTICIPIORVM VSVS SIT latior quàm Latinis.

MVLTÒ latior est vsus participiorũ Græcis, quàm Latinis. Quod enim dicimus per Coniunctiuum, præcedente aduerbio, *Cùm*, hoc illi plerumque elegantiùs efferunt per participium. ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὤν, οὐ συνῆκεν, *homo cùm in honore esset, non intellexit.* οὐκ οἶδας ταῦτα ὁ τηλικοῦτος ὤν; *tu hæc ignoras, cùm sis tantus?*

Participia loco Subiunctiui Latinorũ cum aduerbio Cum.

Consueuerunt etiam Attici loco verborum vti participiis: οὗτος γὰρ ἦν ὁ διοικῶν πάντα ταῦτα, *hic est qui omnia administrabat.* τίς ὁ τεχνάσας ταῦτα; *quis est, qui hanc fraudem commentus est?* [illegible] οὐδαμῶς ἂν ἄλλως διαπραξάμενος τοῦτο, *putabam nulla alia ratione posse hæc me perficere.*

Vsus participiorum pro verbis apud Atticos.

Fit etiam nonnunquàm, vt participium coniunctum nomini substantiuo, in obliquo ponatur loco verbi & Nominatiui, idque propter alium obliquum præcedentem: νομίζω σε, ὡς φίλον μου γενόμενον, pro ὡς φίλος μου ἐγένου, *puto quòd sis factus amicus meus.* πιστεύω ἡμᾶς ὡς ἕξοντας τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν, pro ὡς ἕξομεν τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν, *credo habituros nos regnum cœlorum.* ἡ γραφὴ λέγει περὶ τῆς γυναικὸς, ὡς αἰτίας γενομένης τῶν ἁμαρτημάτων pro ὡς αἰτία ἐγένετο τῶν ἁμαρτημάτων. οὐκ ἔστιν τῶν ἀνθρώπων, ἵππων καὶ ὄνων γενομένων, pro οἱ ἵπποι καὶ ὄνοι ἐγένοντο. σύνοιδα ἐμαυτῷ, μὴ προσποιουμένῳ, pro σύνοιδα ἐμαυτῷ, ὅτι μὴ προσποιοῦμαι, *conscius sum mihi, quòd non dissimulem.*

Participiũ coniunctum nomini substantiuo exprimitur casu obliquo, loco verbi & nominatiui.

Et loco Coniunctiui præteriti perfecti actiui plerumque vtuntur Græci participiis, ἐὰν ἀδικηκὼς τυγχάνῃ, *si iniuriam fecerit.* ἐὰν τύχῃ τεθηλακὼς, *si lactauerit.* ὅταν ὦσι βεβληκότες τοὺς ὀδόντας, *quando eiecerint dentes.*

Præteriti perfecti actiui modi Subiunctiui loco vtuntur sæpius participiis præteriti temporis eiusdem verbi, quibus subiunditur verbum

Quod etiam fit nonnunquam in Optatiuis: συμβεβηκὸς ἂν εἴη, *contigisse videatur.* γεγονότες ἂν εἴημεν,

substantiũ modi subiunctiui. Regula proximè antecedens locũ habet nonnunquam in optatiuis, & in futuris indicatiui modi.

Apud Atticos idem fit in omnibus temporibus & modis, verbis τυγχάνω, εἰμὶ ὑπάρχω adiũctis.

3 *Participia loco infinitiui Latinorũ ponuntur, & potissimum post verba perseuerãdi & desistendi.*

Et post verba animi affectionẽ significantia.

facti esse videantur. Et in Futuris indicatiui, ἐπιτετευχηκὼς ἔσῃ, pro ἐπιτεύξῃ. κεχαρισμένος ἔσῃ, pro χαρίσῃ. Et Atticis idem fit in omnibus temporibus ac modis, adiunctis his verbis, τυγχάνω, εἰμὶ, ὑπάρχω. τίς σὺ τυγχάνεις ὤν; *quis tu es?* ἀπεκτακώς ἐστι τὸν ἄνθρωπον, *interfecit hominem.* ἀνῃρηκὼς ἔσομαι, *sustulero.* οὐ γὰρ ἐχθρός γε ὑπῆρξεν ὤν, *non erat quidem inimicus.* ἔσεσθε ἐψηφισμένοι, *censueritis.*

Ponitur præterea participium nonnunquam vice verbi infinitiui. Matth. 1. εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα, pro ἔχειν, *reperta est habere in vtero.* hoc est, *reperta est esse grauida.*[3] Id quod plerumque fit cum verbis perseuerandi: ἀγαπῶν με διατέλει, id est, ἀγαπᾶν με διατέλει, *perseuera me amare.* Matth. 11. ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς διατάσσων, pro διατάσσειν, *cùm consummasset legem præcipere, & præcipiendi fecisset finem.*

Et in verbis desistendi, οὐ παύσομαι φιλῶν, pro φιλεῖν, *non cessabo amare.*

Et in verbis significantibus affectionẽ animi, idque variè: nempe in Nominatiuo, aut in Accusatiuo. μέμνημαι ἰδών, vel μέμνημαι ἰδόντα, pro μέμνημαι ἰδεῖν, *memini vidisse.* οὐ συνιέσαν μάτην πονοῦντες, vel πονοῦντας, pro οὐ συνιέσαν μάτην πονεῖν, *non intellexerunt se frustrà laborare.* σύνοιδα ἐμαυτῷ ἀδικῶν, vel σύνοιδα ἐμαυτῷ ἀδικοῦντα, pro σύνοιδα ἐμαυτῷ ἀδικεῖν, *conscius sum mihi iniuriæ.*
4 [4] Aut etiam in alio quouis casu cuius est substantiuum, aut Pronomen illi adiunctum: vt σύνοιδα ἐμαυτῷ ἀδικοῦντι, *conscius sum mihi iniuriæ.* Sic Virgilius:

Sensit medios delapsus in hostes.

1 [1] Ellipsin hic esse contendit Sylburg. accusatiui [illegible] τέχνην, τέξων ἐν εἰδώς, *artem mittendarum sagittarum sciens.* Sicut apud eundem Homerum [illegible] μοιο, scilicet ἔργα: & ἐπειγόμενος περ ἰδοῖο. [illegible] autem in postremo, satis declarat hoc eiusdem poetæ
2 διέπρησσον πεδίοιο, *properabant per campum.* [2] Frequens vsus participiorum apud Græcos, sed præcipuè co[illegible]

absolutè ponuntur. δέον, δόξαν, ἐξὸν, μετὸν, παρὸν, τυχόν. Lucian. Λαπίθαις, οὕτως οἶμαι τυχόν. Herodot. 1. εἰ παρεὸν αὐτῷ βασιλέα γενέσθαι, *cùm potestas illi fieret.* Thucyd. ά. ὡς οὐ μετὸν αὐτοῖς Ἐπιδάμνου. Sophoc. Electra. νῦν δ' ἐξὸν πατρὸς πάντων ἀρίστου παῖδα καλεῖσθαι, *cùm tibi concedatur.* δόξαν δέ σφι ἐποίευν τοιάδε, *cùm placuisset.* Lucia. Rhetorum, διδασκάλῳ, τοσαῦτα καμὼν, οὐδὲν δέον. Tale est & μέλον. Lucianus, Τόξαρι, ὥσπερ οὐ πάνυ σοι μέλον εἰ ἀποτμηθείης τὴν γλῶσσαν, *quasi parum solicitus sis, ne lingua tibi victo præcidatur.* Item ὄν. Thucyd. ά. ἄδηλον ὂν ὁπότε τις ἐπελθὼν, καὶ ἅμα ἀτειχίστων ὄντων, ἄλλος ἀφαιρήσεται, *cùm esset inexploratum.* Et mox, ὡς βέβαιον ὂν, *tanquam loco tuto:* quod tamen accipi potest, vt sit Atticè positum participium in significatione verbali: vt Oedipo. Tyran. οἶσθ' ὡς ποιήσεις, *scis quid facias.* φρόνει βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης, *scito te constitisse:* estque hoc frequentissimum. Est & peculiaris Græcis vsus infinitiui substantiui talis. Herod. Εὐτέρπῃ, μεγάλα ἐκτήσατο χρήματα ὡς ἂν εἶναι Ῥοδῶπιν, *vt quæ quidem Rhodopis esset,* & Κλειοῖ, ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιησάμενος τὴν ἐπὶ τὴν εἶναι. Παιδείας β'. οὐδὲ μὴν φίλοις γε, οὐδὲ ξένοις ἑκὼν εἶναι γέλωτα παρέχεις. Herodian. έ. οὐδὲν οὖν εἶναι αὐτὴν ἐλάνθανε τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίνου βουλομένων, *nihil igitur illam eò loci constitutam fugiebat, &c.* Huc referatur & hæc, ἐν τῷ νῦν εἶναι, *in præsentia.* & ὁ λόγος ὅ, τι ἦν εἶναι. Participium verbi substantiui aduerbialiter affirmatiuum est, ὄντως, *reuerà,* quod & τῷ ὄντι dicitur & veritatem notat. Plat. Epitaph. καὶ τῷ ὄντι τὸ περιδεῖ οἰκοῦντας Μελπομένης, εἰ δὴ τῷ ὄντι γε Ὅμηρος τοῦτο τὰ ἔπη ἐποίησε. & Κλειοῖ, κατὰ τὸ ἐὸν δίκας ἀποφαίνειν, *iustas ferre sententias.* ³ Vt Xenoph. οἱ Πέρσαι λέγονται ἐσθίοντες κάρδαμον καὶ πίνοντες ὕδωρ, *Persæ dicuntur edere nasturcium, & bibere* 3
aquam. Demosth. οὐκ ἂν αἰσθάνοιτο δωροδοκοῦντας, *quos sentirent munera capere.* ⁴ In hoc genere crebra & elegãs est ellipsis nominatiui pro accusatiuo reciproci. Demosth. δείξω πεποιηκὼς, pro δείξω αὐτὸς πεποιηκὼς, *ostendam me fecisse.* Xenoph. Pæd. σύνοιδα ἐμαυτῷ μὴ προσποιούμενος, *conscius sum mihi me non simulare seu fingere.* Aristoph. λέληθας δουλεύων, *latuit te seruire.* at Aristot. λανθάνει τοῦτο ποιῶν, *latet alios eum hoc facere;* seu, *nõ animaduertitur hoc facere.* Lucian. αἰσθάνομαι φερόμενος ἔξω τῶν καιρῶν, *sentio me ferri extra temporis limites.* Sic accipi & illud potest, οἶδα ἰδὼν, *scio me vidisse:* & apud Demosth. οἶδα ἀκούσας, *scio me audisse quod.* sed reddi posset etiam per relatiuum; *Scio, vt qui viderim; Scio, vt qui audierim:* sicut apud Eurip. εὖ δ' ἐποίησας μολὼν, *rectè fecisti qui veneris.* Accipi etiam non raro solet participium. Pro Supino priore. Apollon. Argon. γ. βάν ῥ' ἴμεν ἐπιφράσσουσαι, *ibant inspectarũ.* Isocr. ἧκον ἀμυνοῦντες, *veniebant opitulatum.* Pro Gerundio

in DO. Aristot. Hist. Anim. ὁ ἡττηθεὶς μαχόμενος, *qui victus est pugnando*: & aliquanto post, ζῇ γὰρ ἰχθυοφαγοῦσα, *viuit enim comedendo pisces.* quæ breuius etiam & aptius per nomen reddideris; illic, *victus pugna*; hic, *viuit esu piscium*, seu *esitatione piscium.* Pro Gerundio in DVM: vt μεταξὺ λουόμενος, *inter lauandum*: μεταξὺ ὀπτώμενα, *inter assandum*; seu, *interea dum assantur.* Nam etiam pro aduerbio quandoque participium ponitur. vt apud Aristot. ὡς εἴπον ἀρχόμενος, pro ἀπ' ἀρχῆς τοῦ λόγου, *sicut dixi ab initio huius tractatus.* Cùm autem participio præmittitur verbũ φθάνω aut διατελῶ, verba ista per aduerbium exprimuntur commodius, & participia per verbum. Plutarch. ἔφθησαν ἀναλώσαντες αὐτοὺς ἢ τυχόντες ὧν ἤλπισαν, *prius eos absumpserunt quàm assecuti sunt quæ sperabant.* Philo, ἄφθαρτος ὢν διατελεῖ, *perpetuo est incorruptus.* Sic etiam λανθάνει ἐκπίπτουσα reddi potest, *latenter excidit.* Sicut autem contrahendæ orationi seruiunt interdum participia, ita nonnunquam seruiunt eidem dilatandæ; quæ periphrases apud Atticos sunt vsitatissimæ per participium & verbum substantiuum, εἰμὶ, τυγχάνω, γίνομαι, aut aliud eiusmodi. In actiua forma: Soph. οὐ σιωπήσας ἔσῃ; pro οὐ σιωπήσῃ; *annon tacebis?* Sic Dionys. Halicarnass. ἃς αὐτῷ κομίσας ἦν ὁ τυγχάνων, *quas ei qui l[illegible] attulerat.* Psal. 129. γένοιντο τὰ ὦτά σου προσέχοντα, *attendant aures tuæ.* Rursum Aristot. ὅτοι φαύλως ἔχοντες προϋπάρχουσι, *qui iam ante malè [illegible].* In passiua diathesi: Dionys. Halicarnass. 36, 2. ἦσαν οἰκούμεναι 25 pro ᾠκοῦντο, *habitabantur.* Aristot. Analyt. 129, 15. καθ' ὧν τυγχάνει λεγόμενον, *de quibus dicitur.* Idem Topic. 397, 10. ἀνῃρημένος ὑπάρχει, *sublatus est*: & mox v. 20. ἀνεσκευασμένον γίνεται, *refutatur*: vt in Problem. 32, 12. ἐκλελυμένον γίνεται, *soluitur.* Esse autem hunc periphraseων istarum sensum docent hæc eiusdem Aristot. Metaphys. 80, 5. οὐδὲν γὰρ διαφέρει τὸ, ἄνθρωπος ὑγιαίνων ἐστὶν, ἢ τὸ, ἄνθρωπος ὑγιαίνει, *nihil enim discriminis cum dico, Homo est valens, vel cum dico, Homo valet.* Apud Latinos in passiua quidem diathesi frequens est hæc periphrasis; sed rarior in actiua: vt apud Cic. in Oratore; *Est, vt scis, quasi in extrema pagina Phædri, his ipsis verbis loquens Socrates.* Similes periphrases per verbum ἔχω & ἥκω. At cum Dion. Hal. ad imitationem Herodoti dicit, περὶ ὧν ἔρχομαι λέξων, non tantum reddere possumus, *de quibus dicam*; sed etiã, *de quib. dicere aggredior.* Eiusdem generis est & ista periphrasis Attica apud Thuc. τὸ πλῆθος οὐ βουλόμενον, pro τὸ πλῆθος οὐκ ἐβούλετο, *plebs nolebat.* Eam periphrasin apud Latinos imitati sunt Salustius, Tacitus, Macrobius [illegible] docet Paulus Leopardus Emendationũ lib. 4. c. 23. De [illegible] nasmo participiorũ ὢν, ἔχων, φέρων, & similium, [illegible]

APPENDIX.

PARTICIPIA tranſeunt quandoque in nomina, & illorum more conſtruuntur, non vt participia: τὸ καθῆκόν σε, *officium tuum.*

Participia fiunt nomina.

Et quandoque ſuperuacuè ponuntur, ſic vt ipſis ſubſtractis eadem maneat ſententia: ᾤχόμην ἀπιών, pro ᾠχόμην. οἴχεται ἀπιών, pro οἴχεται. παίζεις ἔχων, pro παίζεις. φλυαρεῖς ἔχων, pro φλυαρεῖς. ληρεῖς ἔχων, pro ληρεῖς. τονιῶ ἔχων, pro τονιῶ, *nunc.*

Vacant aliquãdo participia.

DE GERVNDIORVM SYNTAXI.

GERVNDIA & ipſa verborum ſuorum ſtructuram imitantur. Iſocr. ἀφεκτέον τῶ συμβουλεύειν, *abſtinendu n à conſulendo.* Ariſtot. δεικτέον αὐτοῖς, καὶ πειστέον αὐτοὺς, *oſtendendum eis eſt & perſuadendum.* Quod Latini (licet rarius) imitati. Plaut. *Aliqua conſilia reperiendum*, potius autem & ſæpius dicitur per Gerundiua, *Conſilia reperienda.* Gerundiis additur interdum datiuus, Iſocra. θάνατος ἡμῖν αἱρετέος ἐστὶ, *mortem nobis eligendum eſt.* Aliquando accuſatiuus duplicatur. Ariſtot. ἐπισκεπτέον ἐν τὰ μὲν αὐτὸν, τὰ δὲ τὴν γυναῖκα, *Conſiderandum igitur alia quidem ipſum: alia verò vxorem*, id eſt, alia debet ipſe conſiderare, vxor alia: Imo aliquando abſq; caſu ἰστέον ὅτι, *ſciendum quod*, ſic λαθητέον, ποιητέον, *latendum faciendum.* Quin & cum nominatiuo reperiuntur gerundia nonnunquam apud Ariſtotelem: vt Org. 349, 28. 352, 18. Metaphyſ. 107, 18. De part. anim. 16, 19. ſed non immerito ibi ſuſpecta eſt exemplarium fides: ac verendum ne librarij non intellectis ſcripturæ compendiis, nominatiui terminationem ibi poſuerint pro terminatione accuſatiui, τεσ ſ. pro τέον. Periphraſi quoque interdum exprimuntur gerundia. Eurip. Phœniſſ. τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών, *inſcitiam eorum qui obtinent, ferre oportet.* ibi enim φέρειν χρεὼν poſitum eſt pro οἰστέον, *ferendum eſt.* Sic Plato, ἣν καὶ ἡμᾶς ἴσως δεήσει πορεύεσθαι, pro ἣν καὶ ἡμᾶς ἴσως πορευτέον, *qua & nobis fortaſſis eunda eſt*; vel, vt Cicero vertit, *quam nobis quoque ingrediendum ſit.* vbi nota & ipſum gerundio tribuiſſe caſum verbi, vt Virg. quoque, *pacem Troiano ab rege petendum.*

Appendix.

Gerũdia iuncta Datiuo.

Iuncta accuſatiuo geminato.

Gerundia ſine caſu.

2ª. 139.

SYNTAXIS PRONOMINVM.

Genitiui primitiuorũ pro possessiuis passim ponuntur.

GRæci ferè semper vtuntur Genitiuis Pronominum primitiuorum pro possessiuis: πατήρ μου, pro πατὴρ ἐμός. πάτερ ἡμῶν, pro πάτερ ἡμέτερε, *pater noster.*

Possessiua cum genitiuo construuntur.

Possessiua adsciscunt quandoque Genitiuum. Lucian. ὅλως δέ τ' ἐμὰ οὗτοι σπαθῶσι τοῦ κακοδαίμονος, *prorsus mea infelicis dilapidant*, ἐμὸν αὐτοῦ βίον, *meam ipsius vitam.*

Nota de possessiuis.

Possessiua tertiæ personæ cum diuersa persona copulari nequeunt, sine altera voce possessorem significante. Solœcismus enim est, si quis dicat. ὁ σφέτερος παῖς φιλεῖ με, *suus filius diligit me*: sed dicendum est, ὁ σφέτερος αὐτῶν παῖς φιλεῖ με, *suus ipsorum filius diligit me*: vel sic, ὁ παῖς αὐτῶν φιλεῖ με, *filius ipsorum diligit me*, sine possessiuo. Et hæc extra reciprocationem: In reciprocatione enim potest possessiuum tertiæ personæ per se poni. δέονταί σε τοῖς σφετέροις ἐπικουρῆσαι. *rogãt te, vt suis prœbeas auxiliũ.*

Singulis casibus demonstratiuorum additur ί acutitonum.

Demonstratiuis additur in contextu orationis ί acutũ ad vim significationis intendendam οὑτοσί, τουτί, τουτωί, τουτονί, ἐκεινοσί. Quemadmodum Latini ad intendendam significationem addunt met, te, pte, ce: egomet, tute, meapte, huiusce.

DE PRONOMINE αὐτός.

Relatiuorũ constructio Nomini ἴδιον subijcitur identidem pluralis genitiuus αὐτῶν, αὐτῶν relatiuũ, loco reciproci.

RELATIVVM αὐτός postponitur omnibus personis, ἐμοῦ αὐτοῦ ἀκούω, *meipsum audio.* σὲ αὐτὸν ἀκούω, *teipsum audio.* ἐκεῖνος αὐτὸς λέγει, *ille dicit.* Luc. σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, *tuam ipsius animam, siue tuam propriam animã pertransibit gladius.*

Genitiuus pluralis αὐτῶν postponitur frequenter huic nomini ἴδιον: ἰδίοις αὐτῶν ἀγαθοῖς, *suis propriis bonis.* Quomodo etiam dixerunt veteres Latini, suo *sibi gladio hunc iugulo.*

Et

Et ponitur αὐτὸς quandoque loco reciproci: Gregor. ὁρῶν οὖν τὴν τοῦ δήμου κίνησιν ἐπ' αὐτὸν, *videns igitur in se motum populi.* ἐπ' αὐτὸν posuit, pro ἐφ' ἑαυτόν. Et contrà, reciprocum pro relatiuo. ὡς ὅτι οὖν ἐξὸν ἑαυτῷ ποιεῖν, *tanquam ipsi quicquid libet liceat*: vbi ἑαυτῷ, pro αὐτῷ ponitur.

Reciprocũ loco relatiui.

Hæc more Atticorum fiunt, qui composita pro simplicibus, & simplicia pro compositis accipiunt.

Attici composita pro simplicibus & simplicia pro cõpositis accipiunt.

Sic ὅς, οὗ, οἷ, ἕ, modò reciprocè, modò non reciprocè accipiuntur. Reciprocè, τοιαῦτα οἷ σύνοιδε κακὰ, *talium sibi conscius est malorum.* Non reciprocè, Gregor. ἐπεὶ δὲ οἱ φανῆναι πλῆθος πολὺ, *postquam ingens visa est ei multitudo.*

Sic ὅς, &c.

Nominatiuus ὅς in primitiuo nõ est in vsu.

Sic σφᾶς, pro *seipsos*, vel pro *eos* ponunt, σφισὶν, pro *sibiipsis*, vel pro *ipsis.*

σφᾶς pro σφέας legendum per crasin.

PRONOMINA primitiua genera habent confusa, personas tamen discretas, idque vt plurimum cum emphasi, ἐγὼ γράφω, *ego scribo*, non alius pro me, nec verbis tantum apponuntur sed etiam nominibus & participiis: & his quidem interdum articulate declarationis alicuius gratia, illis vero absque articulo. Imo & αὐτὸς aliquando habet emphasin sicut primitiua, vt αὐτὸς ἔφα, *ipse dixit*, certus quidam & egregius scilicet, pro quo sæpe positum inuenitur οὗ οἷ ἕ primitiuum relatiuè citra reciprocationem: Compositum vero cum nominibus reciprocè significat vt αὐτοδίδακτος *sui doctor*, φίλαυτος, *sui amator.* Primitiui pronominis genitiuus sæpissimè vsurpatur pro possessiuo, vt 2. Corinth. 12. οὐ ζητῶ τὰ ὑμῶν pro τὰ ὑμέτερα, *non quæro quæ vestra sunt.* Possessiuis præmittitur articulus, siue præponantur siue postponantur, vt cum Aristo. Rhet. lib. 3. tradit idem esse τῆς γυναικὸς τῆς ἡμετέρας, & τῆς ἡμετέρας γυναικὸς, sed illud longius hoc breuius. Possessiua vsurpantur interdum pro primitiuis. Lucia. οὗτοι σπαθῶσι τἀμὰ τοῦ κακοδαίμονος, *Hi dissipant mea infelicis bona.* Vbi etiam ponitur (vt sæpe) genitiuus aliorum nominum qui possessorem explicat. Dionys. Halic. 214, 33. ἐκ τῆς ἐμῆς ἑνὸς ὄντος προστασίας, *è mea vnius tutela.* Sic Plato, εὔνοια γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ, *dicam erga tua beneuolentia*, id est, *pro mea erga te beneuolentia.* Possessiuum per hypallagen à poëtis tribuitur interdum ei substantiuo, cui minus aptè cõuenit, Eurip. in Phœn. τοὺς ἐμοὺς ὠδίνων πόνους, pro τοὺς ἐμῶν ὠδίνων πόνους,

Appendix.

αὐτὸς.

Genitiuus primitiui pro possessiuo.

Possessiuis præmittitur articulus.

Possessiua pro primitiuis.

Possessiui per hypallagen cõstructio poëtica.

Pronomen ἐγὼ datiuo inseritur orationi abundanter.

meorum dolorem laborem. Primæ personæ pronomen datiuo casu pleonasticῶs interdũ inseritur orationi. Demost. ἐπί μοι προσέχετε τὸν νοῦν, *huic mihi mentem attendite.* Philemon, Σύρα, Σύρα τί ἐστι; πῶς ἡμῖν ἔχεις. *Syra, Syra, quid est? quo modo nobis habes?* Sic Terent. *Quid ait nobis Sannio.* Virgil. *Vt nunc nobis Deus ille magister.*

COMPOSITA.

PRONOMINA composita possunt diuisim cóstrui, in prima quidem persona & secunda singulariter tantum, & in tertia pluraliter tãtum. Verùm dum compositè dicuntur, capiuntur absolutè. Diuisim verò dicuntur discretionis, aut emphasis causa, διδάσκω ἐμαυτοῦ υἱὸν, vel διδάσκω ἐμὲ αὐτοῦ υἱὸν, *doceo filium meum, vel meiipsius.* σαυτῷ φίλος, vel σοὶ αὐτῷ φίλος, *tibi ipsi amicus*: ita & in aliis casibus. In tertia persona diuisim dicimus, σφῶν αὐτῶν, σφισὶν αὐτοῖς, σφᾶς αὐτούς. Et coniunctim, ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς, ἑαυτούς.

Cùm in se vel suã possessionem fit reflexio qua constructione sit vtendum nota.

DVM fit reflexio in se, vel in suam possessioné, neque primitiuo vtuntur Greci, neq; deriuatiuo, sed compositis: ὅρα σαυτὸν, *vide teipsum.* ὅρα σαυτοῦ υἱὸν, *vide tui ipsius filium.* ἑαυτοῖς βοηθοῦμεν, *nosipsos iuuamus.* ἑαυτῶν υἱοῖς βοηθοῦμεν, *nostrorum ipsorum filiis iuuamus.* Neque rectè dicimus: σφᾶς τύπτουσι, sed dicendum compositè: ἑαυτοὺς τύπτουσι, *percutiunt seipsos.*

Nota.

Verùm quia composita primæ & secundæ personæ proferũtur duntaxat singulariter, ideò tam in duali, quàm plurali ponunt simplicia cum relatiuis. In duali, νῶϊ αὐτὼ ὠφελοῦμεν, *nos ipsos iuuamus.* νῶϊν αὐτοῖν ἁπτόμεθα, *nobis ipsis iungimur.* In plurali, vt ἡμῶν αὐτῶν, ἡμῖν αὐτοῖς, ἡμᾶς αὐτοὺς, *nostrorum ipsorum, nobisipsis, nosipsos.*

Cum à possessione in possessorem fit reflexio, qua constructione sit vtendum.

DVM verò fit reflexio à possessione in possessorem vtuntur simplicibus, & non compositis. Quare non rectè dicitur, Κικέρωνα φιλεῖ ὁ ἑαυτοῦ υἱὸς, *Ciceronem amat suus filius*: nisi more Attico com-

positum pro simplici accipiatur, ἑαυτῷ, pro αὐτοῦ. Dicendum est enim, Κικέρωνα φιλεῖ ὁ αὐτοῦ υἱός, *Ciceronem amat suus filius.*

Similiter dum fit reflexio non in se, neque in suam possessionem, sed in aliud adiunctum, vtuntur simplicibus: θέλει ἐκεῖνός με ἔρχεσθαι πρὸς αὐτὸν, *ille vult quòd ad se veniam.*

Cum fit in adiunctū reflexio.

Vtuntur Græci hoc pronomine ἑαυτοῦ in omni persona: ἑαυτοὺς ὠφελοῦμεν, ὠφελεῖτε, ὠφελοῦσι, *nosipsos iuuamus, vosipsos iuuatis, seipsos iuuant.* Et id non modò in plurali, verumetiam in singulari. Xenophon 2. ἀπομνημ. οὕτω γὰρ παιδεύεις τοὺς ἑαυτῆς φίλους, *sic enim tuos instituis amicos:* verba sunt virtutis ad voluptatē. Ioan. 18. σὺ ἀφ' ἑαυτοῦ τοῦτο λέγεις, ἢ ἄλλος σοι εἶπε περὶ ἐμοῦ; *tu à te ipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me?* Lucia. in Apologia: τοῦτο μὲν πρὸς ἑαυτὸν, ὡς τὸ εἰκὸς, λέλεκταί σοι. ἑαυτὸν dixit, pro σεαυτόν: cùm Latini solùm in tertia persona seruent hanc constructionē, id est, sui, sibi, se, à se: quod sicut caret Nominatiuo, ita & Græca reciproca composita.

ἑαυτοῦ cuiusuis personæ esse potest.

Caret etiam Nominatiuo hoc nomen ἀλλήλων, ἀλλήλοις, ἀλλήλους, & similem habet cum pronominibus cōstructionem, in omni persona, eo modo quo Latinis inuicem, siue inter, cum Accusatiuo, φιλεῖν ἀλλήλους, *inuicem amare*, vel *inter sese amare.* ἀλλήλους ἐλεοῦμεν, *nos nostri inuicem miseremur, nos nostri inter nos miseremur.* ἀλλήλοις χαρίζεσθε, *inuicem vobis indulgetis*, ἀλλήλων ἀπολαύουσιν, *inuicem se potiuntur.* Si verò componatur cum præpositione, habebit Nominatiuum: ἐπάλληλα, διάλληλα, verùm tunc non recipit constructionem reciprocam.

Singul. caret in duali ἀλλήλοιν, ἀλλήλαιν, &c. & in tribus casibus plural. genit. datiuo, & accusat. idq́ in omni genere

APPENDIX I.

Freqvens est apud poëtas in Pronominibus personarum & numerorum mutatio. Personarum: σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι, pro ὑμέτερον. τίς τ'

Personarum & numerorū mutatio.

ἄρ σφωε; pro αὐτώ. Numeri: ἀτρείδη νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας ὀΐω, pro ἡμᾶς.

APPENDIX II.

Pronomina aduerbiorum loco posita.

CONSTRVVNTVR etiam Pronomina aduerbiorũ loco: vt ταῦτά τοι, ταῦτ᾽ ἄρα, τοῦ γ᾽, τοῦ δή, id est, *proinde, ad hæc, prætereà.* In omnibus his subauditur præpositio, διά. ταύτῃ, *hoc pacto, hac ratione, hac de causa, ideò.* ταύτῃ τοι, *itaque, propter hoc.* ταύτῃ, ὅπῃ, vbi simul ponuntur, valent, οὕτως, ὅπως. ἔστω ταύτῃ, ὡς ὑπολαμβάνεται, *sit sic, vt creditur.*

---

1 SYNTAXIS [1] ARTICVLORVM PRÆPOSITIVORVM.

OFFICIVM ARTICVLORVM in oratione.

Articulus certũ quid & præcognitũ cõnotat.

ARTICVLVS præpositiuus in oratione certi alicuius præcogniti mentionem fieri denotat, vt si quis dicat, ἄνθρωπος ἥκει, *homo venit*, incertum est de quo homine dicat. Sin verò dicat, ὁ ἄνθρωπος ἥκει, certum: nempe de eo, de quo prius facta est mentio. Sic & Ioan. 1. Iudæi interrogantes Baptistam, ὁ προφήτης εἶ σύ; non rogabant, an propheta esset quispiam, sed an ille propheta, quem velut eximium pollicitus erat Moses, Deut. 18. Et Ethic. lib. 1. τὸ ἀγαθὸν, nõ capitur simpliciter pro quouis bono, sed pro illo eximio, de quo Philosophi disputant, summo bono. Hinc est, quòd quibus

Articulus non præfigitur iis quibus significatio inest dubia & hæsitans seu incerta.

inest significatio hæsitans ac dubia, minimè habeant articulum. Qualia sunt in primis nomina infinita: ὅστις, ὁποῖος, ὁπότερος, in quibus ὁ non est articulus, sed dictionis pars. Et interrogatiua no-

2 mina, quòd interrogatio sit de re incerta, τίς, πόστος, ποῖος, πότερος, πόσος, πηλίκος, ποδαπός, ...

Vsus articuli

Verùm cùm id quod dictum est, iteratò interro-

rogatur, addi potest articulus: τὰ ποῖα; *qualia?* τὰ τίνα λέγεις; *quæ dicis?* ὁ τίς ἐρωτᾷς; *quis interrogas?*

vbi quod dictũ est iteratò interrogatur.

Quòd si in priori interrogatione inueniatur articulus præpositus interrogatiuo, referendus est non ad interrogatiuum, sed ad aliud sequens expressum aut subintellectum: τῆς ποίας μερίδος, pro ποίας τῆς μερίδος. τὰ ποῖα λέγεις, pro ποῖα τὰ ῥήματα λέγεις; ὁ τίς τῶν τολμήτας; pro τίς σὺ ὁ τῶν τολμήτας.

Nota quæ pendent ex antecedentibus.

Relatiuis inchoatis quidem à τ, addi potest articulus: ὁ τοιοῦτος, ὁ τηλίκος, ὁ τόσος.

Articulus ante relatiua inchoata à τ, &c.

Inchoatis autem à vocali, non additur: non enim dicitur, ὁ οἷος, ὁ ὅσος.

Quatuor sunt nomina distributiua, ἕτερον scilicet, & ἄλλο, quibus addi potest articulus: ἑκάτερον & ἕκαστον, quibus non additur. Cætera nomina adiectiua [3] construuntur cum articulis, quando subauditur participium substantiuum, ὁ ἀγαθὸς Σωκράτης φιλοσοφεῖ, pro Σωκράτης ὁ ὢν ἀγαθὸς φιλοσοφεῖ, *Socrates qui bonus est philosophatur.*

ἕτερον & ἄλλο distributiua articulum admittere possunt. At ἑκάτερον & ἕκαστον non item.

[3]

Idem erit, si nomen substantiuum præponamus sic, ὁ Σωκράτης ὁ ἀγαθὸς, vtrique præponentes articulum.

Articulus præponitur adiectiuis cum participiũ verbi substantiui subauditur.

Hinc fit quòd in epistolarum inscriptionibus cùm nomini proprio additur adiectiuum, necessarius sit articulus, secundum Apolloniũ. Διονύσιος Τρύφωνι τῷ ἀγαθωτάτῳ χαίρειν: Ἰουλιανὸς Σαραπίωνι τῷ λαμπροτάτῳ. Hoc tamen Autores non semper obseruant, vt, Πλάτων Δίωνι Συρακουσίῳ εὖ πράττειν. Βασίλειος Εὐσταθίῳ φιλοσόφῳ.

Articulus præponitur & substantiuo & adiectiuo per regulam antecedentem.

Sine articulo verò ponitur, quando verbum substantiuum solum, aut ponitur, aut subauditur inter ipsum & suum substantiuum. Σωκράτης ἐστὶν ἀγαθὸς, *Socrates est bonus.* Ἀριστοτέλης σοφὸς, *Aristoteles est sapiens.*

Nota. Absque articulo.

Poterit etiam huiusmodi adiectiuum mutari in

Adiectiuũ mu-

Geni

tatur in genit. pluralem, videturq́ regi à subaudiẽdo numerali εἷς, μία, ἕν.

Genitiuum pluralem, cui tunc addetur articulus: Σωκράτης τῶν ἀγαθῶν ἦν, Ἀριστοτέλης τῶν σοφῶν: *Socrates bonus erat, Aristoteles sapiens.*

Ex his fit, quòd adiectiuum postpositum suo substantiuo, si habeat articulum, cohæret ei absque vllo medio: si verò non habeat, in prædicati locum recedit: vt cùm dicitur, Σωκράτης ὁ ἀγαθὸς ἐστι: subiectum est, Σωκράτης ὁ ἀγαθὸς: hoc est, Σωκράτης ὁ ὢν ἀγαθὸς: & prædicatum, ἐστίν. Si verò dicamus, Σωκράτης ἀγαθός ἐστιν, subiectum erit, Σωκράτης, & prædicatum, ἀγαθός.

IDEM est iudicium, quando vni substantiuo præponitur aliud substantiuum. Si enim posterius habet articulum, cohæret priori absque vllo medio, & subauditur participium substantiuum: Αἴας ὁ υἱὸς Τελαμῶνος πολεμεῖ: *Aiax qui est filius Telamonis, belligeratur.*

Vbi deest alterũ substantiuum.

Quod Attici dicunt per defectum alterius substantiui. Matth. 4. Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, + *Iacobum filium Zebedæi.*

4

Nota.

SI verò posteriori substantiuo non præponatur articulus, erit prædicatum subintellecto verbo ἐστιν. vt ἄνθρωπος ζῶον, *homo est animal.*

APPENDIX I.

Articulus sine nomine.

INVENIVNTVR frequenter articuli sine suo nomine: & tunc vel subauditur nomẽ præcedens,

5 vt λόγος μὲν οὗτος πρῶτος, δεύτερος δὲ ὁ τῶν φιλοσόφων, *oratio quidem hæc prima, secunda verò ea quæ est philosophorum.*

Vel subauditur participium verbi substantiui, idq́ue potissimùm si articulus sit neutri generis, vt, τὰ θαλάττης, pro τὰ ὄντα θαλάττης, [illegible] *quæ sunt maris,* hoc est, *res maritimæ.*

Articulus neutri generis ornatus causa citra

Interdum verò nihil subauditur, veluti cùm ornatus causa articulus neutri generis, tam in singulari, quàm in plurali, cum Genitiuo quidem sing-

singulari ponitur loco nominis singularis: & cum Genitiuo plurali, loco nominis pluralis eius casus, cuius est articulus: vt τὰ τῶν ὀνύχων, vel τὸ τῶν ὀνύχων, id est, ὄνυχες. Et, τὰ τοῦ ὄνυχος, vel τὸ τοῦ ὄνυχος, id est, ὄνυξ. Et τοῖς τῶν ὀνύχων, vel τῷ τῶν ὀνύχων, id est, ὄνυξι. Et τοῖς τοῦ ὄνυχος, vel τῷ τοῦ ὄνυχος, id est, ὄνυχι. τὰ τοῦ ἐπανόδου, vel τὸ τοῦ ἐπανόδου, id est, ἐπάνοδος, *regressio*. Sic Gregor. τὰ τῶν ἐλπίδων, dixit, pro ἐλπίδες, *spes*. Et αἰσχρὰ μὲν τὰ τῆς ἐκστρατείας, dixit, pro ἐκστρατεία, *expeditio quidem turpis*.

necessitatē inseritur orationi.

APPENDIX II.

ARTICVLVS postpositus suo nomini, aut alieno etiam, vim habet exponentis. [6] Chrysost. ἠκούσατε τῆς σάλπιγγος, τῆς ἐκ τῶν οὐρανῶν, *audiuistis tubam, tubam inquam, quæ è cœlo descendit*. Paul. 1. ad Tim. 1. καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, *& Domini Iesu Christi, qui est spes nostra.*

Articulus postpositus suo nomini. 6

APPENDIX III.

SÆPE articuli à suis nominibus ita sciunguntur, vt quidquam intercedat aliud: οἱ τὴν φροντίδα ἔχοντες, *curam habentes*. Quo fit, vt plures inter sese continui ponantur articuli, neque eandem seruent constructionem, sed inuersam. Nam vbi duo sunt articuli, primus est secundi nominis, & secundus primi: vt, οἱ τὴν φροντίδα ἔχοντες. Si verò tres fuerint continui, referentur ad sua nomina eo modo, quo in hoc exemplo, οἱ τὴν ἁπάντων φροντίδα ἀνειληφότες, *omnium assumentes curam*. Continui autem inter sese poni possunt plures articuli in ea oratione, in qua præponitur ea dictio, quæ regitur: aut ipsius adiectiuum, sequente ea quæ regit: τὰ τοῦ βίου πράγματα, *negotia vitæ*. ὁρῶ τὸν τῆς σῆς μερίδος ὄντα, *video eum, qui est partium tuarum*. Verùm non rectè dicitur, τοῦ τὰ πράγματα βίου, neque ὁρῶ τὸν τῆς σῆς ὄντα μερίδος.

Plures continui inter se articuli.

1 [1] Non poteſt intelligi articulorum natura de Latino
ſermone, propterea quòd illa prorſus articulis non vtitur.
Eſt autem particula hæc orationis eiuſmodi, vt ſubducta
ſuo loco, aut alieno inculcata, mirificè orationem defor-
mare videatur; quod quidem quale ſit, nullis præceptis po-
teſt explicari, ſed totum poſitum eſt in obſeruationis dili-
gentia. Quod quidem ferè docent, articulum aliquid quaſi
priùs dictum deſignare, rectiùs, vt opinor, diceretur, articuli
generalem ſignificationem eſſe ἐμφατικὴν, & habere ἔνδειξιν,
vt fit in adiectionibus & appoſitionibus, demõſtrationibus, i:
explicando, diſcernendo. Creberrimæ etiam ſunt ἐκλείψεις
vocum, quæ in articulis intelliguntur. Iam contra præcepta
vſus illorum valde multa reperias apud autores linguæ
Græcæ, vt ſic oporteret loqui: τὰς τῶν σπουδαίων γνώμας, τὰς τῶν
φαύλων διανοίας, τοῖς τοῦ πατρὸς ἐπιτηδεύμασι. Sed idem tamẽ Iſ
Iſocrates ſic etiam, ἀλλ' ὁ μὲν τοῦ Περσῶν στρατοπέδου τοῦ Μήδων
ἐνίκησεν. Et Herodot. δεύτερος ἐκ τοῦ ἀθηναίων ἄστεος. Quo-
rum & illud erat, τοῦ στρατοπέδου τοῦ Περσῶν. & hoc, ἐκ τοῦ ἄστεος
τοῦ ἀθηναίων. Iam hoc adiectiuum adiunctum ſubſtantiuo
ſolui in Genitiuum δεύτερον. Neque ipſum ſeruarunt, πᾶσι
σώφρονι βροτῶν, & οἱ δ' ἀκοσμοῦντες βροτῶν. Phyloctete. &
Thucyd. τοὺς βοηθήσαντας λοχεῶν μάχη ἐκράτησε. Hæc admo-
nere paucis viſum, vt ſtudioſi linguæ Græcæ ſcirent in hac
parte ſibi nequaquam verſanda negligenter ſcripta vete-
2 neque adnotationibus parcendum eſſe. [2] Præpoſitiuus ar-
ticulus tamen adiungitur nomini τις interpoſita cõiunctio-
ne, ſic ὁ μέν τις, id eſt, *quidam, vnus*, itidem ὁ δέ τις, *alter, alius*.
vbi τις abundat, quãdoquidem hæc idem valent quod ὁ μὲν,
ὁ δὲ. In neutra ſignificatione τὸ μέν τι & τὸ δέ τι etiam pro *cum*
3 *& tum*, ſiue *partim & partim* ponuntur. [3] Præter nomina
vniuerſaliter negantia diſtributiuè, quibus articulus non
habet neceſſe adiungi, vt οὐδὲν ὑγιὲς, *nihil ſanum*, πλησμονὴ γὰρ
ἁπάντων, *ſatietas enim eſt omnium*. οὐδὲ πάντη, οὔτε παρὰ πάν-
των, *neque omnia, neque paſſim, nec ab omnibus.* quandoque
tamen τὰ πάντα legimus. Numeralibus quoque iungi recu-
ſat, quod ea per ſe certitudinem habeant, Lucia, τίθει πέντε
δραχμὰς καὶ ὀβολοὺς δύο, *pone quinque drachmas & duos obolos.*
D. Luc. οὐκ εἰσὶν ἡμῖν πλείω ἢ πέντε ἄρτοι καὶ δύο ἰχθύας, Niſi
cum certum numerum, ſiue alias prædictum indicamus.
Lucian. ἐπὶ τοῖς ἐνενήκοντα ἔτη ἃ βεβίωκε, ad nonaginta illos an-
4 nos quos vixit. [4] Cum Græci filium vel filiam alicuius ef-
ferre volunt, id per articulum maſculinum vel fœmininum
genitiuo patris vel matris præpoſitum faciunt, vt ὁ Αἰνησι-
δάμου ſubaudi cum articulo, vel παῖς vel υἱὸς vt ſenſus ſit,
filius Æneſidami: ſic ἡ διὸς filia Iouis, ὁ Ἐπάφου, *filius Epaphi*.

5 Articuli præpositiui varia ellipsis.

[5] Ellipsis articuli huius varia est, vt τὰ τῶν φίλων, & τὰ τῆς τύχης, generalius subaudiri potest, vel substantiuum πράγματα, vel participium ὄντα. Sed nonnunquam subaudiendum est aliquid specialius, vt τὰ Ἡροδότου, scilicet συγγράμματα. *Herodoti scripta.* Sic apud Herod. 23. τῷ Κροίσῳ ἐσελθεῖν τὸ τοῦ Σόλωνος, scilicet ἀπόφθεγμα, *Crœso in mentem venisse Solonis dictum.* In quibusdam periphrasis quædam videtur esse: vt apud Chrysost. αὔξεται αὐτοῖς τὰ τῆς τιμωρίας: & ἐν τῇ γνώμῃ τὰ τῆς εὐθυμίας ἵστασθαι πέφυκε Ibi enim τὰ τῆς τιμωρίας, & τὰ τῆς εὐθυμίας idem ferè est quod ἡ τιμωρία, *pœna*: & ἡ εὐθυμία, *lætitia seu tranquillitas animi.* Quamquam in talibus quoq; aptum intelligi substantiuum potest. Rursum cùm legimus τὰ τετράποδα, οἱ φρόνιμοι, illic subauditur ζῶα, hîc ἄνθρωποι, quæ partitiuè quoque efferuntur, τὰ τετράποδα τῶν ζώων, οἱ φρόνιμοι τῶν ἀνθρώπων

6 Sedes articuli in oratione.

[6] Collocationem articuli diligenter persecutus est Sylburgius, his ferè verbis. Substantiuis nudè positis præponitur: vt Ioan. 1. αἴρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου, *tollens peccata mundi.* In tali substantiuorum constructione sæpe cõtinuatis articulis substantiuum regens postponitur elegantius: vt Isocrat. τὰς τῶν ἄλλων ἀτυχίας ἐπιβλέπειν, *cæterorum infortunia intueri.*

Articulus præpositus adiectiuis.

Adiectiuis quoque præponitur, tum nominalibus, tum pronominalibus, tũ participialibus, & aliis; sed ita vt cum adiectiuo suo substantiua modò antecedat, modò sequatur. Antecedit enim, cum substantiuo non apponitur aliud à fronte attributum. vt, οἱ γνήσιοι φίλοι: & partitiuè, οἱ γνήσιοι τῶν φίλων, *genuini & veri amici.*

Postponitur cũ substantiuũ alium habet articulũ à fronte.

Postponitur, cum substantiuum à fronte alium habet articulum: vt Isocr. τῆς οὐσίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν. Sic in appositione: Herod. ἐς τὸν Ὄλυμπον τὸ ὄρος, *in Olympum montem.* In substantiui & demonstratiui copulatione, articulus præponitur substantiuo, demonstratiuo nunc præposito, nunc postposito: vt, τάδε τὰ ἔπη, & τὰ ἔπη τάδε. Sic Dionys. Hal. 201, 41. περὶ αὐτοῦ τοῦ τόπου. *de ipso loco*; & mox, τοῖς θεοῖς αὐτοῖς, *diis ipsis.* Sic item Thucyd. παντὶ τῷ στρατεύματι: & Æschin. τῆς οἰκουμένης πάσης.

Articulus demõstratiuis qualitatis & quantitatis præpositus.

Quantitatis tamen & qualitatis demonstratiuis præponitur interdum articulus. Dionys. Hal. 201, 17. τὰς τοσάσδε μυριάδας: & 419, 33. τὰς τοσαύτας μυριάδας, *tot milia.* Idem 347, 15. ἐπὶ ταῖς τοιαύταις συμφοραῖς, *post tales clades*: & mox, ἐπὶ ταῖς τηλικαύταις εὐπραγίαις, *post tantas felicitates, seu tam felices rerum successus.* Sic Pausan. 176, 27. ἐπὶ τῷδε, *ea de caussa, eam ob rem.* Item ἡ πᾶσα Σικελία, *vniuersa Sicilia*, apud Thucyd.

Articulus confusius multiplicatus.

Articulus cõfusius interdum multiplicatur. Paus. 275, 11. τὸ δὲ Ἀθηνᾶς τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀλέας τὸ ἀρχαῖον. breuius enim & clarius ita sonat sensus, τὸ δὲ Ἀθηνᾶς τῆς Ἀλέας τὸ ἀρχαῖον ἄγαλμα, *porro vetus Mineruæ Aleæ simulacrum.*

Sic

Sic idem 178,30. καθῆκεν ἐς τὸν ἵππων τὸν δρόμον τῶν τελείων τοὺς πώλους, pro καθῆκε τοὺς πώλους ἐς τὸν δρόμον τῶν τελείων ἵππων, pullos immisit in adultorum equorum cursum; seu, pullos cum adultis equis in cursus certamen commisit. Interdum etiam regēs substātiuum cum suo articulo longius postponitur. vt apud Arist. De Anima, ἄδηλος δὲ καὶ τοῦ κύκλῳ φέρεσθαι τὸν οὐρανὸν αἰτία, sed & caussa cur cælum in orbem (seu circulari motu) feratur, obscura est.

Substantiuum regens cum suo articulo postpositum in oratione.

ARTICVLVS CVM PRONOMINE.

1 PRONOMINA [1] siue primitiua sint, siue demonstratiua, siue relatiua, [2] non suscipiunt articulum, quòd ex sese satis certa sint, nisi fortè ad maiorem emphasim, ὁ σὸς, ὁ αὐτός, idem. τὸ αὐτὸν, eundem.

1 Pronomina.

2 Nota.

Deriuatiua verò suscipiunt eo modo, quo nomina adiectiua: eandem enim cum illis vim, eandémque omnino constructionem habent: ὁ ἐμὸς οἶκος, mea domus. ἡ ἐμὴ οἰκία, mea habitatio. τὸ ἐμὸν οἴκημα, meum domicilium. Verùm tunc ad sequentia nomina necessariò referri intelliguntur: ὁ ἐμὸς οἶκος, id est, ὁ οἶκός μου: τὸ ἐμὸν οἴκημα, id est, τὸ οἴκημά μου.

Pronomen infinitum δεῖνα est capax articuli ὁ δεῖνα, ἡ δεῖνα, τὸ δεῖνα: Vnde πρὸς τὸν δεῖνα dicunt Græci, quando significant ad quendam certum hominem, quem tamen non nominant. Item δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα dicitur pro, hic & ille. τὸν δεῖνα μεμφόμενος, καὶ τὸν δεῖνα ἀνάξιον εἶναι φάσκων, hunc [illegible] censens, illum indignum esse dictitans. Et, τὸ δεῖνα γενομένη, καὶ τὸ δεῖνα αὖ, nunc in hanc, rursus in illam speciem transformata.

1 [1] ARTICVLVS tamen pronomini possessiuo præponitur. Plato, εὔνοια γὰρ ἐγὼ τῇ σῇ, Beneuolentia enim [illegible]. Eurip. τύμβον δὲ βουλοίμην ἂν ἀξιούμενον τὸν ἐμὸν ὁρᾶσθαι, Tumulum autem velim honoratum meum videri. Interdum tamen [illegible] præponitur. Hesiod. ἐμὰ τόδε πατὴρ [illegible] pater [illegible]

2 [2] Præponitur relatiuo αὐτὸς. Isocrat. Nicocl. νομίζω [illegible] τὸ αὐτὸ εἶναι

εἶναι ζημίας ἀξίους τοὺς συγκρύπτοντας τοῖς ἐξαμαρτάνουσιν, Existimatur eadem esse multa occultantes peccantibus. Porrò huic relatiuo præpositus mutat eius significationem: Nam ὁ αὐτὸς significat *idem*, ἡ αὐτὴ *eadem*: τὸ αὐτὸ vel cōtractè ταὐτὸ *idem*. Sic οἱ ἄλλοι, οἱ ἕτεροι *cæteri*, cùm ἄλλοι & ἕτεροι generalius significet *alij*.

Articulus mutat significatum relatiui.

ARTICVLVS CVM VERBO.

ARTICVLVS Genitiuus cum verbo infinito ponitur Græcis eo loco, quo Latini vtuntur Gerundiis in DI, addentes causa, vel gratia: aut verbo Coniunctiuo præcedente: vt, τοῦ ποιεῖν, *causa faciendi*, aut, *vt faceret*. τοῦ φαγεῖν, τοῦ λέγειν. Lucæ vlt. καὶ εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς, *& ingressus est manendi gratiâ cum illis*, siue, *vt maneret cum illis*. Eodem cap. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτὸν, *oculi autem eorum tenebantur, vt non agnoscerent ipsum.*

Infinitiuo præponitur articulus τοῦ pro gerūdio in DI.

DATIVO articulo cum verbo infinito, antecedente præpositione ἐν, vtuntur loco Gerundiorum in DO: ἐν τῷ σπουδάζειν προκόπτομεν, *studendo proficimus*.

Infinitiuo præponitur ἐν τῷ pro gerundio in DO.

Quandoque etiam ponitur pro Genitiuo absoluto, adiecto nomine Accusatiui casus, ἐν τῷ βασιλεύειν Τραϊανὸν, pro βασιλεύοντος Τραϊανοῦ, *regnante Traiano*. Sic Luc. vltim. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐτὸν, pro κατακλιθέντος αὐτοῦ, *hoc factum est sedente eo.* Et sine præpositione ἐν æquiualet vltimo supino, τῷ παρακαλεῖν, *oratu*.

Nota.

ACCVSATIVO articulo, præcedēte præpositione πρὸς, vtuntur loco gerundij in DVM, vel primi supini: ἔρχομαι πρὸς τὸ παρακαλεῖν, *vado oratum, vel ad orandum*.

Infinitiuo præponitur πρὸς τὸ, pro gerundio in DVM, *vel primo supino.*

Præponitur etiam commodè verbis infinitis, quoties pro nomine sumuntur.

Infinitiuo pro nomine.

Sumuntur autem verba infinita pro nomine,

non solùm vt Latinis in Nominatiuo & Accusatiuo, sed in omni casu. In Nominatiuo, τὸ φιλοσοφεῖν καλόν ἐστιν, *philosophari res est honesta.* In Genitiuo, τοῦ φιλοσοφεῖν οὐδὲν ἥδιον, *nihil iucundius quàm philosophari.* In Datiuo, τῷ φιλοσοφεῖν ἐναντιοῦται ἡ Ἀφροδίτη, *philosophiæ aduersatur Venus.* In Accusatiuo, τὸ φιλοσοφεῖν καλὸν εἶναι λέγομεν, *philosophari dicimus honestum esse.*

ARTICVLVS CVM PARTIC.

Articulus necessarius antistes participiorum, &c.

PARTICIPIIS necessarius est articulus, quoties resoluuntur in verba: ὁρῶ τινα ἄνθρωπον τὸν ταῦτα κωλύοντα, id est, ὃς ταῦτα κωλύσει, *video quendam hominem, qui hæc inhiberet & impediret.* ἦσάν τινες οἱ διασύροντες, pro οἳ διέσυρον, *erant quidam qui carpebant.* δεῖ τὸν σώζοντα ταῦτα, *oportet esse qui ea seruet.* Quoties verò non resoluuntur in verba, eo modo se habent ad articulos, quo nomina adiectiua.

CVM præponitur articulus participiis certam vocabuli limitationem significat: vt οἱ φρονοῦντες, *ij qui sapiunt,* & substantiuè, τὸ φρονοῦν, pro ἡ φρόνησις prudentia.

ARTICVLVS CVM PRÆPOSITIONE.

Si articulus sit antistes præpositionis, &c.

SI articulus iungatur præpositioni cum suo casu, intelligitur commodum aliquod participium: ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, nempe ὤν, aut οἰκῶν. ὁ ἐκ τῶν οὐρανῶν, subauditur ἐλθὼν, vel καταβάς. Sic Matth. 15 τότε προσέρχονται τῷ Ἰησοῦ οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς, *tunc accesserunt ad Iesum Scribæ, qui erant ab Hierosolymis,* siue *Hierosolymitani.* οἱ κατ' ἀγορὰν, *qui versantur in foro,* hoc est, causidici. τὰ κατ' ἀγορὰν, *quæ sunt in foro,* id est, *res forenses.*[1]

Compēdia orationis notanda.

AD hanc formam compendij gratiâ vtuntur eleganter huiusmodi orationibus, τὸ κατ' ἐμὲ, τὸ ἐπ' ἐμὲ, *quod ad me attinet:* pro quo etiam dicunt τὸ ἐμὲ, vel τὸ ἐμόν. τό γ' ἐπ' ἐκείνῳ, *quantum in eo fuit.*

ἐφ᾽ ἡμῖν, *quantum in nobis fuit.* τὰ ἐν μέρει, τὰ ἐπὶ μέρους, *particularia.* τὰ μέχρι τούτου, *hactenus.* τὸ ἐντεῦθεν, *hinc.* τὸ κατ᾽ ἐμαυτοῦ μέρος, *quantum in me fuit, pro mea virili.* τὸ κατὰ σαυτοῦ μέρος, *pro virili tua, quantum in te fuit.* Quod etiam sæpenumerò dicunt subaudientes præpositionem: τὸ σὸν μέρος, τὸ μέρος, τὸ ἐπ᾽ αὐτὸν ἧκον μέρος, *quantum in se fuit, quantum ad se pertinebat.*

A consiliis, &c. Nota.

Eas etiam orationes, quas Latini dicunt, *à consiliis, à libellis, à mensis, à secretis* & similes secundum hanc formam, eleganter efferuntur Græcis hoc modo: οἱ πρὸς τοῖς ἀπορρήτοις, οἱ ἐπὶ τῶν ἀπορρήτων, id est, οἱ τῶν ἀπορρήτων προϊστάμενοι, *à secretis.* οἱ πρὸς ταῖς κύλιξι, οἱ ἐπὶ τῶν κυλίκων, id est, οἱ τῶν κυλίκων προϊστάμενοι, *à calicibus.*

Nota de articulo.

Articulus tam singularis quàm pluralis, cum præpositione κατὰ, & nomine singulari ἕκαστος, vel εἷς, tantundem valet, quantum nomen plurale eius casus, cuius est articulus: vt, οἱ καθ᾽ ἕκαστον, vel ὁ καθ᾽ ἕκαστον, id est, ἕκαστοι, *singuli,* τὰ καθ᾽ ἕκαστον, vel τὸ καθ᾽ ἕκαστον, id est, ἕκαστα, *singula.* ἡ καθ᾽ ἑκάστην, vel αἱ καθ᾽ ἑκάστην, id est, ἕκασται, *singulæ.* τῶν καθ᾽ ἕκαστον, vel τοῦ καθ᾽ ἕκαστον, id est, ἑκάστων, *singulorum.* τῶν καθ᾽ ἑκάστην, vel τῆς καθ᾽ ἑκάστην, id est, ἑκάστων, *singularum:* & in aliis casibus simili modo. Item ὁ καθ᾽ ἕνα, vel οἱ καθ᾽ ἕνα, *singuli.* τὸ καθ᾽ ἓν, vel τὰ καθ᾽ ἓν, *singula.* ἡ κατὰ μίαν, vel αἱ κατὰ μίαν, *singulæ:* similiter in aliis casibus.

περὶ & ἀμφὶ præcedente articulo.

Articulus pluralis numeri cum præpositione περὶ vel ἀμφὶ, aut simili, & nomine proprio, tantundem valet, quantum nomen proprium Atticis. Chrysostom. οἱ περὶ Παῦλον καὶ Πέτρον, id est, *Paulus & Petrus.* τοῖς περὶ τὸν Ἀλκίνοον, pro τῷ Ἀλκινόῳ. οἱ περὶ Πλάτωνα, pro Πλάτων. εἰς τοὺς ἀμφὶ τὸν Ζήνωνα, pro εἰς τὸν Ζήνωνα. οἱ ἀμφὶ τὸν Σωκράτην, pro ὁ Σωκράτης.

Nota.

Quoniam antè hic sermo sub voce plurali singulare significat, fit vt possit adiungi verbo singulari quidem figuratè: οἱ ἀμφὶ Σωκράτην ἔλεγε, Σω-

crates dicebat. Plurali verò simpliciter, οἱ ἀμφὶ Σωκράτην ἔλεγον, *Socrates dicebat.*

Nota. ALIQVANDO tamen accipitur non modò pro homine, sed etiam pro eius comitatu, vel sodali-
3 tate: οἱ περὶ Σωκράτην,[3] id est, *Socrates & tota quæ apud ipsum est sodalitas.*

1 [1] SIC οἱ πρὸ ἡμῶν, scilicet γεγονότες, *qui ante nos fuerunt maiores nostri*: οἱ μεθ' ἡμᾶς, scilicet ἐσόμενοι, *qui post nos erunt posteri nostri*: οἱ μετ' Ἀχιλλέως, scilicet ὄντες, *qui cum Achille sunt, Achillis socij*: οἱ ἐν τέλει, scilicet ὄντες, *qui in censu sunt, potentiores*: οἱ ἐν τῷ ἀγρῷ, scilicet διάγοντες, *qui in agro degunt, agrestes, rustici.* Sic οἱ κατ' ἀγορὰν, *qui versantur in foro, forenses.*
2 οἱ περὶ τὰ ἱερὰ, *qui administrant sacra, sacerdotes.* [2] Formulas per ἀμφὶ & περὶ, iidem Latini imitantur. Terent. *Quæ circum illam erant ancillæ.* Æmilius Prob. *Qui circum Antigonum*
3 *erant.* [3] οἱ περὶ Πλάτωνα, *Platonis sectatores*: vt οἱ ἀμφὶ τὸν Ὀρφέα, *sectatores Orphei.* οἱ ἀπὸ Πλάτωνος, *qui sunt à Platone*: vt Cic. quoque loquitur in Orat. pro Mur. & Virg. Æn. *A Belus & omnes à Belo*, scilicet orti; seu, qui post Belum fuerũt. item οἱ ἀπὸ τῆς βουλῆς apud Appianum, *qui sunt de Senatu, senatoris ordinis homines.* Item οἱ πρὸς ἀνδρῶν, scilicet προσήκοντες, *qui ex parte virorum nobis sunt propinqui, qui ex parte virorum nos attingunt.* at οἱ πρὸς ταῖς κύλιξι, scilicet ὄντες, *qui sunt ad pocula, præfecti poculis, pocillatores.* Hæc Latini quoque sic efferunt interdum. Sueton. in Claudio, *Super ... Polybium à studiis, Narcissum ab epistolis, & Pallantem à rationibus.* Idem addito substantiuo in Cæsare dicit, *Philemonem à manu seruum*: itidemque Cic. ad Att. *Pollucem seruum à pedibus Romam misi.*

ARTICVLVS CVM ADVERBIO.

Articulus præpositus aduerbio. ADVERBIO additus articulus vim habet nominis adiectiui: Mar. 4. ἐκείνοις δὲ τοῖς ἔξω ἐν παραβολαῖς τὰ πάντα γίνεται, *illis autem exteris omnia fiunt in parabolis.* Iob 1. περιέφραξας τὰ ἔσω αὐτοῦ καὶ τὰ ἔξω, *vallasti interiora eius, & exteriora.* Ioan. 4. ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστε, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί, *ego è supernis, vos ab inferis estis.* τὸ νῦν, *in præsentia.* τὰ ἐν ᾅδου, *apud inferos.*

ARTICVLI etiam temerè aduerbiis, & quorum ei ...

aduerbialis significatio, adduntur, aut non adduntur, ἀρχήν, τὴν ἀρχήν. τέλος, τὸ τέλος. παρὰ πολύ, παρὰ τὸ πολύ. ἐπὶ πλεῖστον, ἐπὶ τὸ πλεῖστον. παραυτίκα, τὸ παραυτίκα. ἀπὸ τούτου, τὸ ἀπὸ τούτου. μετὰ ταῦτα, τὰ μετὰ ταῦτα. ἐπὶ τούτοις, τὸ ἐπὶ τούτοις. παρὰ πολύ, τὸ παρὰ πολύ. Quæ quidem scribunt, ac legunt ὑφὲν, τὴναρχήν, ἐπιτοπλεῖστον, τοαποτούτου. Huiusmodi sunt, τηνταχίστην, ταμάλιστα, τοπρῶτον, τοπαραπολύ.

Est & elegans repetitio articuli præpositiui cum particula δὲ, ad hunc modum, ὅσον γὰρ χρόνον προὔστη τῆς πόλεως ἐν τῇ εἰρήνῃ, μετρίως ἐξηγεῖτο, καὶ ἀσφαλῶς διεφύλαξεν αὐτήν, καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐκείνου μεγίστη. ἐπειδή τε ὁ πόλεμος κατέστη, ὁ δὲ φαίνεται καὶ ἐν τούτῳ προγνοὺς τὴν δύναμιν. *Quandiu enim præfuit reipub. in pace, moderatè est principatu usus, & incolumem illam conseruauit, quæ illo tempore ad ingentem magnitudinem excreuit. Cùm verò bellum inuasisset, ne tum quidem vires hunc fugerunt*, &c. Herod. οἱ δὲ Πάριοι ὅκως μέν τι δώσουσι Μιλτιάδῃ ἀργύριον οὐδὲν, διενοεῦντο, οἱ δὲ ὅκως διαφυλάξουσι τὴν πόλιν τοῦτο ἐμηχανῶντο, *Pariis quidem argentum dare Miltiadi animus non erat, hoc autem omni ratione agebant, ut defenderent urbem.*

APPENDIX I.

Articulus præpositus dictioni & orationi materialiter accepta.

NON modò omnibus orationis partibus, sed orationi quoque materialiter acceptæ præponitur articulus in neutro genere: τὸ ἄνθρωπος, *hæc dictio* ἄνθρωπος. τὸ γυνή, *hæc dictio* γυνή. τὸ λέγω, *hæc dictio* λέγω: τὸ Σωκράτης διαλέγεται, *hæc oratio*, Σωκράτης διαλέγεται.[1]

1

Nota.

Itaque Græcis hîc valet articulus in neutro genere, quod Dialecticis nostri seculi particula Ly.

Præponitur etiam articulus neutri generis orationibus positis vice [2] Nominatiui, τὸ τὸν νέον ἔτι ὄντα φιλοκαλεῖσθαι, θαυμαστὸν οὐδέν, *quòd is qui adhuc iuuenis est, sit bonarum rerum studiosus, nihil mirum.* 2

APPENDIX II.

Atticis abundat articulus.

ATTICIS sæpè abundant articuli:[3] ἐλπίδα ἔχω οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην, *spem habeo ne minimam quidem.* 3 Quod plerumque fit ante nomina numeralia, τὰ ὀκτωκαίδεκα ἔτη. Et dum præponitur superlatiuis, ὁ πάντων ὁ βδελυρώτατος. Sæpe enim repetitus articulus efficit orationis phrasim venustiorẽ. Lucia.

Repetitus articulus.

καὶ ὁ νῦν πένης, ὁ τοῦ δεῖνος, ὁ βουλευσάμενός τι περὶ ἀγω-
4 τούτῳ τέχνης, μετ' ὀλίγον ἅπασι ζηλωτὸς, καὶ ἐπίφθονος ἐστι, &c.

Articulus supprimitur Atticis.

Rursus Atticorum est articulum supprimere: οὕτω δυνατός ἐστιν ὥστε καὶ ἀκοντίῳ ὑπερέχειν, pro ὥστε καὶ τῷ ἀκοντίῳ ὑπερέχειν. Id quod frequenter faciunt in nominibus propriis: φίλιππός ἐστιν, pro ὁ φίλιππός ἐστιν.

Fit & quandoque in participiis, ἐγὼ τί ἧττον μεθύσκονται τῶν μεγάλαις κωθωνιζόμενοι, pro οἱ κωθωνιζόμενοι.

Interdum autem nusquam supprimunt, sed singulis dictionibus addunt suum articulum. Interdum verò partim supprimunt, & partim non, prout postulat oratio.

APPENDIX III.

Articuli in diuisionibus.

HABENT insuper locum articuli in diuisionibus, adiuncta Coniunctione δὲ & μὲν, per omnes casus. Per nominatiuum, ἄνθρωποι οἱ μὲν ἤδη εἰσέτρεχον, οἱ δὲ παρεσκευάζοντο, *homines alij quidem iam incessabant, alij verò apparabant*. Per Genitiuum, τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν ἕλληνες, οἱ δὲ βάρβαροι, *hominũ alij quidem Græci, alij verò Barbari*. Per Datiuum, ἀρεταῖς ταῖς μὲν ἐναντιοῦται Ἀφροδίτη, ταῖς δὲ μέθη, *virtutibus quibusdam quidem aduersatur Venus, aliis vero ebrietas*. Per Accusatiuum, στρατηγοὺς τοὺς μὲν ἔλαβον, τοὺς δὲ λαβεῖν οὐδαμῶς ἠδυνήθησαν, *duces alios quidem ceperunt, alios verò capere haudquaquam potuerunt*.

In quibus sumuntur etiam quandoque aduerbialiter pro *partim*, *partim*: vel *tum*, *tum*: vel *simul* geminatum, τὸ ἀνθρώπειον γένος, τῇ μὲν ἀγαθὸν, τῇ δὲ φαῦλον, *humanum genus partim quidem bonum, partim verò malum*. ἐθεράπευσεν ὁ Χριστὸς τοῦτο μὲν σώματι, τοῦτο δὲ ψυχῇ κάμνοντας, *Christus curauit laborantes tum corpore, tum animo: vel simul corpore, simul animo*.

Referuntur autem in his diuisionibus ὁ μὲν proprie ad proximum, & ὁ δὲ, ad remotius, sicut Latini *hic* & *ille*.

FIT etiam nonnunquã, vt in diuisionibus loco articuli præpositiui ponatur subiunctiuus. [5] Ad Rom. 15. ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα, ὃς δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει, *alius quidem credit se vesci quibusuis, alius verò infirmus oleribus vescitur.* Rursus eodem cap. ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν, *hic quidem iudicat aliquid interesse inter diem & diem, ille verò idem sentit de quouis die.* Vnde sumũtur articuli nonnunquam pro Pronominibus demonstratiuis, τὸ pro τοῦτον, τὴν pro ταύτην, vt ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας ἀχαιῶν, ibi ὁ, pro οὗτος ponitur: id quod crebrũ est adiectis Coniunctionibus δε, γε, ὅδε, ἥδε, τόδε, ὅγε, ἥγε, τόγε, pro οὗτος, [6] αὕτη, τοῦτο, *hic, hæc, hoc.* 6

ὃς subiunctiuus articulus in diuisionibus. 5

Articulus pro demonstratiuo pronomine.

Itidem in reliquis casibus, τοῦδε, τῷδε, τόνδε, *huius, huic, hunc.* τὸνδ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς, pro τοῦτον: idque in compositione. Verùm extra compositionem ὁ δὲ, ponitur pro οὗτος δέ.

ὁ δὲ pro οὗτος δέ.

Dicitur etiam ὁδέτις oxytonum, pro ὁ δὲ, *alter, alius*: sicut ὁμένις, pro ὁ μὲν, *vnus.* In quibus τις abundat, ornatus gratià. Sed ὅδετις grauitonum ponitur pro οὗτος, *hic.* Cæterùm philosophis τόδε τι vocatur Substantia.

Capiuntur & articuli pro nominibus interrogatiuis, τῷ pro τίνι, [7] *cui?* Et pro infinitis, εἴτῳ, pro εἴτινι, *si cui.* 7

Nota.

APPENDIX IIII.

VTVNTVR prætereà articulis vnà cum suis nominibus aduerbiorum loco: τὸ μέγιστον, *ad summum.* τὸ ἐλάχιστον, *ad minimum.* τὸ ὕστατον, *postremum.* τὸ πλεῖστον, *frequentissime.* Sicut Terent. in Phor.

Articulus cum suo nomine pro aduerbio.

Vbi plurimum est.

Dixit pro, *vbi frequentissimè est.* Significat etiam *ad summum.* τὸ πρῶτον, τὰ πρῶτα, *primum.* τὴν ταχίστην, *quamprimùm.* τὴν πρώτην, *principio, à prima ætate.* τὴν ἄλλως, *frustra.* τ' ἄλλα, *cæterùm.* τὸ ἴσον, *pro virili, quantum possibile est.*

1 [1] Licet hic adscribere illud Polyb. ἐὰν ἀφέλῃ τις τὸ διὰ τί, καὶ πῶς, καὶ τίνος χάριν ἐπράχθη, καὶ τὸ πραχθὲν πότερον εὔλογον ἔχει τὸ τέλος, τὸ καταλειπόμενον οὐδὲν ὠφελεῖ τὸ παράπαν, Si sustulerit quis illud propter quid & quomodo, & cuius gratia factum sit, & quod factum est, vtrum probabilem finem habeat, reliquum nihil profuerit omnino.

2 [2] Neutri generis articulus præponitur quibuscunque vocibus absolutè captis. Aristo. de Gener. animal. ὥσπερ μετὰ τὸ Παῖς ἀνὴρ γίνεται, Quemadmodum postquam PVER aliquis esse desierit, fit vir. Idem, Analyt. pri. μὴ προσθεὶς τὸ Πᾶσαν, Nisi adiecerit vocabulum OMNEM.

Neutri generis articulus absolutis vocibus præponitur.

3 [3] Quomodo pleraque vacant adiectiua. Hesiod. οὐδὲ πατὴρ παίδεσσιν ὁμοίιος, οὐδέ τι παῖδες, Neque pater filiis similis, neque quid filij. Lucian. ὡς ἐλπίσαι θαυμαστὰ ἡλίκα, Vt sperarent mira quanta: Hic τι & ἡλίκα vacāt.

4 [4] Imo idem interdum venustè duplicatur, ita vt prior totum attributum spectet, posterior partem eius. Aristot. 3. de Cœlo. cap. 2. ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦτο ἄτοπον, τὸ, τὸ ἄπειρον ἄτακτον ἔχειν κίνησιν, Verum enimuero hoc quoque absurdum est, quod infinitum habeat motum inordinatum. Sic Alex. Aphrod. προσδεήσεται καὶ ἄλλων τινῶν πρὸς τὸ τὸ ἴδιον ἔργον ἀποδιδόναι, Indigebit etiā aliis quibusdam, ad id vt opus suum absoluat.

Articulus neutri generis duplicatus.

5 [5] Et contra præpositiuus pro relatiuo ὅς. Herodot. in Euterpe ὕστατον αὐτῆς βασιλεῦσαι Ὧρον τὸν Ὀσίριος παῖδα, τὸν Ἀπόλλωνα Ἕλληνες ὀνομάζουσι, Postremo eius regnum tenuisse Orum Osiris filium, quem Apollinem Græci nominant. Hic τὸν est pro ὅν: Et verbo mutato in participium, vt dicetur in articulo postpositiuo.

6 [6] Homer. ιλ. υ, Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε, Ὅππως κεν ἐθέλῃσιν· ὁ γὰρ κάρτιστος ἁπάντων.

Iupiter verò virtutem viris augetque minuitque.
Quomodocumque voluerit. Ille enim est validissimus omnium.

Herodotus in Clione οὐδεὶς οὕτω ἀνόητός ἐστιν, ὃ πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται, ἐν μὲν γὰρ τῇ οἱ παῖδες τοὺς πατέρας θάπτουσι, ἐν δὲ τῇ οἱ πατέρες τοὺς παῖδας, Nullus adeo inconsideratus est, qui bellum pro pace eligat, in hac enim liberi parentes sepeliunt, in illo autem parentes liberos. Hic enim ὁ est pro ὃς qui, item τῇ pro ταύτῃ hac. & τῇ pro ἐκείνῃ illo. Item pro πόσῳ tanto. Iliad. φ.

τῷ κρείσσων μὲν Ζεὺς ποταμῶν ἁλιμυρηέντων
Tanto præstantior est quidem Iupiter fluuiis in mare fluentibus.

7 [7] Lucian. τῷ τρόπῳ δ' ἐνηλλάγη, Quomodo verò immutata? Item, τῷ τοῦτο ἔχεις τεκμήρασθαι, Quo id potes coniicere. Et pro Infinito τινὸς τινι. Xenoph. ἤν τε τῷ τι ὑπισχνῶνται, Et si in quid pollicentur. Sophocl. εἰ φόβου τοῦ γλῶσσαν ἐγκλείσας ἔχει, metus alicuius gratia linguam inclusam habeat. Ponitur quoque articulus pro substantiuo: vt Eurip. τί τὸ πρὸς ἡμᾶς ἔσθ' ὅποι προσβήσεται; fortuna incertum quorsum sit euasura. Sic

Articulus pro substantiuo.

τὸ τοῦ Διογένους πρὸς Ἀλέξανδρον, *illud Diogenis ad Alexandrum.* Sed hic ellipsin esse substantiui libentius dicerem, vt fusius suprà dictum est.

SYNTAXIS ARTICVLORVM SVBIVNCTIVORVM.

ARticvlvs subiunctiuus[1] præponitur huic indefinito nomini τὶς inclinatiuo: vt, ὅς τις, *quicunque*. Quod etiam fit nonnunquam antecedente nomine, πᾶν: πᾶν ὅ,τι, *quodcunque*. πᾶς ὅστις, *quiuis, quicunque*. Et id quidem in singulari, sed non in plurali. Non enim dicimus, πάντες οἵτινες, sed πάντες ὅσοι. Fit etiam præcedentibus negationibus, οὐδεὶς ὅστις, *nullus*. οὐδενὸς οὗτινος, *nullius*. οὐδεμίαν ἥντινα, *nullam*: & ita per alios casus. 1 Nota ὅστις. Præponitur infinito τις. πᾶν ὅ,τι. πᾶς ὅστις. πάντες ὅσοι. οὐδεὶς ὅστις.

Et subiungitur interdum ἄν: vt οὐδεὶς ὅστις ἄν, μηδ' ὅστις ἄν, *nullus*. & ὅστις ἄν, *aliquis*. οὗτινος ἄν, *alicuius*. & sic in aliis casibus. Dicitur etiam, ὅτου ἄν, & ὅτῳ ἄν, pro οὗτινος ἄν, & ᾧτιν' ἄν. Nota ὅστις ἄν. οὐδεὶς ὅστις ἄν.

Præponitur etiam Coniunctioni περ, ὅσπερ: & γε, ὅσγε: & που, ὅσπου: & δή, ὃς δή: & ἄττα, ὃς ἄττα. Poëtæ etiam, ὅσρα, & ὅσω dicunt. *Præponitur Coniunctioni.*

Cvm verò quis vult significare, se ignorare, etiam ποτὲ annectit post τὶς, & post δή. ὅστις ποτὲ ἦν ἐκεῖνος; *quis nam erat ille?* ὁδήποτε & ἁδήποτε, *quoduis, quæuis.* ὅστις ποτὲ.

Sæpenumerò non ad casum, quem exigit verbum sequens redditur articulus subiunctiuus, sed ad eum, quem postulat præcedens, licet ab eo sit alienus: ἀπολαύω ὧν ἔχω ἀγαθῶν, pro ἃ ἔχω, *fruor bonis quæ habeo.* χρῶμαι οἷς ἔχω βιβλίοις, *vtor libris quos habeo.* *Refertur ad casum verbi præcedentis.*

Hinc sunt illa, ἀνδρὶ οἵῳ σοὶ, ἄνδρα οἷόν σε.
Sic Virgilius,

Vrbem quam statuo, vestra est.

Et Terent.

Populo vt placerent, quas fecisset fabulas.

Ponitur sine suo antecedente.

Et ponitur plerumque sine suo antecedente: ἐξ ὧν ἔπεμψας ἐπιστολῶν, ἔμαθον, id est, ἐκ τούτων, ἃς ἔπεμψας, ἐπιστολῶν. ὧν ἔπαθεν ὀργὴν ἔχει, id est, ἐκ τούτων, ἃ ἔπαθεν ὀργὴν ἔχει. Sic 2. ad Corinth. 12. μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται, ὑπὲρ ὃ βλέπει με, *ne quis existimet, supra id quod videt esse me.*

Quod etiam fit in relatiuo nominis, δεῖ οἷον καὶ εἶναι τὸν ἄνδρα ἀγαθόν, id est, δεῖ τοιοῦτον, οἷον καὶ εἶναι ἄνδρα ἀγαθόν. μακαρίζω σε, οἷα ἔργα ἐποίησας, id est, μακαρίζω σε διὰ τοιαῦτα ἔργα, ἃ ἐποίησας.

Anomalia numeri.

Refertur articulus subiunctiuus interdum singulariter ad verbum plurale: ἀνθρώπους τίνυνται, ὅστις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ, *homines puniunt, quisquis falsum iuramentum iurauerit.* Interdum verò econtrario, ad verbum singulare inuenitur reddi pluraliter: μή τις ἀχαιῶν ἐνθάδ' ἐπέλθῃ βουληφόρος, οἵ τέ μοι αἰεὶ βουλὰς βουλεύουσι, *ne quisquam Græcorum huc venerit consultor, qui mihi semper consilia consulunt.*

...s respondet interrogationi τίς.

Per articulum subiunctiuum respondetur huic interrogationi τίς. τίς ἐποίησεν Ὀδύσσειαν; ὃς καὶ τὴν Ἰλιάδα ἐποίησε, *quis fecit Odysseam? qui & Iliada fecit.* Vel sine verbo, τίς ἐποίησεν Ὀδύσσειαν; ὃς καὶ τὴν Ἰλιάδα, *quis fecit Odysseam? qui & Iliada.*

Nota.

POTEST etiam huiusmodi responsio fieri per articulum præpositiuum, si verbum mutetur in suum participium: τίς ἐποίησε τὴν Ὀδύσσειαν; ὁ καὶ τὴν Ἰλιάδα ποιήσας. τίς ἀνήγαγε Κέρβερον; ὁ καὶ τὸν λέοντα ἀνελών, *quis eduxit Cerberum? is qui & leonem interfecit.*

Præpositiuus pro subiunctiuo articulo.

PASSIM etiam ponitur articulus præpositiuus loco postpositiui, verbo mutato in participium: Σωκράτης ὁ πολλὰ πεποιηκὼς ἀγαθά, pro Σωκράτης, ὃς πολλὰ πεποίηκεν ἀγαθά, *Socrates qui multa fecit bona.*

...πος & ὁπόσος ... articulo subiunctiuo.

Ponuntur etiam loco articulorum subiunctiuorum hæ dictiones οἷος & ὁπόσος, in omni numero & casu. Lucian. ... τὰ ἐν τῇ γῇ λέγω, ὁπόσα τοὺς ... τῆς παίδας, id est, ἃ τῆς ... παίδας, *non ...*

quæ in terris aguntur, quæ tu persuades hominibus. Hinc fit, quòd πάντες ὅσοι dicitur pro πάντες οἵ τινες, *omnes qui.* πάντα μὲν ὅσα, *omnia quæ.*

πάντες ὅσοι.

Articulus subiunctiuus ᾗ sumitur nonnunquã aduerbialiter, pro, eo modo, ea ratione, & respondet aduerbio πῇ, *quomodò, qua ratione.* Respondet etiam ταύτῃ, accepto aduerbij vice, pro *eatenus, eò, ea ratione.* ταύτῃ ἀθλιώτερος, ᾗ πλουσιώτερος, *eatenus, vel eo miserior, quò vel quatenus opulentior.* Capitur interdum pro ὡς: ᾗ σοι δοκεῖ, pro ὡς σοι δοκεῖ, *vt tibi visum fuerit.* Significat etiam *ex quo, quocirca,* ᾗ καὶ δῆλόν ἐστιν, *ex quo manifestum est.* Capitur etiam οὗ aduerbij loco, pro, vbi, οὗ ἂν θέλῃς ἔκτεινόν σου τὴν χεῖρα, *vbi velis, extende manum tuam.*[3]

Articulus ᾗ sumitur aduerbialiter.

Respõdet ταύτῃ.

Capitur pro ὡς.

οὗ loco aduerbij.

3

1

[1] RELATIVVM Græcis est ὅς ἥ ὅ, vt Latinis, *qui, quæ, quod.* Isocrat. ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, ταῦτα νόμιζε, μηδὲ λέγειν εἶναι καλὸν, *Quæ facere turpe, hæc puta neque dicere esse pulchrum.* Et cum antecedente conuenit in genere numero & casu: vt verò Latinè, sic Græcè primum relatiuum conuenit eleganter, duorum substantiuorũ genere differentium posteriori, Plato λόγοι μὲν ἐν ἑκάστοις ἡμῶν εἰσιν, ἃς ἐλπίδας ὀνομάζομεν, *Rationes quidem in singulis nostrum sunt quas spes appellamus.* Et quamuis naturæ ordine sequatur, non ineleganter tamẽ interdum præmittitur. Demosth. χρὴ μὰ Δί' ἣν Διοπείθης πειρᾶται τῇ πόλει δύναμιν κατασκευάζειν, ταύτην βασκαίνειν καὶ διαλύειν πειρᾶσθαι, ibi enim naturæ ordo postulabat talem seriem οὐ βασκ. ταύτην τὴν δύν. ἣν. id est, *oportet me Herculè non inuidiosè perstringere ac conuellere vires quas Diopithes vrbi adstruere nititur.* Sic Cicero, *vt quam possessionem habet in agro Volaterrano eam.* Idem præpositioni postponi cùm soleat, quandoque præponitur: Aristo. Polit. 2. ἄπειρος γὰρ ἡ τῆς ἐπιθυμίας φύσις: ἧς πρὸς τὴν ἀναπλήρωσιν οἱ πολλοὶ ζῶσι. Idem sibi antecedens interdum postponit: casu eiusdem ad suum casum conformato. Theophrast. ἀπὸ ἀνθῶν καὶ ἐν οἷς ἄλλοις ἐστὶ γλυκύτης, pro ἀπ' ἀνθῶν καὶ ἄλλων ἐν οἷς, *à floribus & aliis in quibus est dulcedo.* Idem eiecto nonnunquam antecedente, eiusdem casum sibi vsurpat. Dionys. Halic. τριάκοντα σταδίους ἀπεῖχεν ἀφ' οὗ τὸ πάθος ἐγένετο τόπου, pro ἀπὸ τοῦ τόπου ἐν ᾧ, *triginta stadiis aberat ab eo loco in quo clades accepta erat.* Aristot. ἐν μεταλλαγῇ λαμβάνων τι ἀνθ' οὗ προΐεται, pro ἀντὶ τούτου ὅ, *per commutationem aliquid accipiens pro eo quod dimittit.* adde

Articulus præpositus præpositioni.

Præponitur aliquando antecedenti.

Vsurpat casum antecedentis eiecto.

τῷ

ἐφ' ᾧτε, pro ἐπὶ τούτῳ ὥστε, *ea conditione vt.* Sic Terent. *Restitue in quem me accepisti locum*, pro, restitue me in locum in quo me accepisti. & Cic. *Recipe te ad nos, ad quod tempus confirmasti*, pro, ad id tempus quod confirm. seu, eo tempore quo te vent. conf. quib. addi potest ex Virg. Æn. 7. *ad muros quã dicitur vrbem Acrisioneis Danae fundasse puellis*; pro, ad muros eius vrbis quam Danae. Hanc brachylogiam volũt esse Atticam. Sed inueniuntur etiã communis Syntaxeως exempla; in quibus scilicet antecedente suo loco posito, relatiui casus respondet sequenti. Dionys. Hal. 454. τὰ ἄλλα ὅσων ἐδ... τῇ στρατιᾷ. Idem, 485. χάριν οἶδα τῆς τιμῆς ἧς με τιμᾶτε. & 497. περὶ τῶν νόμων οὓς ἐσπούδαζον οἱ δήμαρχοι κυρωθῆναι. itidemque apud Aristot. & alios.

Brachylogia Attica.

2 [2] Genus quoque sæpe ad intellectum conformat. Aristot. Rhet. 32, 12. ὅπερ ἦν δευτέρα πίστις, quod, id est, *qua ratio.* Sæpe genus conformat cum sequenti substantiuo.

3 [3] Adhæc articulus postpositiuus periphrasticis etiam formulis inseruit. Plato Minoë, οὐκ ἔστιν οἵτινες ἀπέχονται τῶν συμποσίων ἢ Κρῆτες. ibi enim οὐκ ἔστιν οἵτινες periphrasticè vsurpatum pro οὐδένες *nulli.* vt apud Horat. quoque, *Sunt qui non habeant, est qui non curet habere*; pro, quidam non habent, quidam habere negligunt. Vsurpatur etiam pro demonstratiuis pronominibus, id est, pro οὗτος & ἐκεῖνος. Hesiodus, εἰς ἕτερον γάρ τίς τε ἰδὼν ἔργοιο χατίζων, Πλούσιον ὃς σπεύδει μὲν ἀρόμμεναι ἠδὲ φυτεύειν, *In alterum enim quis intuitus opere carens. Diuitem ille properat quidem arare atque plantare.* Polyb. 5. τὸ μέγιστον, ἐν οἷς μὲν τε πλεῖστόν ἐστι τῆς πράξεως τῶν ὑποτεταγμένων, ἐν οἷς δὲ αὐτοτελὴς ἡ νίκη γίνεται τῶν ἡγεμόνων, *Quod maximum est, in his quidem est plurimum actionis subditorum: in illis verò perfecta victoria ducum.* Et pro interrogatiuo τίς *quis*, pro infinito τὶς *aliquis.* Porrò & qualitatis relatiuũ οἷός τε Atticæ brachylogiæ & ipsum aliquando inseruit, Herodot. οἷός τε ἐὼν λογίζεσθαι, id est, τοιούτῳ ὄντι ὥστε λογίζεσθαι, *tali qui posset perpendere.* Inde plerumq; vsurpatur pro δυνατὸς *potis, possibilis.* Sic οἷόν σε, pro τοιοῦτον οἷος σύ: & οἵων pro ἐκ τοιούτων. & consimilia.

Articulus inseruit periphrasticis formulis.

Sumitur pro οὗτος & ἐκεῖνος.

Articul⁹ pro interrogatiuo τίς, & infinito τις.

οἷός τε Atticæ breuitati inseruit & sumitur pro possibilis.

I # SYNTAXIS PRÆPOSITIONVM.

ἘΝ.

ἐν. EN gaudet Datiuo: ἐν ἤρει τῆς ὥρας, ἐν ἀκμῇ, ἐν ἄνθει, *in ipso ætatis flore, in robore ætatis.* ἐν γαστρὶ ἔχειν, *ferre vterum, pragnantem esse.* ἐν καλῷ, *commodũ, honestum.* ἐν καλλίστῳ, *commodissimum.* ἐν παιδί, *in pueritia.* ἐν παιδοτριβείῳ...

ſchola. ἐν ὀργῇ ἔχειν, *offendiſſe.*

Hvivsmodi verò, *ἐν ᾅδου, in Plutonis.* ἐν διδασκάλου, *in præceptoris*, per defectum dicuntur: ſubauditur enim Datiuus οἴκῳ, τόπῳ, vel alius quiſpiam, quem poſtulat oratio. *ἐν ᾅδου.*

Quandoque etiam capitur vnà cum ſuo caſu, aduerbij loco: ἐν οἷς, *quamobrem.* ἐν δεξιᾷ, ἐν ἀριστερᾷ, quemadmodum Latini dicunt aduerbialiter, ſedere dextrâ, vel ſiniſtrâ, ἐν μέρει, *viciſſim, ſigillatim.* ἐν δέοντι, *opportunè.* ἐν ἀκαρεῖ, *ſubitò, momentò.* ἐν βραχεῖ, *paucis, in ſumma.* ἐν κύκλῳ, *circum circa, vndique, in vniuerſum, nullo prætermiſſo.* ἐν ὀλίγῳ, *ſummatim.* ἐν παραβύστῳ, *latenter.* ἐν παρόδῳ, *obiter.* ἐν τούτῳ, *intereà.* ἐν τῷ παραυτίκα, ἐν τῷ παραχρῆμα, id eſt, ἐν τῷ παρόντι, *impræſentiarum.* ἐν χρῷ, ἐν ζῶσι, *ad cutem, ad viuum, propè.* ἐν ᾧ, *quando.*[2]

[1] Præpoſitionum aliæ cum vno, aliæ cum duobus, aliæ cum omnibus tribus obliquis conſtruuntur: ſignificatione multiplici: quippe quæ aliâs loci aut temporis, aliâs cauſæ, modi, aut alius circumſtantiæ notationem habent. Genitiuo tantum ſeruiunt duę monoſyllabæ ἐκ vel ἐξ & πρό: Duæ diſyllabę ἀντί & ἀπό. Datiuo tantum ſeruiunt duæ, ἐν & σύν. Accuſatiuo tantum duæ εἰς vel ἐς & ἀνά. Cùm duobus obliquis conſtruuntur, genitiuo ſcilicet & accuſatiuo, quinque ὑπέρ, μετά, διά, κατά, περί. Denique tribus ſeruiunt obliquis, genitiuo, datiuo & accuſatiuo itidem quinque ἀμφί, ἐπί, ὑπό, παρά, πρός. Has Varennivs non regiminis ordinem ſed ſyllabarum numerum intuitus, ſingulatim perſequitur. Verum cùm præpoſitiones duas non excedant ſyllabas, enumeratis monoſyllabis, Diſyllabas primum quæ in α, deſinunt quinque ἀνά, κατά, διά, μετά, παρά; Deinde quæ in ι quatuor ἀντί, ἐπί, περί, ἀμφί. Tertio quę in ο duas ἀπό & ὑπό, Denique in ρ vnam ὑπέρ diſponit. Compendioſam vero hanc caſuum methodum poſt Ramum ſequutus eſt Sylburgius. [2] Significat etiam, *cum.* Xenoph. ἐν πέλταις καὶ ἀκοντίοις, *cum peltis & iaculis.* Inter: Theoc.

Præpoſitionum conſtructio.

Numerus præpoſitionum.

Præpoſitionum diſpoſitio.

ἐν pro cum.

ἐν pro inter.

Λυκίδα φίλε φαντί τυ πάντες
ἔμμεν συρικτὰν μέγ' ὑπείροχον ἔν τε νομεῦσιν
ἔν τ' ἀμητήρεσσι. ——

O Lycida amice, aiunt te omnes,
E[illegible] eximium & in paſtoribus

Et

Et in messoribus.

Vbi ἐν significat *inter*, vt Latinè *in oratoribus*, id est, *inter oratores*. Sic ὄνος ἐν μελίτταις *asinus inter apes*. PRO: in æstimatione: vt ἐν μηδενὶ τίθεσθαι *pro nihilo habere*. Interdum in versione Latina non exprimitur, imo prorsus abundat, Interdum redditur participio aut nomine vt ἐν ὀργῇ εἶναι *inuisum esse*, ἐν καλῷ εἶναι, *honestum esse*. Ponitur etiam pro εἰς Xenoph. ἔλθοι ἐν τῇ Ελλάδι *veniret in Græciam*. Cum articulo est pro Nomine, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, *cœlestis*, *vel qui est in cœlis*. In compositione variè exprimitur, vt ἐγχειρῶ non tantum *manus iniycio*, sed & *aggredior*. Poëticè ἐνὶ & interdum εἰν pro ἐν prout tulerit metrum. Doricè accusatiuo seruire scribit Eustathius.

Pro, PRO.
ἐν abundans.
ἐν redditũ participio aut nomine.
ἐν cum articulo pro nomine.
ἐν in cõpositione.
ἐνὶ & εἰν pro ἐν.
ἐν Doricè cum accusatiuo.

ΕΙΣ.

εἰς.

ΕΙΣ Communiter, ἐς Atticè, semper Accusatiuo construitur: ποιεῖσθαι εἰς ἑαυτὸν, *periculum sui facere*. εἰς τὸ ἔσχατον, *ad summum discrimen*. εἰς τετάρτην, *die quarto*. εἰς πέμπτην, *die quinto*. εἰς τοὔμπαλιν, *in contrarium*. εἰς τὸ οἰκεῖον μέρος, *pro virili*. εἰς νέωτα, *in futurum, in sequentem annum*: & deinceps aduerbialiter εἰς κόρακας, *ad coruos*.

εἰς exponitur ablatiuo.
εἰς in.

CÆTERVM εἰς ᾅδου, εἰς διδασκάλου, defectiuè dicuntur, quemadmodum de ἐν præpositione dictum est. Quomodò & Terent. in Adelph.

Vbi ad Dianæ perueneris.

εἰς & πρὸς differunt.

In rebus quidem inanimatis maximè vtendum est εἰς. In rebus verò animatis πρὸς: πορεύομαι εἰς ἀγορὰν, *eo in forum*. πέμπω χρυσίον πρός σε, *mitto aurum ad te*.

εἰς ad.

Etiam εἰς vtimur in laudem & relationem: ἀνήνεγκε εἰς ἄρχοντα, *retulit ad prætorem*. ὕμνους εἰς Απόλλωνα, *hymnos in laudem Apollinis*. πρὸς verò, vbi significabimus aduersari, πολεμεῖ πρὸς ὁμόρους, *belligeratur aduersus finitimos*. In qua significatione inuenitur quandoque & εἰς: ἠγνωμόνησαν εἰς ἡμᾶς *ingrati fuerunt in nos*.

εἰς aduersus.

εἰς vsque.
εἰς apud.

Quandoque significat vsque, εἰς ἐμὲ, *vsque ad ætatem meam*. Quandoque, *apud*, εἰς τοὺς Μακεδό-

apud Macedones. Quandoque *circiter*, εἰς ἄνδρας διακοσίους, *circiter ducentos viros.* Circiter. Quandoque ob, εἰς δυσγένειαν λοιδορεῖν, *ob ignobilitatem conuitiari.* Ob.

Ponitur præterea pro ἐν: εἰς τὸ παρὸν, pro ἐν τῷ παρόντι: quod dicitur tam de tempore quo loquimur, quàm de alio instanti, pro eo quod est, in præsens. Chrys. εἰς στήλην χαλκῆν γράψαντες, pro ἐν στήλῃ χαλκῇ. Marci 2. καὶ ἠκούσθη ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι, *& auditum est, quòd in domo esset.* Nota εἰς pro ἐν.

Capitur etiam vnà cum suo casu quandoque aduerbialiter,[1] εἰς τὰ μάλιστα, εἰς τὰ πρῶτα, εἰς τὰ ἔσχατα, εἰς τὸ ἀκριβέστατον, εἰς ὑπερβολὴν, ἐν τοῖς μάλιστα, *summè, maximè.* εἰς δύναμιν, *quàm potuit maximè.* εἰς δέον, *opportunè.* εἰς καλὸν, *commodè.* εἰς ἓν, *simul:* sicut Latini dicunt, conuenire in vnum. εἰς ἅπαξ, εἰς τὸ ἅπαξ, *simpliciter, omnino.* εἰς ὅτε, *quamdiu.*

εἰς cum suo casu aduerbij loco.

[1] QVOD Sueton. itidem, *in vacuum* dixit: & Propert. *in vanum.* Articulum à fronte habens subaudit à tergo participium, vt τὸ εἰς ἐμὲ, scilicet καθῆκον, *quod ad me attinet.* In compositione vero exprimitur interdum præpositione planè diuersa, vt εἰσακούω *exaudio.*

Nota

ἘΚ.

ἘΚ præpositio eadem quæ & ἐξ: sed illa vtimur consonante sequente. hac, vocali: & vtraque Genitiuo iungitur. *ἐκ seu ἐξ.* ἐξ ἁμάξης λαλεῖν, *è plaustro loqui.* ἐξ ἀπραξίας πράγματα, *ex otio negotium.* ἐκ τῶν Διὸς δέλτων, *è Iouis tabulis.* ἐκ λύκου στόματος, *ex ore lupi.* ἐκ παραλόγου, *ex insperato.* ἐκ παραλλήλου, *per alternitatem:* vel, vt Gellius ait, *ex geminatione.* ἐκ παρέργου, *extra propositum.* ἐκ παρωπῆς ὁρᾶν, *obliquis oculis videre.* ἐκ ῥίζης, *à radice, ab initio.* ἐξ ὑποβολῆς, *ex ordine, ex congrua consequentia.* ἐκ νέας, ἐκ νέου, ἐκ παίδων, ἐκ παιδὸς, ἐκ νηπίου, ἐκ μειρακίου, hoc est, *à puero, ab incunabulis, ab ineunte ætate.* ἐξ οὐρίου φέρεσθαι, *ferri secundis ventis.* ἐκ πλαγίου, *de latere.* ἐκ τοῦ παρατυχόντος, ἐκ τοῦ παραχρῆμα, *ex tempore.* ἐκ παντὸς, subauditur τρόπου, *omni pacto:* quod etiam sic dicitur, παντὸς τρόπου,

subau

subaudita præpositione ἐκ : vel sic, κατὰ πάντα τρόπον, vel πάντα τρόπον. ἐκ προσαγωγῆς fieri dicitur, quod cum accessione fit, sensim crescente. Hinc ἔλαττον ἐκ προσαγωγῆς, *minus ac minus* : quod etiam dicitur, κατὰ μικρὸν ἧττον, vel sic, ἐπ' ἔλαττον. ἐφ' ἑξῆς, *quemadmodum*. ἐπιπλεῖον ἐφεξῆς, & κατὰ μικρὸν ἐπιπλεῖον, significat *magis ac magis*.

ἐκ cum suo casu loco aduerbij.

Capitur etiam hæc præpositio vnà cum suo casu aduerbij loco, ἐκ προνοίας, ἐκ προαιρέσεως, *consultò*. ἐκ παλαιοῦ, *olim*. ἐκ πολλοῦ ἤδη, *iam pridem*, ἐκ τοῦ, *propterea quòd*. ἐξ ὧν, *propterea quòd, eò quòd*. Quod soluitur quandoque per tmesim : ἐκ μὲν ὧν, pro ἐξ ὧν μέν. ἐκ γὰρ ὧν, pro ἐξ ὧν γάρ. ἐξ οὗ, ἐξ ὅτου, ἐξ ὅσου, *posquam*. In quibus subauditur, χρόνου, *sicut*. ἐκ τούτου, *ex hoc tempore*.

Sic Herodot. ὃ δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ, *Quod diuinitus accidere oportet*. Imo & quandoque sibi assumit Aduerbium ... ἐκ ... seu coniunctè ἐκπότε, *ex eo tempore*. Articulum à fronte habens nominis vicem gerit : vt οἱ ἐκ τῆς στοᾶς, *Stoici*. οἱ ἐκ τοῦ κήπου, *Hortenses, Epicurei*. Cum verbis composita ... pro loco redditur, vt ἐκμανείς, *furore incensus*.

ἐκ cũ aduerbio.
ἐκ cũ articulis vicem nominis gerit.
ἐκ cum verbis composita.

ΠΡΟ.

πρὸ.
πρὸ ante, pro.

Πρὸ cum Genitiuo, *ante*, siue *pro* : significat enim locum & tempus. Aristoph. Vesp. πρὸ θυρῶν, *pro foribus*. πρὸ ἔργου θρασύς, *ante negotium audax*. πρὸ νίκης ἐγκώμιον, *ante victoriam encomium*. πρὸ μυστηρίων, *ante mysteria*. πρὸ τῆς γενειάδος διδάσκεις τοὺς γέροντας, *ante barbam doces senes*. πρὸ δούλου δεσπότης, *dominus præ seruo*. πρὸ ἔργου, siue προὔργου, *quod operæpretium est, præuertendumque, & conducibile* : pro quo etiam capitur πρὸ ὁδοῦ, quod significat etiam *promptum* & *obuium*. πρὸ ὀλίγου, *paulo antè*.

πρὸ, præ.
πρὸ præposito articulo subaudito participio gerit vicem nominis.

ΠΡΟ, id est *præ*, πρὸ τῶν ἰδίων, *præ suis & propriis*. Herod. πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται, *Bellum paci præoptat*. Articulum à fronte assumens, subaudito à tergo participio nominis vicem gerit : οἱ πρὸ ἡμῶν, scilicet γενόμενοι, *maiores nostri*. Sequente ο vel ε nonnunquam per crasin Atticè cum suo ... conflatur, vt προὐλίγου pro πρὸ ὀλίγου, *paulo ante*. Item ...

augmentis verborum vt fusè supra est explicatum, 311, 312. & 313. Seruat autem in compositione significationes supradictas, vt plurimum : in nonnullis tamen variatur Præpositio Latina, vt προάστιον, *suburbium.*

ΠΡΌΣ.

ΠΡῸΣ cum Genitiuo significat aut motum à persona, πρὸς Θεοῦ τ' ἀγαθά, *à Deo bona.*[1] *πρὸς cum genitiuo.*

Aut originem, πρὸς μητρὸς γένος, *genus à matre.* 1
Aut quantum pertinet, πρὸς τῶν θεῶν καὶ ἀνθρώπων, *quantum pertinet ad deos, aut ad homines.* Quomodo Plaut. *πρὸς pro vel ex officio.*

A morbo bene valui, ab animo æger fui.

pro, quantum ad morbum, quantum ad animum. Aut officium, πρὸς ἡμῶν ἐστιν, *officij nostri est.* οὐ πρὸς ἰατροῦ τοῦτο ποιεῖν, *non est medici hoc agere.* Aut coram, πρός γε θεῶν μακάρων, *coram diis beatis.* Aut refertur ad iuramentum, & ad obsecrationem, πρὸς θεῶν, *per deos.* ἥκει πρὸς θεοῦ, *venit per Deum.* *πρὸς coram.* *πρὸς per.*

Habet etiam cum Genitiuo peculiares quasdam constructiones, quales sunt hæ, πρὸς τρόπου ἐστί μοι, *est mihi conueniens, est mihi consentaneum.* πρός τινος εἶναι, *alicui studere, fauere, & eum tueri*, sicut apud Ciceronem, à reo dicere, à causa bonorum stare. πρὸς κακοῦ ὄν, *incommodum.* πρὸς κακοῦ γίνεται, *nocet.* πρὸς ἀγαθοῦ, id est, ἀπ' ἀγαθοῦ.[2] *πρὸς cum Genitiuo peculiares constructiones.*

Cvm Datiuo significat *prope*, πρὸς τοῖς ποσίν, *prope pedes.* Aut *præterea*, πρὸς τούτοις, *ad hæc, præterea.* Aut *apud*, πρὸς τοῖς θεσμοθέταις, *apud iudices.* Aut assiduitatem, πρὸς τούτῳ εἰμί, *sum deditus, siue occupatus in ea re.* πρὸς λόγῳ ἐστίν, *meditatur & occupatur in oratione.* πρὸς αὑτῷ εἶναι, *secum meditari.*[3] *πρὸς cũ Datiuo. Prope. Præterea. Apud.*

Cvm Accusatiuo significat motum ad rem quampiam, maximè animatam, vt dictum est, πρός σε ἔρχομαι, *ad te venio.* Aut habitudinem siue rationem, ὡς τὰ δύο πρὸς τέσσαρα, οὕτω καὶ τὰ τέσσαρα πρὸς ὀκτώ, *sicut duo ad quatuor, sic & quatuor ad octo.* *πρὸς cum Accusatiuo. Motum ad rem. Habitudinem.*

Ad. *πρὸς.* *Contra.*

Aut exemplum, οὐδὲν πρὸς τὴν χορδήν, *nihil ad fides.* πρὸς ἔπος, πρὸς λόγον, *ad rem quæ agitur, ad rem pertinens.* ὄνος πρὸς αὐλὸν, *asinus ad tibiam.* Aut contrà: μὴ πρὸς λέοντα δόρκας, *ne caprea contra leonem.* πρὸς Κώρυκον, *aduersus Corycum.* πρὸς κέντρα λακτίζειν, *contra stimulos iactare calcem.*

Inter.

Aut inter, πρὸς ἡμᾶς φιλία, *amicitia quæ inter nos est.*

Conuenit permutationibus.

Aut conuenit permutationibus & compensationibus. πρὸς ἀργύριον πωλεῖσθαι, *vendi pecunia.* βίον πρὸς κέρδη καταλλάττεσθαι, *vitam vendere lucris.*

Propter.

Aut propter, πρὸς ὃν λέγω, *propter quem dico.* πρὸς χάριν, id est, τῆς χάριτος ἕνεκεν, *propter gratiam.*

Seruit comparationi.

Aut seruit comparationi, πρὸς ῥόδα ἀνεμώνη, *cum rosa componitur anemone.* οὐδὲν πρὸς Παρμένοντος ὗν, *nihil se conferatur Parmenonis sui:* quod Latini dicunt, *præ illo.*

Præ. *Apud.*

4 Aut apud, πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, *apud iudices.*[4]

Prout.

Singularia sunt illa, πρὸς αὐτὸν αὐτὸς, *sibi conuenienter.* πρὸς τὸ δοκοῦν, *prout visum fuerit.* πρὸς τὸ προσῆκον, *prout vnicuique conueniens est.* πρὸς ἔχθραν, *inimico animo.* πρὸς ὀργὴν, *iracundè.* πρὸς ἑαυτὸν, *secum, ipse sibi.*

Pro.

πρὸς τὸ παρὸν, *in præsenti.* πρὸς δύναμιν, *pro viribus.*

Loco aduerbij præterea, amplius.

πρὸς, πρὸς δὲ, πρὸς ἔτι capiuntur loco aduerbiorum, præterea, amplius. εἴκοσι καὶ πρὸς, *viginti & amplius.* δώδεκα καὶ πρὸς ἔτι, *duodecim & amplius.*

1. 2 πρὸς contra. Et ex.

[1] ἜΠΕΣΕ φλὸξ πρὸς οὐρανοῦ, *Cecidit flamma de cœlo.* [2] Exponitur etiam contra: Dionys. Halic. 457, 46. πρὸς ἐχθροῦ [illegible] φέρων τὴν ψῆφον, *contra inimicum ferens suffragium.* Et Plato, τὸν ἔρωτα τῶν καλῶν πρὸς τρόπου ἐκλέγεται ἕκαστος, *amorem pulchrorum ex moribus deligit vnusquisque.*

3 Aduersus.

[3] Aduersus, Sophocl. Aiace, πρὸς ἀτρείδαισιν ᾔχμασας χέρα, *aduersus Atridas armasti manum.*

4 Cum.

[4] Cum: Dionys. Halicar. σπονδὰς ποιεῖται πρὸς αὐτοὺς ὑπὲρ φιλίας, *fœdus cum eis facit.* Lysias. πρὸς οἰκείους διαφέρειν, *cum domesticis disceptare.*

Aduerbio exprimitur.

Aduerbio quoque exprimitur, vt πρὸς ἀνάγκην, *coactè*, πρὸς ἀλήθειαν, *gra[illegible]* πρὸς φιλίαν, *amicè*, πρὸς ἀκρίβειαν, *exactè*, πρὸς ὑπερβολὴν, *[illegible]mis*, πρὸς ὀλίγον, *paululum.* Articulum a fronte gerens audit à tergo participium: vt οἱ πρὸς γυναικῶν, *qui ex parte vxorum nobis sunt affines.* οἱ πρὸς ταῖς κύλιξι, *qui sunt à poculis*, vt Horatius, puer qui ad cyathum statuetur. [illegible] πρὸς ποσὶ, *quæ ante pedes sunt.* τὸ πρὸς [illegible]

contigua. In compositione significat *ad insuper* & similia. *πρὸς in compositione.*

ΣΥ΄Ν.

ΣΥ΄Ν semper cum Datiuo: σὺν Θεῷ, *cum Deo*. σὺν λόγῳ, *cum ratione*. σὺν Θεῷ εἰρῆσθαι, *dictum esse Deo bene volente & fauente*. σὺν Θεοῖς, *deorum pace, diis exoratis*. σὺν ἀσπίδι, σὺν δορὶ, *cum hasta, cum scuto*. ἅμα σὺν ναοῖς καὶ βωμοῖς, *vnà cum phanis & aris*.[1] *σὺν.*

Litera initialis huius præpositionis Atticis vertitur in ξ, tam in compositione, quàm in appositione. ξὺν, enim pro σὺν habent: Iliad. υ. καὶ ἦλθεν Ἀργυρότοξος Ἀρτέμιδι ξύν. *Et venit Apollo cum Diana*, & ξύνοικος, pro σύνοικος, *cohabitabor*. *ξὺν pro σὺν.*

[1] MENANDER, οὐδ' αὐτὸς εἰμὶ σὺν θεοῖς ὑπόξυλος, *ligneus, vt deorum statua*. Aduerbio quoque redditur interdum, vt σὺν νόμῳ *legittimè*. σὺν χρόνῳ *tandem*. subauditur etiam in quibusdam σὺν vel ἅμα. In compositione vt plurimum. Latina præpositione CON redditur, nonnunquam tamen etiam variatur: vt συντελῶ, *consummo* vel *ad finem perduco*. Cum numerali nomine compositum, est pro nomine distributiuo, vt σύνδυο *bini*, σύντρεις *terni*, συνεκκαίδεκα *seni deni*. *1 σὺν redditũ aduerbio. σὺν in compositione. σὺν cũ nomine numerali.*

ΑΝΑ΄.

ΑΝΑ΄ semper cum Accusatiuo, ἀνὰ μέλαν αἷμα, *per atrum sanguinem*. *ἀνὰ per.*

Significat etiam distributionem: ἀνὰ πᾶν ἔτος, *quotannis*. ἀνὰ μέρος, *partim*. Lucæ 9. ἀνὰ δύο χιτῶνας, *singuli duas tunicas*.

Poëticè tamen cum Datiuo ponitur, pro σὺν, vt, χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, *cum aureo sceptro*.

SIGNIFICAT & contra ἀνὰ τὸν ποταμὸν πλεῖν, *contra flumen nauigare*. Per, quoquo versum. Plutarch. ἀνὰ τὴν πόλιν προῆγον, *per vrbem præcedebant*. In Xenoph. ἀνὰ στόμα ἔχειν, *in ore habere*: In compositione duabus potissimum præpositionibus exprimitur, *sub*, id est, Sursum, & RE, vt ἀναβλέπω *suspicio*, ἀνακτῶμαι *recupero*. *Contra. Per. In.*

ΚΑΤΑ΄.

ΚΑΤΑ΄ cum Genitiuo significat *contra, aduersus*. μὴ κατὰ βοὸς εὔχου, *ne contra bouem opta*. οὐ κατὰ θύρας, *haud contra ostium*, id est, *non proprie ad rem*. κατ' Αἰσχίνου λόγος, *in Aeschinem oratio*. Aut super, κατὰ παντὸς ἀσει- *κατὰ cum genitiuo. Contra. Aduersus. Super.*

ρεις, *super saxa seminas.* κατὰ γῆς κάθημαι, *super terram*
De, ab. *sedeo.* Aut de, ab. κατὰ νώτε, *à tergo.* κατὰ παντὸς εἰπεῖν, *de omnibus*, hoc est, in vniuersum *dicere.* Poëticè verò pro ab, κατ' Ὀλύμποιο καρήνων, *ab Olympi verticibus.*

κατά. Cvm Accusatiuo significat *secundum.* κατὰ μοῖραν, *secundum fatum*, hoc est, ritè, vt decuit. κατὰ Νικόστρατον, *secundum Nicostratum*, siue more Nicostrati. κατὰ λόγον, *secundum rationem*, hoc est, probabiliter, & meritò. κατ' αὐτὲ μέρος, *secundum suam partem*, hoc est, quantum in se fuit. κατὰ νοῦν προχωρεῖ, *secundum mentem procedit.*

Secundum hanc significationem dicitur breuitatis causa: κατὰ τὴν ἐμὴν, pro, *mea quidem sententia.* καθ' ὅ, *secundum quod, cuius causa, ob quod.* Aut signi-
Circa. ficat *circa*, aut in aliquo. καθ' ἓν, *in vno, in aliquo.* οὐδὲ καθ' ἓν, *in nullo.* κατὰ ναῦν, *circa nauem*: κατὰ ῥοῦν, *in fluxu*, hoc est, secundo æstu, κατὰ πρόσωπον, *in faciem, coram, in conspectu omnium.* κατὰ στόμα, *in initio*, metaphoricè. κατὰ τὰ αὐτὰ, *eodem modo*, κατ' αὐτό, *eodem tempore.*

καθ' ἑαυτόν. Inde & καθ' ἑαυτὸν, dicitur, *secum ipse solus.* κατ' τὸ ἐμὲ, pro eo quod Latini dicunt, è viribus meis, pro meis facultatibus.

Aut significat tempus, καθ' ἡμᾶς γέγονεν, *nostris temporibus factum est.*

Nota. Aut quod Latinis significant aduerbia in im, καθ' ἔτος, *annuatim*, siue *quotannis.* κατ' ἄμφω, *vtrinque.* κατ' ἄνδρα, *viritim.* κατ' ὀλίγον, *paulatim.* Sic Luc. 8. κατὰ πόλιν καὶ κώμην, *oppidatim, castellatim.* hoc est, per singulas ciuitates & castella. κατὰ μέρος, *vicissim, sigillatim.* καθ' ἕνα, *singuli.*

Dicitur etiam cum Accusatiuo. κατὰ θεὸν, pro, *diuinitùs, instinctu diuino, Deo volente & fauente.* κατὰ τύχην, & κατὰ δαίμονα, pro, *fortè fortuna.*

κατὰ *subauditum.* Omittitvr quoque non raro vt Aristo. εἰσὶ τὸν ἀριθμὸν, *Sunt autem numero quinque.* Aristoph. καινὸν τρόπον, *insanit nouo more*: sic in aliis multis. Ex-

præpositione dicit Aristo. de Gener. anim. ὀ γίνεται κατ' οὐδένα τρόπον, *non fit vllo modo.* Dionys. Halic. γυναῖκα ἐπιφανῆ κατὰ γένος, *mulierem illustrem genere:* Item κατ' ὄνομα Νουμᾶν, *Nomine Numam.* Articulum etiam à fronte recipit, subaudito post se participio, vt οἱ καθ' ἡμῶν, *qui contra nos sunt:* τὰ καθ' ἡμᾶς, *qui pro nostra conditione sunt.* Item τὰ καθόλου *vniuersalia,* τὰ κατὰ μέρος *particularia,* τὰ καθέκαστα *singularia.* Vbi etiam nota præpositionem cum suo casu nonnunquam coniungi, sicut in illis καθὸ, καθότι, καθὰ, καθάπερ. Item cum aduerbio καθὼς καθάπαξ. In compositione redditur tum supradictis præpositionibus, tum aliis: vt κατακόπτω *concido:* & κατηγορῶ *accuso,* cum propriè sonet *dico contra* seu *aduersus.* Sæpe significat *De,* id est *Deorsum,* vt ἀνὰ sursum.

Expressum.

Cum articulo à fronte.

Præpositio cum suo casu iuncta.

κατὰ cũ aduerbio.

κατὰ in compositione.

ΔΙΑ'.

ΔΙΑ' cum Genitiuo significat, *per:* διὰ παλαιᾶς ἡμέρας, *per antiquum diem.* διὰ πυρὸς καὶ μαχαιρῶν, *per ignem & enses.* ὗς διὰ ῥόδων, *sus per rosas.* διὰ τοίχου λαλεῖν, *per parietem loqui.* *διά.*

Dicunt etiam λέγειν διὰ πλειόνων, διὰ βραχιόνων, διὰ βραχέων, pro, *multis, & paucis dicere.* Et διὰ μακροῦ, διὰ πολλοῦ, διὰ χρόνου, pro, *longo interuallo, diu, multò post.* Et, διὰ τιμῆς ἄγειν, *in honore habere.* διὰ αἰδοῦς ἄγειν, *venerari, veneratione dignari.* διὰ μνήμης ἄγειν, *memoriam alicuius scriptis mandare & monumentis.* Et, διὰ τρίτης, *tertio die.* διὰ τρίτης ἡμέρας, *tertio quoque die.* διὰ βίου, *per totam vitam.* διὰ τέλους, *continuè, assiduè.* διὰ μιᾶς γνώμης γενόμενοι, *vno animo consentientes.* διὰ δοράτων μάχεσθαι, *eminus pugnare.*[1]

Pro.

In.

Per.

1

CVM Accusatiuo significat propter: διά σε ταῦτα ποιῶ, *propter te hæc facio.* Dicunt etiam διὰ ἐμέγε, *quantum in me est.* Homerus tamen etiam cum Accusatiuo profert interdum διὰ, significans per medium: διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα, *per arma & atrum sanguinem.*[2] *Propter.*

2

[1] SIGNIFICAT & ex, in significatione materiæ. Plutarch. δι' ἀλφίτου πεποιημένος, *è farina confectus.* [2] Item per: Arat. διὰ νύκτα μέλαιναν, *per noctem opacam:* vel vt verrit Virgil. Noctisq; *per vmbram.* Demosth. διὰ θεοὺς σώζομαι, *per Deos seruatus sum,* seu *à diis.* Componitur interdum cum suo

1 *Ex.*

2 *Per*

διὰ cũ suo casu composita.

casu: vt διαταχέων, *celeriter*, διάτι *cur*, διὸ & διόπερ *quapropter*, διότι *propterea quod*. Articulum à fronte gerens subaudit à tergo participium, vt τὰ διὰ μέσου, scilicet ὄντα, *intermedia*. τὰ διὰ κρόκου, *è croco confecta*. In compositione variè redditur, *per*, *trans*, *dis*, *se*, aliisque similibus particulis.

Διὰ cum articulo.

Διὰ in compositione.

META.

μετὰ. *Cum.*

META cum Genitiuo significat, *cum*: ἡδὺς μετὰ φίλων ὁ βίος, *suauis cum amicis vita*. Illud autem, μετὰ τριτάτοισιν ἄνασσε, *cum tertiis imperauit*, poëticum est.

Post.

Cvm Accusatiuo significat post: μετὰ τὴν ἑορτὴν, *post festum*. μετὰ πόλεμον ἡ συμμαχία, *post bellũ auxilium*

In vel inter.

Vsurpatur etiam quandoque pro ἐν, vel διά: μετὰ χεῖρας εἶχεν, *in manibus habuit*.

μετὰ cum Datiuo poëticè.

Dativo iungitur etiam poëticè. Theocrit. Id. ... μετὰ ταῖσι χορεύεις, *quod non cum eis saltas*. Homer. μετὰ πρώτοισι, *inter primos*. μετὰ πᾶσι, *inter omnes*. sicut Hesych. quoque exponit. Articulum quoque à fronte capit, subaudito à tergo participio: vt οἱ μεθ' ἡμῶν, *qui nobiscum sunt*, τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ, *quæ post physica tractantur*. Coniungitur interdum cum suo casu, vt μετὰ δὲ, *postquam*. In compositione significat itidem *cum*, *post*, *inter*, item *trans* in significatione mutationis. Absolutè quoque ponitur, pro, *post*.

μετὰ cũ suo casu.

μετὰ in compositione.

ΠΑΡΑ.

παρὰ. *à, ab.*

ΠΑΡΑ cum Genitiuo significat motum à persona. παρὰ θεοῦ τ' ἀγαθά. *à Deo bona*. παρ' ἐμοῦ διδόναι, *de mea, siue, de mea pecunia dare*. [1] Siquidem ἀπὸ & ἐκ motui qui est à loco, maximè sunt peculiares: παρὰ verò & πρὸς, motui à persona.

1 *ἀπὸ & ἐξ motui à loco: παρὰ & πρὸς motui à persona peculiares.*

Apud, prope.

Cvm Datiuo, *apud*, *prope*. παρ' ἐντέροις ὁ κύων, *inter intestina canis*. παρά σοι, *in te est situm*, *penes te*. παρ' ἐμοὶ, *apud me*. [2]

2 *παρὰ cum Datiuo rei animatæ.*

Et construitur plerumque Datiuo, significans rem animatam. Vbi verò fit sermo de re inanimata, iungitur Accusatiuo in eodem sensu. παρὰ θάλασσαν καθεδοῦμαι, *iuxta mare sedebo*.

παρὰ. *Ad.* *Propter.*

Cvm Accusatiuo etiam significat *ad*. παρὰ σὲ ἔρχομαι, *ad te venio*. Aut *propter*, παρὰ ... *propterea, quamobrem* ... παρὰ τὸ ἀδικεῖν ἡ τιμωρία, *propter*

iniuriam supplicium. Aut *præter,* παρὰ τὸ μέλος, *præter, seu extra cantionem,* hoc est, ineptè. παρὰ γνώμην συμβαίνει, *præter opinionem accidit.* παρ' ἕνα, *præter vnum,* hoc est vno minus: vt παρ' ἕνα τοσοῦτοι, *vno dempto totidem.* Aut relationem, τὴν πορφύραν παρὰ πορφύραν, *purpuram iuxta purpuram.* παρ' ἄλλους ἄτιμός ἐστιν, *præ cæteris vilis est.* Aut *supra,* siue *vltra,* ὡραῖος παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, *speciosus supra filios hominum.* Hoc modo Hieronymus secundo aduersus Iouinianum libro, vertit illud ad Rom. 14. ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, *alius indicat diem plusquam diem,* hoc est, *vnum supra alium.* Aut significat intercessionem. Sic Diuus Augustinus in quæstionibus Epistolæ ad Romanos, interpretatur dictum locum ad Rom. 14. ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, *alius quidem indicat alternos dies.* Sic ἔτος παρ' ἔτος, *alternis annis.* μῆνα παρὰ μῆνα, *alternis mensibus.*

Præter.
Relationem.
Supra, vltra.
Intercessionem.

POTEST etiam dici hoc modo: παρ' ἡμέραν, παρ' ἔτος, παρὰ μῆνα, *alternis diebus, alternis annis, alternis mensibus.* παρὰ μέρος, *vicissim, alternis vicibus.* Cui potest etiam addi nomen numerale: παρὰ μίαν ἡμέραν, *alternis diebus.* παρ' ἡμέρας πέντε, *quinto quoque die.* παρ' ἡμέρας ἑπτὰ, *septimo quoque die,* & sic de aliis. παρά.

Potest insuper dici: παρὰ τρίτην ἡμέραν, *tertio quoque die,* hoc est, dierum singulorum interuallo. παρὰ τετάρτην ἡμέραν, *quarto quoque die,* & ita vlterius. *Nota.*

Neque de tempore tantùm vtuntur hoc modo loquendi, sed etiam aliis de rebus interiectis: παρὰ πληγὴν, siue πληγὴν παρὰ πληγὴν ἑκατέρῳ ἐντρίψω, *alternas plagas incutiam,* hoc est, vtrinque vicissim cædam. παρ' ἕνα, vel ἕνα παρ' ἕνα χορεύονται, *alternatim choreas ducunt.*

Inde dicuntur παρενιαυτοφόρα, *quæ alternis annis fructus ferunt.*

Quandoque importat tempus idem: παρὰ τὸ δεῖπνον, *tempore cœnæ.* παρὰ τὸν πλοῦν, *inter nauigandum.* παρά.

παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα, *protinus admissis delictis*: quod Iurisperiti dicunt, adhuc flagrantibus delictis. παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν, *in re præsenti, in præsens, in præsentiarum*. παρὰ τοὺς καιροὺς ἑκάστους, *unoquoque tempore*. παρὰ πάντα χρόνον, *omni tempore*. παρ' ὅλον τὸν βίον, *per totam vitam, à toto tempore vitæ*. Hinc fit, παραυτίκα, & παραυτὰ, & παραυτόθεν, *iam inde, ex illa hora*.

παρὰ. Contra. Quandoque significat *contra*: οὐδὲν παρὰ τὸν Θεοῦ δίκαιος πράττει, *nihil contra legem Dei agit iustus*. Aut post, παρὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος, *post mala prudentior*.

παρὰ Aduerbialiter. Dicitur etiam aduerbialiter, παρ' οὐδὲν παρὰ μικρὸν, *fermè, pro nihilo*. παρ' ὅσον, vel παρ' ὅσα, *quatenus, quoniam*. Pro quo etiam quandoque capitur παρ' ...

Nota. Item, παρὰ πολὺ, nunc capitur pro *multo, seu plurimo*: nunc pro *modico*: sic vt παρὰ πολὺ, dicatur, quasi ἐκτὸς πολλοῦ, vt παρὰ πολὺ τῆς ἐλπίδος ἐποίησα, *minus quàm spes erat, feci*.

Nota. Sic παρὰ τοσοῦτον, modò capitur pro tantum, siue tam multùm: modò pro

3 tantulum, siue tam parum.[3]

1 [1] Prae vel supra exprimitur illud Eurip. Phœniss. ἔχει τιν' ὄγκον Ἄργος Ἑλλήνων πάρα, *habet Argos aliquid eminentiæ præ ceteris*.

παρὰ præ vel supra. De. De: Isæus, παρ' ἐμαυτοῦ ἀναλώσας, *sumptibus de meo factis*.

Ex. Et ex: Xenoph. λέγειν ταῦτα παρ' ἐμοῦ, *hæc illi ex me dicere*. id est, meis verbis.

A. affertur etiam à Luciano παρ' ἐμοῦ ἐκτίσαι, *à me soluere*. Ea significatione, qua dixit Cicero, *laborat, vt tibi quod debet ab Egnatio soluat*.

2 In. [2] In: Sic enim affertur ex Plutarchi Othone; παρὰ τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις θνήσκειν, *in ciuilibus bellis mori*.

3 παρὰ est prope. [3] Exprimitur etiam *prope, iuxta*, Theoc. Id. 9. παρ' ὕδωρ ῥέον αἰθριοκοιτεῖν, *ad aquam fluentem sub dio cubare*. Quod dicit Tibull. *ad riuos prætereuntis aquæ*.

Inter, in. Inter, in, Dionys. Halicar. παρὰ τοὺς κινδύνους, *inter pericula, seu in periculis*. ἡ παρὰ τὰ δεινὰ εὐτολμία, *audentia in periculis*.

παρὰ cum aduerbio cognatæ significationis. Aduerbium etiam cognatæ significationis atiungit Dionys. Halic. παρὰ σχεδὸν ἐλθόντες ... παθεῖν, *parum abfuit quin patiantur iniuriam*.

παρὰ præced. articul. Articulum a fronte capit subaudito à tergo participio. Sic Isocrat. αἱ παρὰ ἐκείνων ... τὰ παρὰ νόμους, *quæ sunt præter leges*. Xenoph. ἡ παρὰ τούτων εὔνοια, *horum beneuolentia*.

παρὰ iuncta suo casui. Coniungitur etiam ... dum cum suo casu: vt παρὸ pro παρὰ ὁ, *quapropter*. παράπαν, *omnino*. παρεκτὸς, & παρὲξ, *præter, extra*. In cōpo...

Cum aduerbio & præposition.

quoque mirè variat: non enim tantum acceſſum ſignificat, ſed etiam exceſſum & tranſgreſſionem: interdum præteritionem, & in hac ipſa ſignificatione ſpecialiter interdum valet, *tranſuerſim, obiter, perperam*, & ſimilia. Porrò apud poëtas metri cauſſa interdum ad finale α aſſumit ι: vt παραὶ ποσὶ κάππεσε, *decidit ad pedes*, Et in compoſitione παραιβασίη, *tranſgreſſio*. Interdum hoc ipſum α planè amittit, πὰρ Διός, *à Ioue*: Et in compoſitione ἄλλῃ παρκλίνῃσι δίκας, *ius alio detorqueat*. Ab eiſdem etiam poſt ponitur ſuo caſui, vt σέθεν πάρα, *abs te*.

παρὰ in compoſitione.
παραὶ pro παρά.
πὰρ pro παρά.
παρὰ poſtpoſita ſuo caſui Poëticè.

ANTÌ.

ANTÌ ſemper conſtruitur Genitiuis, & ſignificat pro, ſeu contra. ἀντὶ σοῦ, *contra, ſeu pro te*. ἀντὶ σώματος σκιὰ, *pro corpore vmbra*. ἀντὶ λέοντος μῦν, *pro leone murem*. ἀντὶ κυνὸς σῦν, *pro cane ſuem*. ἀνθ' Ἑρμιόνος, *Hermionis vice*. Dicunt etiam ἀνθ' ἡμέρας, *per totum diem*.

ἀντὶ.
Pro vel contra.
Prouerbium.
Per.

Aduerbialiter etiam dicunt, ἀνθ' ὧν, *quamobrem, quare*. Significat etiam, *eò quòd*, proptereà quòd. Lucian. ἀπόδος ἀνθ' ὧν σε διεπορθμεύσαμεν, *redde pro eo quòd te tranſuexi*. ἀνθ' ὅτου, idem eſt quod ἀνθ' ὧν, licet habeat vocem ſingularem. οὐκ οἶδ' ἀνθ' ὅτου, *neſcio quamobrem*: ſicut Latinis pro eodem ſumūtur, *quamobrem & quas ob res*, licet vnum habeat vocem ſingularem, alterum pluralem.

Aduerbialiter.
Eò quòd.
οὐκ ἀνθ' ὧν.

SVBAVDITVR etiam interdum, vt apud Xenoph. πόσου διδάσκει. Lucia. διδάσκει μισθοῦ. Interdum ἀντὶ *ex*, quoque ſignificat. Thucyd. ἀντ' ἀγαθῶν κακοὶ γεγένηνται, *ex bonis mali effecti ſunt*. In compoſitione quoque ſignificat *pro, contra*, ἀντιλέγειν, *contradicere*. ἀνθίστασθαι, *reſiſtere, obſiſtere*. Significat etiam viciſſitudinem: vt. ἀντευεργετεῖν, *viciſſim beneficio afficere, reddere beneficium*. Item comparationem: vt ἀντίθεος, *Deo æqualis, qui cum Diis comparari poſſit*

ἀντὶ ſubauditur.
Ex.
In compoſitione.

ἘΠῚ CVM GENITIVO

ἘΠῚ cum Genitiuo, *in*, vel *circa*: βοῦς ἐπὶ γλώττης, *bos in lingua*. ἐπὶ καλάμης ἀροῦν, *in culmo arare*. ἐπὶ ῥιπὸς διαπλεῦσαι, *in vimine nauigare*. ἐπ' ἑαυτοῦ, *ſecum, ipſe ſolus*. Aut *ſuper*, ἐπὶ καθέδρας Μωσέως, *ſuper cathedram Moſeos*. ἐπὶ βύρσης ἀναβεβηκὼς, *ſuper tergus bouis*

ἐπὶ cū genitiuo.
In vel circa.
Super.

desidebat. ἐπὶ ἄκρων δακτύλων, *super summos pedum articulos.* Aut tempus, ἐφ' ἡμῶν, καὶ ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων, *temporibus nostris, & temporibus maiorum nostrorum.* ἐπὶ τοῦ Κρόνου, *temporibus Saturni.* Capitur etiã aduerbialiter, ἐπ' ἄλλων, *aliàs.* [1] ἐφ' ἑνὸς ἄγειν, *singulatim ducere.*

Tempus. *Alias.*

1

ἐπὶ cum datiuo significant propter.

C V M Datiuo significat *propter:* ἐπὶ τούτοις, *ob hæc vel inter hæc:* ἐπ' οὐδενὶ, *propter nullum fructum.* ἐπὶ τῷ βασιλεῖ τὰ τῶν ὑπηκόων, *in arbitrio Regis sunt res subditorum.* Aut *post*, ἐπὶ τούτοις πόλλ' ἕτερα διεξῄει, *post hæc multa alia narrabat.* Aut *super*, ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, *ædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum.* Aut *in*, ἐπὶ γνάθοις βοῦν φέρει, *in faucibus bouem portat.* βοῦς ἐπὶ σωρῷ, *bos in aceruo.* βοῦς ἐπὶ φάτνῃ, *bos in præsepi.* ἐπ' ἡμέρᾳ, *intra vnum diem.* Aut modum, ἐπὶ ῥητοῖς, *certis conditionibus, legibúsque.* ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ, vel ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις, *æquali vtrinque conditione.* Dicitur etiam aduerbialiter, ἐπ' ἀριστερᾷ, *sinistrorsum.* [2]

Post. *Super.* *In.* *Prouerbia.* *Modum.*

2

ἐπὶ cum accusatiuo significat motum ad aliquid.

C V M Accusatiuo significat motum ad aliquid, ἐπὶ ἴδιον ἐξέραμα ὁ κύων, *canis ad proprium vomitum.* ἐπὶ ὄνους, *ad asinos.* ἐπὶ πῦρ δαλόν, *ad ignem titio.* Secundum hanc formam dicitur etiam, ἐπὶ ἐξουσίαν ποιεῖν, *ad dignitatem & autoritatem, & potentiam promouere.* ἐπὶ ἐξουσίαν καθίστασθαι, *in potentiam & autoritatem constituere.* ἐπὶ τὴν ἑστίαν καθίζεσθαι, *ad larem sedere.*

Ad. *In.*

CÆTERVM cum Genitiuo hoc idem quandoque significat: nam ἐπὶ τοῦ οἴκου, *in domum.* ἐπὶ τῆς χώρας, *in regionem*, rectè quidem & Atticè dicitur, verum non admodùm vsitatè.

Aduerbialiter cum suo casu.

Dicitur etiam aduerbialiter cum suo casu, ἐπὶ τὸ πλεῖστον, *plerumque, plurimum.* ἐπὶ τὸ πολὺ, *magna ex parte.* ἐπὶ χρόνον, *aliquamdiu.* ἐπὶ ὀλίγον, *paulisper, parum.* ἐφ' ὅσον, pro quo Atticè dicitur, ἐφ' ὅσον, *quantum, in quantum.* ἐφ' ὃ, *secundum quod, cuius causa, quod.* ἐφ' ᾧ, *quamobrem.* [3]

3

Et

Et variam sortitur constructionem. Construitur enim cum indicatiuo in præterito. ἐφ᾽ ᾧ ἔγραψεν, *quare scripsit*. In futuro, ἐφ᾽ ᾧ τοὺς ἄνδρας κομιεῖται, *eò vt viros accipiat*. Et cum Infinitiuo in præsenti & in præterito. ἐφ᾽ ᾧ μεμνῆσθαι, pro ἐπὶ τῷ μεμνῆσθαι, vel ἕνεκα τοῦ μεμνῆσθαι. Pro quo etiam dicitur, ἐφ᾽ ᾧτε, abundante τε, more Ionico. Iones enim ἐφ᾽ ᾧτε dicunt. Et in futuro, ἐφ᾽ ᾧ βοηθήσειν, *eò vt ferat auxilium*. Pro ἐφ᾽ ᾧ etiam dicitur ἐφ᾽ ὅτῳ μηδὲν ἔχεις, ἐφ᾽ ὅτῳ με τοῦτο ποιήσεις, *causæ nihil est, cur in me hoc committas*. ἐφ᾽ οἷς, *in eo quòd, pro eo quòd*. ἐφ᾽ οἷς τοῦτ᾽ ἐποίησας, ἐγένου φίλος, *in eo*, vel *pro eo quòd hoc fecisti, factus es amicus*. Iungitur etiam aduerbio, Act. 10. ἐγένετο ἐπὶ τρὶς, *factum est ter*.

Varia huius præpositionis constructio.
Præterito indicatiui.
Futuro.
Infinitiuo præsenti & præt.
Et in futuro.
Cum aduerbio.

[1] *Ἀποπλέοντες ἐπὶ οἴκου, abnauigantes domum versus.* ἐπὶ πολέων λέγεται, *de ciuitatibus dicitur.* ἐπὶ τοῦ Κρόνου, *sub Saturno.* ἐπὶ ἄρχοντος Καίσαρος, *Imperante Cæsare.* ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς, *qui supra omnia Deus est benedictus.* Dionys. Halicarnass. ζητῆσαι ἐφ᾽ ἑαυτῶν ποιεῖσθαι, *per se inquirere.* Arist. ἐπὶ θεῶν πίστεις δοῦναι, *per Deos fidem dare.* ἐπὶ ἐξουσίας, *coram magistratu.* Dionys. Halicarnass. ἐπὶ τοῦ δήμου ἔσω ἡ κρίσις, *penes populum esto iudicium.* ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, *propè viam.* Dionys. Halicarnass. ἐστρατευον ἐπὶ πολλῆς ἐξουσίας τὰ δόξαντα, *magna cum libertate.* Arrian. τοὺς ὑπασπιστὰς διαβαίνειν τὸν ποταμὸν, καὶ ἐπὶ τούτοις τὰς τάξεις τῶν μακεδόνων, *Clypeatos transire fluuium: & post hos sequi ordines Macedonum.* [2] Propè: Thucyd. ᾤκει ἐπὶ ποταμῷ, *ad fluuium situs erat*, in qua significatione etiam iungitur genitiuo Aduersus: Dionys. Halicar. ὡς ἀεί τι κακὸν ἐπὶ τοῖς πένησι μηχανωμένων, *quasi semper aliquid mali aduersus populum machinarentur.* Ob, propter, Xenoph. ταῦτα ποιεῖν ἐπὶ τῷ κέρδει, *hæc lucri causa facere.* Cicero in hac significatione vertit non modo *propter*, sed etiam *ex.* vt in Paradox. Stoicorum, λύπη ἐπ᾽ ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς, *ægritudo suscepta, propter alterius res secundas.* & ἔλεος ἐπ᾽ ἀναξίως κακοπαθοῦσι, *ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis.* [3] Articulum a fronte gerens, subaudit à tergo participium, vt οἱ ἐπ᾽ ἀξιώσεως, *qui sunt in dignitate.* οἱ ἐπὶ τῶν πραγμάτων, *qui præsunt rebus.* Iisdem triplici casu eadem significatione: ἀπάγεσθαι τὸν ἐπὶ θανάτου, τὸν ἐπὶ θανάτῳ, & τὸν ἐπὶ θάνατον, scilicet φερόμενον, *abduci eum qui in mortem fert.* In compositione quoque varie redditur, *Super, In, Insuper, Ad, Ob, Post.* Com-

1
Versus.
De, sub.
Ablatiuo absoluto.
Supra.
Per.
Coram.
Penes.
Propè.
Cum.
Post.
2
Ad.
Aduersus.
Ob, propter.
3
ἐπὶ cum articulo.
Triplici casu eadem significatione.
In compositione.

poni

Eius compositio. ponitur autem non modò cum nominibus & verbis sed etiam cum aduerbiis, vt ἐπάνω, *Super, Supra.* In hac quoque

ἐπὶ pro ἀπὸ & ὑπὸ mendosè. præpositione sæpe suspecta est exemplarium fides: cum scilicet pro ἀπὸ & ὑπὸ reperitur.

ΠΕΡΙ` CVM GENITIVO.

περὶ. De, Pro. ΠΕΡΙ` cum Genitiuo significat *de*, vel *pro*, περὶ τῶν κρεῶν λαγῶς, *de carnibus lepus.* περὶ πάτρας ἀμύνεσθαι, *pro patria pugnare.* λαλεῖν περὶ ἀλληλοκληρονομίας, *loqui de institutione, quæ inter aliquos sic conuenit, vt prior decedens alterum relinquat hæredem.* περὶ ἀλλή-

1 λων, *de se inuicem.*[1]

Illvd verò, περὶ τοῦ δεδοικέναι, *de aliquo metuisse,* priuati iuris est.

Cum Genitiuo cũ verbo ποιῶ. Constrvitvr peculiariter cum Genitiuo, vnà cum hoc verbo ποιῶ. περὶ πλείονός σε ποιῶ ἐκείνου, *pluris te facio quàm illum.* περὶ πολλοῦ ἂν ποιησαίμην, *magni facerem.* περὶ ἐλάττονος σε ποιεῖ ἐκείνου, *contemnit te præ illo.* περὶ ὀλίγου ποιεῖσθαι, *parui facere.* περὶ πλείστου ποιεῖσθαι ἁπάντων, *omnium maximè facere.* περὶ οὐδενὸς

Cum verbo substãtiuo τυγχάνει. ποιεῖσθαι, *nihili facere.* Quod etiam fit cum verbo substantiuo, περὶ πολλοῦ ἡμῖν τυγχάνει ὤν, *magni fit apud nos.*

Et cum aliis verbis. Quandoque etiam fit cum aliis quibusdam verbis, περὶ οὐδενὸς ἡγοῦντο, *pro nihilo ducebant.*

Cum Accusatiuo. Cvm Accusatiuo significat *circum, iuxta:* περὶ ἅλα, καὶ κύαμον, *circa salem & fabam.* περὶ θύρας, *circa fores.* περὶ ὅ, *quocirca* Verùm illa, περὶ δουρί, περὶ πύργῳ,

2 *circum hastam, circum turrim,* poëtica sunt.[2]

1 [1] Homer. Odyss. περὶ σπέος, *circum speluncam.* Ob. Ioan. 10.

Circum, ob. περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, *de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia,* id est, ob vel pro-

Præ, supra. pter bonum opus. Dionys. Halicar. περὶ παντὸς [illegible] *præ omnibus cupere.* Solo etiam genitiuo vel ablatiuo redditur

περὶ cũ datiuo. vt in verbis pretij. Dionys. Halicarn. περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, *ma-*

2 *gni facere.* [2] Eadem quoque structura vtuntur Oratores Circum. Dionys. Halicarnass. περὶ τοῖς βραχίοσιν ἐφόρουν,

Circum. *cum brachia gestabant.* περὶ τοῖς σώμασιν ἔχοντες, *circum [illegible] habentes,* i. est, induti erant. [illegible]

περὶ ὕδασι, apud eundem reddi poteſt non tantum *circum*, ſed etiam *propè*: Apud ſeu παρὰ. Idem Dionyſ. τὸ νικᾶν ἀεὶ περὶ τοῖς αὐτοῖς ἔμενε, *Apud eoſdem ſemper manebat victoria.* In, vel εἰς. Idem: περὶ αὐτῷ σφάλλεσθαι, *in ſeipſum corruere, vel ſua ipſius mole collabi fluctari.* Odyſſ. ο, ὃν περὶ κῆρι φίλει, *quem ex animo amabat.* Cum verbis metus Latinè non exprimitur, Thucyd. περὶ τῷ ἐμαυτοῦ σώματι ὀρρωδῶ, *meo ipſius corpori metuo.* Sic idem: περὶ δοράτιοις διεφθείροντο, *Telis perimebantur*, & id genus pleraque. Porrò articulum à fronte gerens deſiderat à tergo participium: Sic Gregor. τὰ περὶ τὴν κτίσιν, *quæ creaturam circumſtant*, ſeu *quæ in creaturam cadunt.* Item τὰ περὶ τὰς ναῦς, *res nauales*; τὰ περὶ ἐμὲ, *res meæ*: At τὰ περὶ τὰς μοίρας apud Plato. *fabula de parcis.* Et maſcul. gen. οἱ περὶ τὴν θάλασσαν, *qui occupantur in mari, qui tractant mare.* Comites quoque ac ſectatores frequentiſſimè hoc loquendi genere ſignificantur. Xenoph. σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν, *cum ſuis.* Sic οἱ περὶ Πλάτωνα, *Platonis ſectatores.* Sed interdum hac periphraſi deſignatur cum ſectatoribus ipſa etiam princeps perſona: vt apud Plutarch. τοὺς περὶ Ἀρκεσίλαον Ἀκαδημαϊκοὺς, *Arceſilaum Academicum cum ſuis aſſeclis.* Interdum ſola perſona princeps: vt Dionyſ. Halicarnaſſ. 317, 33. τοῖς περὶ Οὐαλέριον πρέσβεσι, pro Οὐαλερίῳ τῷ πρεσβευτῇ, *Valerio legato.* Ad hoc loquendi genus reſpexiſſe videtur Quintilianus lib. 2. *doctores artis ſero iam & circa Tiſiam & Coraca repertos.* nam, vt idem lib. 3. ait, *artium ſcriptores antiquiſſimi Corax & Tiſias Siculi.* In compoſitione ſignificat *Circum*, *Ob*, *Per*: nec tantum *excellentiam* & *exſuperantiam*, ſed etiam *neglectum*: vt περιφρονῶ & περιορῶ, *negligo tum mente & cogitatione, tum oculis*, id eſt, *deſpicio, contemno.* Hæc quoque præpoſitio multis in locis pro παρὰ per errorem à librariis videtur eſſe ſuppoſita: vt apud Dionyſ. Halicarnaſſ. 606, 17. περὶ τὰ δεινὰ εἶναι: at 643, 3. & alibi, παρὰ τὰ δεινά.

Propè.
Apud.
In, Contra.
Pro ἐν *vel* ἐξ.
περὶ *nō expreſſ. cum verbis metus.*
περὶ *cum articulo.*
περὶ *per periphraſin.*
Comitatū quoq. ſignificat περὶ.
περὶ *in compoſitione.*
περὶ *mendosè pro* παρά.

ἈΜΦῚ.

ἈΜΦῚ conſtruitur eiſdem caſibus, quibus περὶ, & idem quod περὶ ſignificat. Dicitur tamen ἀμφ' αὐτοῦ, *pro illo, ſiue, illius cauſa.*[1]

ἀμφί.

1

[1] Ἀμφὶ à præcedente περὶ nihil nec ſtructura differt, nec ſignificatione: niſi quod magis eſt Ionica, præſertim cum genitiuo & datiuo. Coniungitur quoque à poëtis cum Synonyma περί. Il. β. ἀμφὶ περὶ κρήνην. Apollon. Arg. 2. ὄφις περί τ' ἀμφί τ' ἔρυται. quod à Plauto quoque inter Latinos 1

ἀμφὶ *&* περὶ *iuncta Poëticè.*

fact

ἀμφιπερὶ in compositione. factum, *sculpturire vngulis circumcirca.* Sic in compositione ἀμφιπεριτρύζειν & similia. Articulum à fronte gerens desiderat à tergo participium: vt τὰ ἀμφὶ τοὺς ἀγρούς, *res rusticæ.* Item mascul. gen. Dionys. Halicar. Νεοπτόλεμος σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτόν, *Neoptolemus cum sociis.* Hoc quoque loquendi genere, significatur interdum persona princeps cum suis asseclis: vt οἱ ἀμφὶ Κῦρον, *Cyrus cum suis.* Interdum duntaxat persona princeps, vt οἱ περὶ Κορινθίους, *Corinthij*: apud Herodot. In compositione redditur non tantum *circum* sed etiam *am*, vt ἀμφιδοξεῖν, *ambigere, dubitare.*

ἀμφὶ cum articulo.

ἀμφὶ in compositione.

ἈΠΟ'.

ἀπὸ semper cum genitiuo. *è vel ex.*

ἈΠΟ' semper cum Genitiuo: ἀπὸ σκοπιᾶς, *è specula.* ἀπὸ κώπης, *à remo.* ἀπὸ δὶς ἑπτὰ κυμάτων, *à bis septem vndis.* ἀπὸ θύρας λύκου, *à venatu lupi.* ἀπὸ βαλβίδων, *à repagulis.* ἀπὸ στόματος εἰπεῖν, ἀπὸ γλώττης εἰπεῖν, *memoriter recitare.* ἀπὸ τῆς ἴσης οὐσίας, *ex æquis viribus.*

ἄποθεν. *Præter.* *Ab.*

Quandoque habet vim aduerbij huius ἄποθεν, *procul.* Hinc fit quod dicitur, ἀπ' οὔατος, *procul ab auribus.* ἀπὸ τοῦ σκοποῦ, *præter propositum, præter intentionem & consilium.* ἀπὸ τρόπου, *alienum ab honestis moribus.* Huic opponitur πρὸς τρόπου: quemadmodum Latinis, è re, opponitur illi, ab re. ἀπὸ καιροῦ, *intempestiuum.*

Loco aduerbij ἀφ' ὧν.

Dicunt etiam loco aduerbij, ἀφ' ὧν, *propterea*: ἀφ' ὧν ἐστράτευον οὗτοι, id est, διὰ τὰ τούτοις πεπραγμένα. ἀπ' ἄρτι, *post hoc, ex hoc tempore.* ἀπ' ἐκείνου, *iam inde, ex illo tempore.* ἀπὸ μέρους, *aliquantulum, ex parte.* ἀπὸ τότε, *ex eo tempore.* ἀπὸ ταὐτομάτου, *fortuito.*[1]

ἀπὸ solo ablatiuo expressa. *ἀπὸ iuncto aduerbio.* *ἀπὸ abundans.* *ἀπὸ cũ articulo*

[1] INTERDVM nudo ablatiuo exprimitur: Plutarch. ἀπὸ στόματος λέγειν, *ore & verbis referre quod minimum* ... Aristoph. ἀπὸ σμικροῦ τι διαπράξασθαι, *leui impensa efficere aliquid.* Aduerbium quoque pro genitiuo sibi adsciscit, vt ἀπὸ τότε, *ex illo tempore.* Sic ἀπὸ τηλοῦ, *è longinquo.* quod Latini ... que *de longè.* In hoc autem Homeri ἀπ' οὐρανόθεν pleonasmus esse videtur præpositionis vt etiam illo Lucæ ἀπὸ μακρόθεν: Nam terminatio θεν per se motum de loco significat, vt etiam non raro eadem Præpositio subauditur. Arti...

quoque à fronte capit subaudito à tergo participio, vt οἱ ἀφ' Ἡρακλέους, *Heraclidæ Herculis nepotes.* in originis scilicet & sectæ significatione: sicut etiam Ouid. 3. Trist. *Nauita ab Italia*: & Virgil. 3. Georgicῶn *Pastor ab Amphryso.* ἄπο Barytonως, remotionis significationem habet: Pauſ. Phoc. οὐκ ἂν ἄπο γε οἰκότες εἴη, *non abhorruerit à verisimili.* Sic οὐκ ἄπο τρόπου, *non inconuenienter*, οὐκ ἄπο καιροῦ, *non intempestiuè*, οὐκ ἄπο πράγματος, *non abs re.* & similia. Postponitur etiam in carmine: Simonides, οὕτω κακῶν ἄπ' οὐδέν, *sic nihil est absque incommodis.* In compositione suas significationes retinet: in multis etiam variat, immo in vna eademque voce interdum significationes habet planè diuersas: vt ἄποπτος apud Aristo. *qui conspici alicundè potest.* Apud Sophocl. & Dionyſ. Halicarnaſſ. *à conspectu remotus*: Sic ἀπειπεῖν, interdum est *abdicare*, interdum, *interdicere*, interdum, *renunciare.* & huius generis alia crasin etiam in compositione patitur, vt ἀπουργοὶ pro ἀποεργοὶ *loca secreta.* ἀπέρας pro ἀποείρας seu ἀπείρωαις.

ἄπο Barytonως.
ἀπὸ postpositum in carmine.
ἀπὸ in compositione.
Crasin patitur.

ΥΠΟ.

ΥΠΟ cum Genitiuo significat *sub*: ὑπὸ κόλπου τὰς χεῖρας ἔχειν, *sub sinu manum habere.*

Aut *propter*: οὐδ' ὑπὸ πενίας εὐεργετῶ, *neque benè facio propter paupertatem.* [1]

ὑπὸ cum genitiuo.
Sub.
Propter.
1

ΥΠΟ CVM DATIVO.

ΥΠΟ cum Datiuo etiam significat *sub*, ποιεῖσθαι ὑφ' ἑαυτῷ, vel ποιεῖσθαι ὑφ' ἑαυτὸν, *in potestatem suam redigere, potestatis suæ facere.* [2]

ὑπὸ cũ datiuo.
Sub.
2

[1] Plutarch. ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταναλίσκεται, *ab igne consumitur.* Plato μήπως ὑπὸ Μελίτου τοσαύτας δίκας φεύγοιμι, *Ne à Melito tot criminum reus agar.* Ex, in significatione modi vel causæ: ὑπὸ συνθήματος, *ex composito.* Dionyſ. Halicar. ὑπὸ σκότους, *per tenebras.* Item προσφωνεῖν ὑφ' ἑνὸς, *compellare per vnum.* ὑπὸ σπουδῆς, *præ festinatione.* Dionyſ. Halic. ὑπὸ χαρᾶς, *præ gaudio.* Citatur quoque ex poëtis pro μετὰ, *cum.*
[2] Cum Accusatiuo, quoque non raro construitur. Sub. Plutarch. ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὸ γῆν, *super terra & sub terra.* Aristot. Hist. anim. ὑφ' ἡγεμόνα εἰσὶ, *sub duce sunt, duci sunt subiectæ.* Xenoph. ὑφ' ἑαυτοὺς ποιοῦνται, *sibi subijciunt.* Item in signif. temp. ὑπὸ τὴν ἕω, *sub auroram*: ὑπὸ νύκτα, *sub noctem*: ὑπὸ κύνα, *sub caniculam, sub ortum caniculæ.* & Thucyd. ὑπὸ

1 *Ab.*
Ex.
Per.
Præ.
Pro μετὰ.
2 *ὑπὸ cum Accusatiuo.*
Sub.
Tempus.

Ad ἐπί. τ̃ σεισμ̃ν, *tempore terræmotus.* Ad ἐπί. Homer. Il. β, ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε, *ad Ilium venit.* Aduerbio etiam exprimitur: vt ἐχώρει ὑπὸ πόδα, *retrocedebant*, seu *pedem referebant*, apud Dionys. Halicarnass. Articulum à fronte gerens, subaudit à tergo participium. Theophr. τὰ ὑπὸ γῆς, *quæ sub terra sunt.* Isocr. τοὺς ὑπ' αὐτοῖς, *subditos ipsorum.* Herodian. οἱ ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν, *qui sub orientali cœli plaga sunt, orientales populi.* Dionys. Halicar. τοὺς ὑπὸ χεῖρα, *subditos atque obnoxios.* In compositione significat *Subter*, *Latenter*, *Paululum*, *Retro*, *Deorsum*, & similia. Reperitur nonnunquam pro ἀπό & ἐπί: sed sæpe magis librariorum errore, quàm auctorum voluntate.

Aduerbio exprimitur.
ὑπὸ iuncto articulo.
ὑπὸ in compositione.
Pro ἀπό & ἐπί mendosè.

ὙΠΈΡ CVM GENITIVO.

ὑπὲρ cum genitiuo.

ὙΠΈΡ cum Genitiuo significat *super, de*: ὑπὲρ σκιᾶς ὄνου, *de asini vmbra.* Dicunt etiam, ὑπὲρ ἡμῶν, *de re nostra.* [1] Aut *supra*, ὑπὲρ καπνοῦ, *supra fumum.* Aut pro, ὑπὲρ Κτησιφῶντος ὁ λόγος, *pro Ctesiphonte oratio.* ὑπὲρ τοῦ φίλου κινδυνεύω, *pro amico periclitor.* [2] Quod idem nonnunquam etiam significat cum Datiuo poëticè: ὑπερ τῷ φίλῳ κινδυνεύω. Nonnunquam etiam capitur pro *contra.* Sic Homerus, ὑπὲρ αἶσαν pro κατὰ σοῦ, dixit.

Super, de.
1 *Supra.*
Pro.
2
Contra.

ὙΠΈΡ CVM ACCVSATIVO.

ὑπὲρ cum accusat.
Plus, vltra.

CVM Accusatiuo, *plus, vltra*, & omnino excessum significat: ὑπὲρ λόγον, *suprà quàm dici possit.* τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, *ea quæ sunt supra nos.* ὑπὲρ κατάλογον, *supra catalogum*, id est, eximius. ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν, *vltra peram sapere.*

Aduerbialiter.

Capitur etiam Aduerbialiter cum suo casu, ὑπὲρ ὧν, *idcirco.* [3]
3

1 [1] SVPER, id est De; sicut etiam Virg. *multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.* Dionys. Halicarnass. ὑπὲρ ἧς ἐν οἰκείῳ τόπῳ διαλέξομαι, *de qua suo loco dicam.* Sic ὑπὲρ εὐσεβείας καὶ ἄλλων μανθάνε, *de pietate & aliis...* [illegible]

2 [2] Pro, Loco. Dionys. Halicarnass. ὑπὲρ τῶν ἀποθανόντων ἑτέρους καθιστάναι, *in defunctorum locum alios substituentes.* Pro, id est, Pro salute. 2. Corinth. 5. εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, *vnus pro omnibus mortuus est.* Demosth. [illegible]

Pro, loco.
Pro, id est, pro salute.

πράττειν τι, *pro salute reip. aliquid agere*. Sic in defensionis & adiumenti signific. Lucæ 9. ὃς οὐκ ἔστι καθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν ἐστι, *qui non est contra nos, pro nobis est*. Et Dionys. Halicar. ὑπὲρ ὑμῶν ἐστι, *pro vobis facit, in rem vestram est*. Pro, id est Nomine, Gratia. Plutarch. Lyc. ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν ἐγκαρτερῶν, *latendi gratia tolerans*. Idem Fabio, παρέδωκε τὴν δύναμιν ὑπὲρ τοῦ μὴ μάχεσθαι, *tradidit copias ea conditione vt ne manus consereret*. Affertur etiam ex Demosth. δίκην ὑπὲρ αὐτοῦ λαβεῖν, *pœnas de illo seu ab illo sumere*. 3 Supra ἡ Ῥοδόπη τὸ ὄρος, ὑπὲρ Νέσσον τὸν ποταμὸν κεῖται, *Rhodope mons, supra Nesum fluuium sita est*. Cum articulo etiam construitur per ellipsin participij. Theophr. τὰ ὑπὲρ γῆς, *quæ supra terram exstant plantæ*. Sic τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, *quæ supra nos sunt*; id est, quæ captum & vires nostras superant. Coniungitur etiam cum cognatæ significationis aduerbiis: vt ὑπεράνω, *supra*: ὑπεράγαν & ὑπερλίαν, *supramodum, egregiè*. 2. Corinth. 11. τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων, *eximiis seu præstan[tissim]is Apostolis*. Absolutè quoque ponitur. 2. Corinth. 11. διάκονοι Χριστοῦ εἰσι; ὑπὲρ ἐγώ, id est, ὑπὲρ τοῦτο, *supra id, amplius quàm Christi minister*. In compositione alias significat *Pro*, alias *Supramodum*: vt ὑπερασπίζειν, *protelare*; ὑπεραττικίζειν, *in Atticismis affectandis modum excedere*.

Pro defensionis.

Pro, id est Nomine.

3 Supra.

Cum articulo.

Cum aduerb. cognatæ significationis.

Absolutè.

In compositione.

APPENDIX I.

PRÆPOSITIONES sæpe subaudiuntur Græcis, ὧν ἔπαθεν ὀργὴν ἔχει, id est, ὑπὲρ ὧν, *irascitur pro his quæ passus est*. μηδὲν αὐτοῦ καταθεὶς, pro μηδὲν ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκτίσας. σὴν χάριν λέγω, pro πρὸς σὴν χάριν, *tua causa dico*.

Præpositiones subaudiuntur.

SIMILITER vbicumque δυοῖν θάτερον ponitur in oratione, vt μὴ αἰτεῖ μεγάλα, ἵνα δυοῖν θάτερον, ἢ τυγχάνων λυπῇς, ἢ μὴ τυγχάνων λυπῇ, subauditur κατὰ, vel διὰ δυοῖν θάτερον, ac si diceret, ne per alterum horum, aut assecutus, &c.

κατὰ subauditur.

Præpositiones verbis compositę propriá etiam seruantes significationem, eundem casum, quem extra compositionem postulant: κατηγορῶ σοῦ, *accuso te*: quia κατὰ σοῦ dicitur. ἀφίσημί σου, *absisto siue deficio abs te*: quia ἀπὸ σοῦ dicitur. Præter possessiua & acquisitiua, ἐμφοροῦμαι, ἐντρυφῶ, παραπολαύω σοῦ, *fruor te*. περιτίθημί σοι, *circumpono tibi*.

Nota: præpositiones cũ verbis compositæ suum [r]egunt casum.

κτ in compositione. Item, κτ composita etiam intendit cum casu verbi. κατεσθίει πάντα, *deuorat omnia.* κατεῖπέ μοι, *enarrauit mihi.* Et sic destituitur à proprietate præpositiua.

Nota. Habet autem se ad modum præpositionis, cùm dicitur, κατειπεῖν ἑτέρου, *contra alterum dicere*: quòd tunc iungatur cum Genitiuo, quem etiam præpositio postulat.

Præpositiones cõposita cum alia dictione, epenthesi alterius dictionis dissoluuntur. Celebre est poëtis præpositiones composit... dissoluere per alterius dictionis epenthesim: ... γαῖα κάλυψε, pro γαῖα κατεκάλυψε. ἐκ δὲ ἐγέλασσα, pro ἐξεγέλασσα δὲ ἐξ ἔρον ἕντο, pro ἐξέντο ἔρον. Interdum plures dictiones intercedunt. οἱ κτ βοῦς ὑπερίονος ἠελίοιο ἤσθιον, pro κατήσθιον. Sæpe etiam componunt eas cum dictionibus, à quibus resoluendæ sunt. ... ἠλιν κατακοιρανέουσι, pro κοιρανέουσι κτ Ἰθάκην.

DE PRÆPOSITIONVM INVERSIONE.

Inuersio præpositionum. INVERTVNTVR præpositiones monosyllabæ quidem in fine carminum: Ὀδυσσ. δ. οὐ μέν τοι κακοῦ ... εἴδεται, οὐδὲ κακῶν ἐξ, *Non tamen malus videtur, neque ex malis.* Ιλιάδ. ὑ. καὶ ἦλθεν ἀργυρότοξος ἀρτέμιδι ξύν, *Et venit Apollo cum Diana.*

Dissyllabæ verò & in oratione soluta inuertuntur, & in carmine, tono acuto posito super penultimam, præter διὰ & ἀνὰ, idque ne coincidant, hæc quidem cum Vocatiuo, ὦ ἄνα, o rex: illa verò cum Accusatiuo, Δία, *Iouem.*

Præpositiones quæ non patiantur inuersionẽ. Cæterùm trium temporum dissyllabæ, hoc est quæ constant altera longa, & altera breui, non inuertuntur, velut, ἀντὶ, ἀμφὶ, quemadmodum neque in quibus, ι, redundat: vt καταὶ, παραὶ, ... tanquam factæ trium temporum.

Nota de inuer- Porrò ἐν quando assumit, ι, & fit ἐνὶ, inuer...

more disyllabarum. Ἰλιάδ. α. ἡμετέρῳ ἐνι οἴκῳ, *ædibus in nostris*. Et, ᾧ ἐνι κούρη κοιμᾶται, *quo in loco puella cubat*. Si inter duo nomina, alterum proprium, alterum appellatiuum vel adiectiuum, sit præpositio, hanc inuerti necesse est, vt ante totam construatur orationem: ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος, *fluuio à Selleente*. Ξάνθῳ ἔπι δινήεντι, *Xantho in verticoso*.

sione præpositionum.

ἐν quando inuertatur.

Si verò præpositio sit inter nomen & verbum, seu participium, poterit secundum diuersam sententiam & constructionem inuerti, & nõ inuerti: vt, Ἰθάκην κατακοιρανέουσι. Si enim κατὰ referatur ad Ἰθάκην, significans locum, inuertitur hoc modo, Ἰθάκην κάτα κοιρανέουσι, *iuxta Ithacam dominantur*. Si verò referatur ad verbũ κοιρανέουσι, vt illi maiorem addat emphasim, non inuertetur. Simile est in hoc: εὗρε δὲ Πατρόκλῳ περικείμενον. Quod potest etiam sic legi, εὗρε δὲ Πατρόκλῳ πέρικείμενον.

Præpositio inter nomẽ & verbũ.

AD hunc autem modum fit si inter propria duo, vel appellatiua, cadat præpositio, cõiunctione ipsam sequente: νηῶν ἄπο, καὶ κλισιάων, *nauibus ab, atque tentoriis*. Ἀγαμέμνονος πέρι, καὶ Ἀχιλλέως, *Agamemnone de, atque Achille*.

Item, si media inciderit, nullaque alia orationis pars interueniat, modò postponatur dictioni, quam debebat præcedere, inuertitur: ᾧ ἔπι πόλλ' ἐμόγησα, *quo in loco multum laboraui*. Θεῶν ἄπο μήδεα εἰδώς, *à Diis consilia sciens*. Si verò inter præpositionem & verbum, vel nomẽ ad quod pertinet præpositio, intercedat alia pars orationis, non reflectitur. τῷ δ' ἐπὶ Τυδείδης ὦρτο, *hunc autem Tydides inuasit*. Intercedit enim coniunctio δέ. idque nisi sit in fine sententiæ: tum enim inuertitur, etiam si quicquam interueniat, πάντων ἔπτυσε πολὺ κάτα, *omnes autem excreauit multum contra*.

Quæ verò patiuntur elisionem vocalis, non reflectuntur, nisi punctum subsequatur, aut signi-

ficatum corrumpatur non conuersæ. Ἰλιάδ. τ'. στῆσε γὰρ ὑφαίστοιο παρ' οἰσέμεν ὅπλα, *statuebat enim à Vulcano ferre arma.* Vnde Poëtæ post præpositionem quandoque punctum faciũt. Oratores verò non, præterquàm in præpositione πρός: hanc enim solam ante punctum locant: vt in hoc, καὶ μικρόν τι πρός, *& ad paruum quippiam.*

Vel potius, plusculũ quid præterea.

GENERALES DE PRÆPOSITIONIBVS REGVLAE.

PRAEPOSITIONES interdum à casibus suis, interiecta vna vel altera dictione dirimuntur: vt, ἐν μὲν γὰρ ταῖς εὐτυχίαις πολλοὺς, ἐν δὲ ταῖς δυσπραγίαις μόλις ἄν ἕνα φίλον εὑρήσεις. Sed sunt hic quædam poëtis dumtaxat vsitatæ tmeses: vt apud Apollon. Argon. 4. ἐν δὲ θρόος ἔσκεν ἀγυιαῖς, pro ἦν δὲ θρόος ἐν ταῖς ἀγ. *eratq; murmur in vicis & plateis.* Sic Pind. Δωρίαν ἀπὸ φόρμιγγα πασσάλου λάμβανε, *Doriam citharam à paxillo sume.* Eleganter etiam ordine mutato inter adiectiuum & substantiuum præpositio interiicitur: vt, πολέων ἐκ πολιων: μάχῃ ἐνὶ κυδιανείρῃ: χερσὶν ὑπὸ σφετέρῃσι: ἐμὰ πρὸς δώματα, & similia. quomodo apud Latinos etiam in prosa passim vsurpantur *quam ob rem, qua de caussa.* apud Virg. autem magis poëticè, *iniiciunt ... ex vincula sertis*; pro, ipsis ex sertis iniiciunt ei vincula. Item inter duo substantiua, quorum alterum regitur, alterum regit: vt πηγῆς ἐπὶ Κηφισσοῖο. Ac rursum inter duo commata copulatiua: vt νηῶν ἄπο καὶ κλισιάων. Interdum casui suo postponitur præpositio: vt, Ἀρτέμιδι ξύν: κακῶν ἐξ: Διὸς ἐκ πάντα τέτυκται. In hac postpositione disyllabæ pleræque accentum ex vltima in penultimam retrahunt: nominatim autem περὶ etiam in prosa: vt, τούτων δὲ πέρι ἐν ἑτέροις λέγεσθαι. ἀμφὶ tamen & διὰ retinent accentum; forsan ad differentiam vocat. ἄμφι, & accus. δία, à nom. Ἄμφις & Δὶς ... Aliâs accentus retrahitur etiã in mutatione significationis: vt ἄπο Barytonωs scribitur cum significat *Procul*, ... cuius significationis supra quoque suo loco facta est mentio. Sic πέρι, cum significat excellentiam seu exsuperantiam. Homer. τετιμῆσθαι πέρι πάντων, *honore supra omnes ...* Hesiod. πάντων πέρι μήδεα εἰδώς, *consiliis pollens supra ...* Item absolutè sine casu, Τυδείδη, πέρι μὲν πολέμῳ ἔνι καρτερός ἐσσι, *Tydide in bello quidem eximiè viribus polles.* Ad hæc accentus retrahitur, cum præpositio nuda ponitur pro ... cum præpositione composito: vt ἔπι, ἔνι, πάρα, μέτα, pro ...

Tmeses præpositionum.

Præpositio casui postposita.

Retrahitur accentus præpositionis disyllabæ.

ἔνεστι, πάρεστι, μέτεστι. Sic Sophocl. ἀλλ' ἄνα ἐξ ἑδράνων, pro ἀνάστα, *sed exſurge è ſede.* quomodo vſurpatum eſt iſtud Virgilij; *nec fuga eam ſuper vlla pericli*: & hoc Silij, *Saucius haud illi comitum ſuper vnus*, pro, ſupereſt. Cum alieno caſu ponuntur in ellipſi caſus regentis: vt ἐν ᾅδου, & εἰς ᾅδου: de quibus ſupra. Sic apud Latinos Terentius ait, *vbi ad Dianæ veneris*: & Vlpianus iureconſ. *ſuperficiem ex vicini in ſuum deriuare*: pro, ad Dianæ fanum; ex vicini fundo. Pleonaſmus quidam eſt cum præpoſitio & nomini ſimul præponitur & verbo: vt 1. Theſſ. 5. ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε, *ab omni genere mali abſtinete.* Ariſtoph. Conc. οὐ γὰρ ἐν νέαις τὸ σοφὸν ἔνεστι, *non enim in iunioribus ineſt ſapientia.* Dionyſ. Halicarnaſſ. ἐπ' αὐτοῖς ἐπίκειται, *eis incumbit.* Idem pleonaſmus fit in cognatarum præpoſitionum geminatione. Eurip. ἐς ὄμματ' οὖνου φωτὸς ἐμβλέψαι, γλυκύ. Iſocr. ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀπελθεῖν, *è concione abire.* Rurſum Matth. 21. εἰσῆλθεν εἰς τὸ ἱερόν: at Marci 15. εἰσῆλθε πρὸς Πιλᾶτον. Sic etiam Cicero, *cum in Sigeo ad Achillis tumulũ adſtitiſſet*: & Næuius apud Priſc. *tibi ſerui multi apud menſam adſtant.* Pleonaſmus etiam eſſe præpoſitionis videtur cùm aduerbio præponitur: vt εἰς ἅπαξ ſiue εἰσάπαξ, *ſemel*: itidemque εἰσαῦθις & ἐξαῦθις, *iterum*: παραυτίκα (& apud Theocr. καταυτίκα) *ſtatim*: item ἐπάνω, ὑποκάτω, ὑποκάτω, ἐφεξῆς, καθεξῆς, παρεξῆς, & ſimilia: quippe in quibus præpoſitio ferè nihil ad ſimplicis aduerbij ſignificationem addit. Contra omittitur interdum præpoſitio: vt, ὧν ἔπαθεν ὀργὴν ἔχει. pro ὑπὲρ ὧν, *ira æſtuat ob ea quæ paſſus eſt.* Sic πόσου διδάσκει; *quanti docet?* pro ἀντὶ πόσου, *pro quanta mercede.* cùm enim Homerus ſine præpoſitione dicat, χάλκεα χρυσείων ἤλλαξεν. Iſocrates expreſſa præpoſitione ait, ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον δόξαν ἀντικαταλλάξασθαι, *corpus mortale immortali gloria permutare*, ſeu *vitam mortalem cum immortali gloria commutare.* Rurſum Heliodorus ſine præpoſit. ἐνεφορεῖτο τῶν κρεῶν: at Matth. 15. cum præpoſit. ... ἀπὸ τῶν ψιχίων: itidemque Ariſtot. Probl. 65, 25. μικρὰ προσενεγκάμενοι ἐξ ἄρτου, *ſumpto modico panis.* Sic in aliis quoque multis ſubaudiri εἰς, κατὰ, περὶ. aut aliam præpoſitionem ſenſui conuenientem, tum ex ſupradictis clarum eſt, tum in ſequentibus etiam latius exponetur.

PRAEPOSITIO ſæpe cum caſu ſuo compoſita, tranſit in aduerbium. Hæc compoſitio ita interdũ fit, vt vel accentus, vel aliud vocis accidens mutetur: vt, ἐπίπαν, pro ἐπὶ πᾶν, *in vniuerſum.* ſic ἐπιτάδε & ἐπέκεινα, pro ἐπὶ τάδε εἰς, ἐπ' ἐκεῖνα *vltra.* Sic etiam ἐκποδὼν, pro ἐκ ποδῶν. Multo adhuc maior mutatio eſt in ἐμποδὼν & ἐξεπιτηδές, pro ἐν ποσὶ & ἐξ ἐπιτηδεύματος quæ vt ſine magni mutatione diuidi nõ poſſunt

Præpoſitiones iunctæ alieno caſui.

Præpoſitionum pleonaſmi.

Abundat præpoſitio cũ aduerbio iungitur.

Præpoſitio omiſſa.

Præpoſitio cum ſuo caſu compoſita.

ita nec ἐπιπολῆς. vnde quidam compositè dixerunt ἐξ ἐπιπολῆς, & κατ᾽ ἐπιπολῆς: quæ tamen à Luciano & Phrynicho repudiantur. Aduerbia etiam quædam in hac compositione accentum suum amittunt; vt περίπαλαι, περὶξ: περίθεν, ἔπειτα: ἔμπαλιν, ἀνάπαλιν. Quædam tamen accentum suum retinent; vt tum ea quæ præcedenti paragrapho sunt exposita, tum hæc, ἐκπάλαι, ἐκτότε, & consimilia. Sic ὑπέρεδυ quidem, accentu amisso: at ὑπεράγαν, & ὑπέρλιαν, accento retento. Rursum accentum amittunt etiam numeralia cum σὺν composita: vt σύνδυο *bini*, σύντρεις *terni*; de quibus supra. Accedit in hac compositione nonnunquam etiam articulus pleonasticῶς: vt τὸ παράπαν, *omnino*: τὸ πρότου, *antea*.

Aduerbia accẽtum remittunt aliquando cum præpos. cõposita.

In compositione cum verbis, præpositio casum sæpe retinet, præsertim cum significatio eius obtinet. Sic multa vi præposit. ἀπὸ, ἐξ, περὶ, κατὰ, ἀντὶ, ὑπὲρ, genitiuum: vi præpositionis ἐν & σὺν, datiuum: vi præpos. εἰς, πρὸς, παρὰ, περὶ, ἀμφὶ, accusatiuum adsciscunt. Genitiui & datiui exempla quædam supra enumerata sunt in verborum Syntaxi. Accusatiui exempla sufficiant hæc: Epigr. εἰσελάαν αἰδῶ, *in certum inuehi*: Act. Apost. 20. παραπλεῦσαι τὴν Ἔφεσον, *prænauigare Ephesum*. Musæus, νυμφίον ἀμφιχυθεῖσα, *sponso circumfusa*. Sic μεταπεμψάμενοί με, *mittentes post me*, id est *accessentes me*, & similia. Horum quędam modo accusatiuum, modo datiuum ascifcunt: vt εἰσῆλθέ με ἔρως, Chrys. & εἰσῆλθε γάρ τοι αὐτοῦ φόβος, Plato: vt Liuius quoque, *incesserat eum cupido*; &, *incessit patribus cura*. Sic Æschines προστῆναι τὸ δικαστήριον: at Demosth. προστῆναι τοῖς δικασταῖς. quemadmodum alia etiam multa composita cum præpos. πρὸς, περὶ, ἐπὶ, ἀντι, quędam etiam cum μετὰ & ὑπὸ, datiuum regunt vi verbi. Immo vt ἐπὶ tres casus regit, ita etiam verbum ἐπιβαίνειν in vna eademque inscendendi significatione. Cum genitiuo enim Plutarch. Themisth. ἐπιβαίνει τοῦ αὐτοῦ [illegible]: cum datiuo Thucyd. ταῖς ἀλλήλων ναυσὶν ἐπιβαίνειν [illegible]: cum accus. Apollon. Argon. 2. Κολχίδα γῆν ἐπιβάντες. In quibusdam etiam præpositio magis nomini quàm verbo competere videtur. vt apud Hesiod. οὐρανῷ ἐμβασιλεύει, *regnat in cælo*. Plut. ἐνδιατρίβειν τῇ περὶ τοὺς ἀναγραφῇ, *in libris scribendis morari*. Xenophon, οὐκ ἀχθόμενοι ταῦτα περιπλανώμεθα, *non grauatè circum hæc vagamur seu oberramus*. Virg. *hanc vrbem afferimur*, pro, *ferimur ad hanc vrbem*.

Præpositio cum verbo composita.

ἐπιβαίνειν cum triplici casu.

Præpositio in cõposit. cui competat.

Contra poëtæ præpositionem sæpe à verbo suo diuidunt, interiectis aliis dictionibus. Hom. Il. γ, ἐπὶ λᾶαν ἵησι, λᾶαν ἐφίησι, *lapidem immittit*. Idem, κατά τε κλισίας [illegible] pro κλισίας τε κατασκηνοῦσι, *tentoria contexerunt*. Hesiod.

Præpositiones suis verbis diremptæ poeticæ.

ἀπὸ χρήμαθ' ἕλητω, pro μὴ ἀφέληταί σε τὰ χρήματα, *ne tibi adimat pecunias.* cuius generis tmesis apud Herodot. quoq; leguntur; interdum etiam apud Platonem: vt in eo loco qui à Dionys.Halicar.128,8. dithyrambici tumoris notatur, ξύμμοι λάβεσθε τοῦ μύθου, pro ξυλλάβεσθέ μοι τοῦ μύθου, *sermonem mecum capessite*; seu, *in fabula me adiuuate.* Geminatam præpositionem habẽtia, nonnunquam verbi, nonnunquam præpositionis regimen sequuntur. Homer. προπροκυλινδόμενος πατρὸς, *ad patris genua se prouoluens.* Idem Odyss. θ, ἀλλ' οὐ οἱ χάρις ἀμφιπεριστρέφεται ἐπέεσσι, *at non inest eius verbis gratia*; seu, *non comitatur eius verba vlla gratia.* Præpositio cum præpositione raro componitur. In eo genere παρὲξ, cum in significatione præpollet παρὰ, accusatiuũ regit. Il. ι, πολλὸν δὲ παρὲξ ἅλα φῦκος ἔχευαν, *multam algam secus mare fuderant.* Odyss. ο, μή με πάρεξ ἄγε νῆα, *ne me præter nauem ducito.* Cum vero præpollet ἐξ, regit genitiuum: Il. κ, παρὲξ ὁδοῦ ἐν νεκύεσσι κλινθήτην, *extra viam.* Absolutè quoque ponitur. Hesiod.Clyp.Herc. ἀλλὰ πάρεξ ἔχε δίφρον pro *extra viã emoue currum.* vbi Scholiastes annotat, oxytonon παρὲξ, cum accusatiuo construi, & significare *prope*: at Barytonon πάρεξ, construi cum genitiuo, & significare *extra*: atque illud poëticum esse; hoc vero etiam in communi sermone receptum. Etymologus vero πάρεξ Barytonως tum demum dici scribit, cum vsurpatur pro χωρὶς, vt πάρεξ τοῦ Σκυθικοῦ ἔθνους: in prioribus vero significationibus, pro παρὰ & ἐξ, efferri oxytonως παρὲξ. Apud Latinos quoque rara est ea compositio. Ouid. Metamorph. 2. *Argolica quod in- ante Phoronide fecit.* Propert. 2. *Hic dominam exemplo ponat in- ante meam.* Præterea vt verba præpositionis regimen sequuntur interdum, ita etiam aduerbia è præpositionibus orta: vt ἔξω οἰκίας, κάτω χθονός: qua de re infra quoque in Aduerbiorum Syntaxi. Absolutè ponuntur paucæ præpositiones: inter ceteras μετὰ *post*, πρὸς *ad hæc*, ὑπὲρ *supra* seu *vltra*; & composita πάρεξ, de qua modo dictum est. Sic apud Sallust. *supplicia in post futuros composuit*, εἰς τοὺς μεταγενεστέρους, id est, εἰς τοὺς μετέπειτα γενησομένους.

Geminatas præpos. quonam sortiantur.

Præpositio cum præpositione cõposita.

παρὲξ oxytonũ.

Præpositionis regimen aliquando verba sequuntur.

Præpositiones abundantes.

PRAETEREA præpositionibus aliquando aliquid vel accedit vel decedit, vel mutatio accidit aliqua; idq; tam extra compositionem quàm in compositione. Accedit apud poëtas, metri caussa: vt, εἰν ἀίδαο δόμοισι: ὑπεὶρ ἅλα: ὑπείροχον Ἡφαίστοιο: ibi enim vt ε in ἐν & ὑπὲρ produceretur, adscitum ei est ι. Rursum in fine adscito ι, vsurpatur ἐνὶ, παραὶ, καταὶ, pro ἐν, παρά, κατά: vt supra docui. Quin & ὑπαὶ pro ὑπό: vt ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης, *ad imum Idæ pedem.* Decedit, vel per apostrophum, 8,11. vt κατ' ἀναλογίαν: vel per composi-

Præpositionum mutatio, illisq; facta accessio vel decessio.

Accedentia.

Decedentia.

tionem,172,1. vt ὑπέρχεαι. Sic πὰρ pro παρὰ in metro vsurpari, supra docui. quemadmodum etiam ἂν pro ἀνὰ: vt Hesiod. ἂν φυτὰ βαίνῃ, *per plantas scandat*, seu *plantas ascendat*. Homer. ἂν δ' συβώτης ἵσατο, *surgebat autem subulcus*. In hac abiectione si posterior dictio ab aspiratione incipiat, finalis in præpositione tenuis mutatur in aspiratã, 8,16.172,10. Inpura σὺν, sequẽte consona, finale ν interdũ amittit, interdum cum sequenti conformat: qua de re supra quoque, 40...

σὺν aliquando amittit ν.

ἐν.

ἀπὸ, ὑπὸ.

ἐν quoque, & poëtica ἂν, mutationes illas patiuntur, 40... 404.1. quinetiam κατὰ multo plures, 406,2. ἀπὸ & ὑπὸ patiuntur vnam tantummodo. non enim nisi ante ο omicron abiiciunt, & π in β vertunt: vt ἀμβάλε *abiyce*, ὑββάλλε *subiyce*.

ποτὶ Dorica.

Sic Dorica ποτὶ, tantum ante vocales & ante τ, finale ι perdit, 408,15. ἐν tamen & σὺν interdum immutatæ manent: vt ἐνράπτειν, pro ἐρράπτειν, *insuere*: & apud Hesych. ἐνελίσσειν ἐνελιγξεῖν, *inrigere*: apud Suid. σύγγονος, *cognatus*, *frater*. ... apud Latinos quoque *inritus*, *inlustris*, *conclusio*, & simil... πρὸ, sequente ο vel ε, crasin pati, supra in ea præpositione docui: docuit idem etiã cum Clenardo Antesignanus 172,... 311,31. Idem etiam in ἀπὸ nonnunquam fieri docui. Sed ... interdum etiam in ὑπὸ: vt declarat ὑπουργὸς contractum ex ὑποεργός. Eodem modo ὕπωρα quoque contractum dici potest ex ὑπόορα, *montibus subiecta*. Doricam crasin habere videntur πρώρα, ἀπώλεια, ὑπώρεια, ὑπωρόφιος, & ...

οο in ω cõtracta.

quippe in quibus duo οο non communi more in ου contracta sint, sed Dorico more in ω. Verum breues in compositione migrare interdum in longas, etiam sine crasi, satis docet συνώνυμος, συνώμοτος: ἐξώνυξ, πολυώνυξ: item ναυηγός, ... συνήγορος, δυσώνυμος: ad hæc εὐήρης, δυσήρης, διήρης, ... ἐξήρης, & προσήλυτοι, συνήλυδες, συνηρεφέες, & similia, in quibus ο, α, & ε, sine vlla crasi per compositionem versa sunt in longas ω & η. simplicia enim sunt ὄνομα *nomen*, ὀμόσαι iurare, ὄνυξ *vnguis*: ἄγνυσθαι *frangi*, ἀγορεύειν *loqui*, ἄνεμος *ventus*: ἐρέσσειν *remigrare*, ἐλεύθειν *venire*, ἐρέφειν *tegere*.

---

f. 248.

SYNTAXIS ADVERBIORVM.

Aduerbia cum genitiuo cõstructa.

ADVERBIA si post se casum habent construuntur cum Genitiuo: μάλιστα πάντων, *maximè omnium*. λάθρα τῶν ἄλλων, *clam aliis*. χωρὶς τῶν ἄλλων, *absque aliis*. ἅπαξ ἢ δὶς τῆς ἡμέρας, *semel aut bis in die*. χάριν ἐκείνου, ...

ἐκείνου, *quantum ad illum attinet.* πότε τοῦ χρόνου; *quo tempore?* φεῦ κακῶν, *heu mala.*

Exceptis aduerbiis congregandi, quæ Datiuo adhærent: ἅμα τοῖς ἄλλοις, *vnà cum aliis.* ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις, *ſimul cum aliis.* Et iurandi, quæ Accuſatiuo: νὴ δί' οὐκ εἶπον, & μὰ δί' οὐκ εἶπον, *per Iouem non dixi.* Quæ hoc inter ſe differunt, quòd νὴ per ſe ſignificet affirmationem, μὰ verò negationem: μὰ δία, *non per Iouem.* νὴ δία, *ita eſt per Iouem.* Et νὴ δί' ἀλλὰ, valet, *at,* ſiue, *at enim.* Et deriuatis, quæ primitiuorum ſtructuram ſequuntur. ἄξιος λόγου, *dignus ratione.* Sic ἀξίως λόγου, *dignè ratione.* καταφρονῶ τῶν ἀτελεστέρων, *contemno abiectiores.* ſic καταφρονητικῶς τῶν ἀτελεστέρων, *contemptibiliter abiectiorum.* ὅμοιος τοῖς ἄλλοις, *ſimilis aliis.* ſic ὁμοίως τοῖς ἄλλοις, *ſimiliter aliis.* καταβεβλημένος τῆς γνώμης, vel τὴν γνώμην, *abiectus animo.* ſic καταβεβλημένως τῆς γνώμης, vel τὴν γνώμην, *abiectè animo.*

Congregãdi aduerbia cum datiuo.

Aduerbia iurãdi cum Accuſatiuo.

νὴ & μὰ aduerbia.

Deriuata aduerbia ſequuntur ſtructuram primitiuorum.

Exceptis etiam aduerbiis exclamandi, quibus competit conſtructio huiuſmodi, ὦ acutitonum iungitur Nominatiuo, ὦ λόγος, ὦ φρένες, ὦ σύνεσις, ὦ ἐπιχειρήματα, verba ſunt admirantis orationem Libanij.

Exclamandi ὦ cum nominatiuo.

Conſtruitur etiam cum Genitiuo, ὢ θαύματος, *ô rei miraculum.* Cui quandoque ſubiicitur Accuſatiuus, ὢ θαύματος τὴν παρθένον τίκτουσαν τὸν Θεόν. *ô rei miraculum, virginem parientem Deum.* Sicut etiam Latini dicunt, ô Dij immortales, rem miſeram & calamitoſam.

Idem cum Genitiuo.

Interdum ſine caſu conſtruitur, ὢ πῶς ἀδακρυτὶ τὴν τούτου ἐνέγκω τὴν μνήμην. Sic Virgilius,

O cohibete iras. Et,
O quæ iam ſatis ima dehiſcat Terra mihi.

Abſolutè.

ὦ circumflexũ cum Vocatiuo, ὦ Ἄπολλον, *ô Apollo.*

ὦ Circumflexũ.

Vtuntur Græci in inuocationib. Genitiuo & Vocatiuo eo loco, quo Latini Accuſatiuo & Vo-

Græci inuocationibus vtiitur

in genitiuo & vocatiuo. catiuo: ὦ Ἄπολλον δαιμονίας ὑπερβολῆς, *ô Apollo, magnam felicitatem.* Quem Vocatiuum mutant interdum in Genitiuum, præcedente præpositione πρὸς, ὦ πρὸς τῶν Θεῶν τῆς συμφορᾶς, *ô Dij, rem calamitosam.*

Vocatiuum vocandi mutant Græci in genitiuum.

φεῦ cũ genitiuo. Φεῦ cum Genitiuo, φεῦ τῆς ἀτιμίας, *heu ignominiam.*

οἴμοι gaudet Recto & genitiuo. Οἴμοι, Recto & Genitiuo. Recto, οἴμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλα, *hei infelix, vt perij.* Genitiuo, Lucian. οἴμοι τῶν ἀγρῶν, verba sunt deplorantis agros perditos. Ponitur etiam sine casu, οἴμοι, *hei mihi.*

Nota de exclamatione. Loco exclamationis ponitur nonnunquam solus Genitiuus, vt dictum est superiùs.

ἌΡΤΙ.

ἄρτι nõ iungitur futuro. ἌΡΤΙ construitur omnibus temporibus, dempto futuro: ἄρτι ποιῶ, ἐποίουν, ἐποίησα, πεποίηκα, &c.

ἈΥΘΙΣ, ΕἸΣΑΕΊ.

αὖθις & εἰσαεὶ iunguntur futuris. ἈΥΘΙΣ & εἰσαεὶ adsciscunt futurum, εἰσαεὶ ἔσαι κίνησις, *semper erit motus.* αὖθις διδάξω, *rursus docebo.*

ἈΥΤΊΚΑ.

αὐτίκα reijcit futurum. ἈΥΤΊΚΑ construitur omnibus temporibus, dempto futuro.

ἝΩΣ.

ἕως gaudet indicatiuo. ἝΩΣ, *quamdiu,* gaudet indicatiuo: ἕως ἔζη, *quamdiu viuebat.*

Et Coniũctiuo. Et Coniunctiuo, ἕως κρύπτηται, *quamdiu occultetur.* ἕως ἂν coniunctiuo: & vbi loquimur de re præterita, Optatiuo. ἕως ἂν γένηται, *quamdiu fiat.* ἕως γένοιτο, *quamdiu fieret.*

Et infinitiuo. Construitur etiam ἕως & ἕως ἂν infinitiuis, παρεγκλείνεσθαι, *donec porrigam.*

ΜΈΧΡΙ.

μέχρι cum genitiuo. ΜΈΧΡΙ & ἄχρι ad hunc ferè modum construuntur cum cæteris orationis partibus, μέχρι παντὸς, *sine præfinitione temporis.* sicut διὰ παντὸς. μέχρι τινὸς, *quousque.* μέχρι ζωῆς, *per totam vitam.* μέχρι πρὸς, *usque ad.* μέχρι πρὸς τὸ τέλος, *usque ad finem.* μέχρι πόρρω, *diu.* μέχρι πρώην, *nuper pri...*

μέχρις ἐνταῦθα, μέχρις τοῦδε, *hactenus.* μέχρις οὗ ἄν. *quoad.* μέχρι περ ἂν οὗ, *quousque.* μέχρις ἂν & ἄχρις ἄν, *quamdiu.* μέχρι οὗ, & ἄχρι οὗ, *quoad, quousque.* Et construitur plerumque indicatiuo, μέχρι τοῦ, & ἄχρι τοῦ, *vsquequo.* Præponitur infinitiuis, μέχρι τοῦ, vel ἄχρι τοῦ καὶ ἐρυθριᾶν, *vsquequo erubescerem.*

Cum Indicatiuo.

Et infinitiuo.

ΝΥ͂Ν.

ΝΥ͂Ν omnibus temporibus accommodatur excepto plusquamperfecto: νῦν πειράζομαι, νῦν πειρᾶται, νῦν ἐξαπόλωλε, νῦν ἐπόνουν, νῦν ἐνίκησε. Et non est inchoatiuum orationis, sed semper coniunctioni δὲ coniungitur: ᾤμην ταῦτ' ἐκεῖνον ἐρεῖν, νῦν δὲ οὐδὲν τοῦτον εἴρηκε.

νῦν respuit plusquamperfectũ.

Semper habet iunctam cõiunctionem δὲ.

ἬΔΗ.

ἬΔΗ, quando significat tempus, solùm construitur imperfecto, ἤδη ἔγραφον. & indefinito, ἤδη ἔγραψα. & plusquamperfecto, ἤδη ἐγεγράφειν.

ἤδη gaudet imperfecto & plusquamperfecto.

ΠΆΛΑΙ.

Hvic similem constructionem habet aduerbium πάλαι.

πάλαι.

ὍΤΕ ET ΤΌΤΕ.

ὍΤΕ & τότε construuntur omnibus temporibus præterquam perfecto: ὅτε νοῶ, ὅτε ἐνόουν, ὅτε ἐνενοήκειν, ὅτε ἐνόησα, ὅτε νοήσω, sed non ὅτε νενόηκα.

ὅτε & τότε respuũt perfectũ.

ὉΠΌΤΑΝ.

ὉΠΌΤΑΝ, cùm fit sermo de re præterita, iungitur Optatiuo: τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις, ὁπόταν οἱ θεοὶ βιάζωνται; *nam quid ageres, cùm diuinitus cogerere?*

ὁπόταν iungitur Optatiuo.

ΣΉΜΕΡΟΝ.

ΣΉΜΕΡΟΝ, omnibus temporibus adiungitur, præterquam plusquamperfecto & futuro.

σήμερον respuit plusquamperfectum & futurũ.

ΟΥ̓ΔΈΠΟΤΕ.

ΟΥ̓ΔΈΠΟΤΕ solùm construitur præterito: τοῦτ' οὐδέποτε ἐγένετο, *hoc nunquam contigit.*

οὐδέποτε gaudet Præterito.

ΠΡΊΝ.

ΠΡΊΝ construitur præterito indicatiui: πρὶν εἶπεν,

πρὶν cũ præteri-

to indicatiui, & infinitiuo intercedente ἤ.

εἶπεν, *priusquam dixit*. Et infinitiuo, πρὶν εἰπεῖν, *priusquam diceret*. Quod etiã fit intercedente ἤ, Matt. 1. πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, *priusquam ipsi conuenirent*. Quemadmodum interuenit ἂν cùm additur Cõiunctiuo in re futura, aut Optatiuo in re præterita: πρὶν ἂν γένηται, *priusquam fiat*. πρὶν ἂν γένοιτο, *priusquam fieret*.

Optatiuo & Cõiunctiuo.

Ivngitvr etiã πρὶν ἢ optatiuo & coniunctiuo in re præterita: πρὶν ἢ γένοιτο, & πρὶν ἢ γένηται, *priusquam fieret*. Iungitur etiam in eodem sensu indicatiuo: πρὶν ἔλυσε, *priusquam absolueret*.

Redditiuorum constructio.

Qvemadmodvm nominibus τοῖος, τόσος, τηλίκος, respondent οἷος, ὅσος, ἡλίκος: Sic aduerbiis τῆμος, τότε, τέως, τηνίκα, τόφρα, respondent ἦμος, ὅτε, ἕως, ἡνίκα, ὄφρα. Et in Syntaxi sese mutuò præcedunt & sequuntur, quemadmodum illa nomina: τόφρα δ' ἐπὶ τρώεσσι τίθει κράτος, ὄφρ' ἂν ἀχαιοὶ υἱὸν ἐμὸν τίσωσι, *eousque Troianis vires adde, quousque Græci filium honorent meum*.

LOCALIA.

Loci. Atticismus.

Atticis aduerbiorum localium circumstantiæ confunduntur, ita vt quæ significant ad locũ, ponantur pro significantibus in loco, & contra, vt ἔνδον, pro εἴσω, ἔνδοθεν, pro ἔνδον. Quo modo Virgilius,

-- *Eiectum littore egentem Suscepi*,

dixit, pro Eiectum ad littus.

Aduerbiis annexa præpositio ἐξ.

Aduerbiis de loco addunt nonnunquam præpositionem ἐξ, quamquam per se eam includant. Dicunt enim ἐξ ἐμέθεν, pro ἐμέθεν: ἐξ οὐρανόθεν, pro οὐρανόθεν, hoc fit secũdum eum Tropum, quo coniungunt æquiualentia, sicut & τήμερον ἡμέραν, pro σήμερον: & βάτην ἴθι, pro ἴθι.

QVALITATIS.

Qualitatis quibus verbis gaudent.

Adverbia qualitatis gaudent his verbis ἔχω, διάκειμαι, & similibus. ἐνδεῶς ἔχω, *indigeo*.

ἔχω, vel διάκειμαι, *malè affectus ſum.* Quibus addi poteſt Genitiuus, ſignificans id quod afficitur. οὕτως ἔχω γνώμης, *ſic animo affectus ſum.* πονηρῶς ἔχω τοῦ σώματος, *malè affectus ſum corpore.*

ΠΛΗΝ.

Exceptionis aduerbium πλὴν, quando conſtruitur cum Genitiuo, valet præter: πλὴν ἄλλων, *præter alios.* Sine Genitiuo quandoque ſignificat *præterquam.* Lucianus de ſacrificiis, αἱ δὲ θυσίαι καὶ παρ᾽ ἐκείνοις αἱ αὐταὶ, πλὴν ὅτι πενθοῦσι τὸ ἱερεῖον, *ſacrificia apud illos ſunt eadem, præterquam quòd hoſtiam lugeant.*

πλὴν cum genitiuo.

Sine genitiuo.

Quandoque *verùm, veruntamen.* Matth. 26. παρελθέτω ἀπ᾽ ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο, πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, *tranſeat à me calix hic, veruntamen nō vt ego volo.* Quod idem nonnunquam ſignificat, vbi conſtruitur cum ἀλλά. Lucian. in Iudicio dearum, οὐκ ἐπὶ δώροις τὰ ἡμέτερα, πλὴν ἀλλ᾽ ἄπιθι, *veruntamen abi.*

πλὴν cū ἀλλά.

Nonnunquam etiam abundat in oratione, veluti cùm πλὴν ἀλλ᾽ ἢ, ponitur pro ἀλλ᾽ ἢ, & πλὴν εἰ μὴ, pro εἰ μὴ, vt Ariſtotel. 1. Metaph. οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰατρεύων, πλὴν ἀλλ᾽ ἢ κατὰ συμβεβηκός, *is qui medetur, non ſanat hominem, niſi per accidens.* Sic etiam χωρὶς εἰ μὴ, non plus valet, quàm εἰ μή.

πλὴν abundās.

His contrarium eſt in aduerbio ſimilitudinis οὕτω, quod frequenter non expreſſum ſubauditur, vt Matth. 6. γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, pro οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, *fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo, ita & in terra.* Et Ioan. 20. καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς, pro καὶ οὕτως ἐγὼ πέμπω ὑμᾶς, *quemadmodum miſit me Pater, ita etiam ego mitto vos.* Dicitur etiam οὕτως ὄναιο, quod eſt bene precantis, ſicut Latinis, *Macte virtute.*

οὕτω ſæpe ſubauditum.

ὯΣ.

ὡς cum superlatiuis.

ὯΣ præponitur Superlatiuis, ὡς λαμπρότατον, *quàm splendidissimum.* ὡς τάχιστα, *simul vt.* Quod etiam fit intercedente ὅτι: ὡς ὅτι λευκότατον, *perquàm candidum.*

Intercedēte ὅτι.

ὡς postpositum.

Quandoque etiam postponitur, & tum significat λίαν, ὑπερφυῶς μὲν οὖν ἔφη, ὡς βούλομαι, *magnoper inquit, cupio.* θαυμασίως ὡς ἄθλιος γέγονε, *mirum in modum miser factus est.* θαυμαστῶς ὡς ἐπεθύμησα, *miru in modum petij.* In quo etiam significato nonnunquam præponitur ὡς ἀληθῶς, *quàm verè.* ὡς ἑτέρως *longè aliter.*

ὡς præpositum infinitiuo valet ὥστε.

Si verò præponatur infinitiuo, valet ὥστε. ἀπαίδευτός ἐστιν ὡς μηδὲν εἰδέναι, *tam est ineruditus vt nihil sciat.*

Atticismus.

Atticis autem cōstruitur Accusatiuis pro πρὸς & pro εἰς. ὡς Λακεδαιμονίους, *ad Lacedæmonios.* ὡς Μακεδονίαν, *ad Macedoniam.*

ὯΣ.

ὥς idem quod ὅπως.

ὯΣ acutitonum idem est quod ὅπως. Vnde illud, ἔστιν ὥς, pro *quodammodò & quadantenus* ponitur, vt dictum est superiùs.

ὯΣΤΕ.

ὥστε cum indicatiuis.

ὯΣΤΕ aduerbium digressiuum construitur Indicatiuis: ὥστε λέγει, *itaque dicit*, idque Atticè. Optatiuis: ὥστε λέγοι ἄν, *itaque dicat.* & infinitiuis: ὥστε λέγειν.

ὥστε post nomen & post aduerbium.

Significans autem similitudinem aut æquiparantiam, construitur tam post nomen quàm post aduerbium. Post Nomen, vt τοιοῦτός ἐστιν, ὥστε νοεῖν, καὶ λέγειν τὰ δέοντα, *talis est vt cogitet, & dicat quæ oportet.* τηλικοῦτός ἐστιν, ὥστε πάντας ὑπερβάλλειν, *tantus est, vt omnes superet.* Post aduerbium, οὕτως ὥστε πάντας θαυμάζειν, *sic vt omnes admirentur.*

DE NEGATIVIS ET PROHIBITIVIS.

IN orationibus negatiuis Græci plerumq; præponunt negationem vtrique verbo, quam Latini dumtaxat alteri præponunt: οὔ φημί σε εἰδέναι, pro φημί σε οὐκ εἰδέναι, *dico te nescire.* μὴ προσποιοῦμαι τοῦτ' εἰδέναι, pro προσποιοῦμαι τοῦτο μὴ εἰδέναι, *dissimulo hoc scire.* οὐκ ἀξιῶ τοῦτο ποιεῖν, pro ἀξιῶ τοῦτο μὴ ποιεῖν, *indignum puto hoc facere.* οὐ νομίζω εἶναι, pro νομίζω μὴ εἶναι. οὐκ οἴομαι δεῖν, pro οἴομαι οὐ δεῖν, & sic de aliis.

Græci præponũt negationẽ vtrique verbo.

Quòd si quandoque inueniatur negatio postposita verbis, hoc fit per figuram Anastrophen. κοιμησόμεθα οὐ, pro οὐ κοιμησόμεθα.

Nota Anastrophen.

Οὐ, si præcedit dictionem incipientem à vocali non aspirata, scribitur οὐκ: οὐκ ἔχομαι, οὐκ ἐποίησα, οὐκ ἔστιν. Si verò præcedat eam, quæ incipit à vocali aspirata, scribitur οὐχ: οὐχ ἡμεῖς, οὐχ ὁρᾷς, οὐχ ἕλκεται. Sed si præcedat inchoatam à consonante, scribitur οὐ: vt οὐ ποιεῖς, οὐ λέγω.

οὐ & οὐκ.

In hunc ferè modum construitur negatio οὐ, cum cæteris orationis partibus peculiariter: ὅσον οὐ, ὅσον οὔπω, μόνον οὐ, pro, fermè, circiter. ὅσον οὐδέπω, ὅσον οὐκ ἤδη, pro, quamprimum, iamiam, οὐ μόνον τοῦτον, dicunt pro, *neque hunc solum*, vel *neque has solas*, vel *neque hic solus*, vel *neque hæc sola*: & ita per omnia genera, & per omnes casus; ἀπέκτεινε τοὺς φίλους, οὐ μόνον τούτους ἀλλὰ καὶ τὸν πατέρα, *occidit amicos, & non hos solùm, sed etiam patrem.* ἀπολείπονται γείτονες πάντες, οὐ μόνον οὗτοι, ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ, *relinquuntur omnes vicini, & non hi solum, verumetiam pater.*

Constructio aduerbij οὐ cũ aliis partibus. ὅσον οὐ.

Οὐδέν τι μᾶλλον, Atticis capitur pro οὐδαμῶς, vel potiùs pro nihilo magis. τοῦτο μὲν εἰδὼς οὐδέν τι μᾶλλον ἐπιστάμην γράμματα, *hoc cùm nouissem, nequaquam, vel nihilo magis nouissem literas.*

οὐδέν τι μᾶλλον. Atticismus.

Composita ex negatione & nomine numerali nonnunquã soluuntur, & quandoq; per tmesim:

Composita ex negatione & no-

mine numerali per tmesim soluta. οὐδὲ εἷς, pro οὐδείς. οὐδὲ ἕν, pro οὐδέν. οὐδ' ἂν εἷς, pro οὐδεὶς ἄν. μηδ' ἂν εἷς, pro μηδεὶς ἄν. μηδ' ἂν μία, pro μηδεμία ἄν. οὐ τίν' οὖν, *nullum penitus.* οὐδ' ὅτι οὖν, *nihil quicquam.* οὐχ ὅτι, οὐχ οἷον, *nedum.* οὐκ ἔσθ' ὅπως, *nullo pacto.* vt οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ εἶ, *fieri non potest quin sis.* οὐκ ἔσθ' ὅτι, *nihil.* οὐκ ἔστιν ἐφ' ὅτῳ, *in nullo.* οὐκ ἔστιν οἵ τινες, *nulli.* οὐ γάρ, *nónne, an non.* οὐ γὰρ δή, valet, *absit.* Pro quo etiam capitur, οὐκ ἀγαθέ, *absit.* οὐ γὰρ ἄν, *alioqui non.* οὐ γὰρ ἀλλά, & οὐ μὴν δή, *nequaquam, minimè verò.* οὐ γὰρ ἀλλά, *enim uerò, verùm enimuerò.* Ponitur enim abundante negatione pro καὶ γάρ: vt, μὴ σκῶπτε, οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς, *ne cauillare, etenim malè habeo.* οὐ γὰρ ὅπως, *non enim hoc modo, neque enim tantummodò.*

οὐχ ὅπως. Οὐχ ὅπως, *non solùm, non solùm non.* significat etiam non vt. Et pro eo οὐχ ὡς, sæpe dicitur.

μὴ ὅτι. Μὴ ὅτι, *non solùm, non solùm non.* Idem significat οὐχ ὅτι, quod etiam capitur pro *non quod,* & tum solùm construitur indicatiuo: οὐχ ὅτι μή, *non [...]* οὐχ ὅτι μὴ καλὸν εἶναι οἶμαι, *non quin honestum esse c[...]* οὔτοι, *nequaquam.* οὔτι, id est, οὐ: abundat enim [...] in πάνυ τι, οὔτι που, *an fortè, num fortè.*

οὐ μὴν ἀλλά. Οὐ μὴν ἀλλά, vel οὐ μὴν ἀλλά γε, *enimuerò, at verò, quin etiam, sed tamen.* οὐ μὴν ἀλλ' ἔστω, *verùm esto, sit sanè,* quod concedentis est. Interdum per tmesim profertur: οὐ μὴν αὐτός γε, ἀλλά, pro οὐ μὴν ἀλλὰ αὐτός γε.

Nota de οὐ μὴν ἀλλά. Quòd si ex οὐ μὴν ἀλλά, tollatùr ἀλλά, iam erit negatio: οὐ μήν, *nec verè.*

οὐ μέντοι ἀλλά. Quandoque dicunt, οὐ μέντοι ἀλλά, & οὐ μὴν ἀλλά γε, pro *veruntamen.*

οὐ μὴν οὖν γε. Οὐ μὴν οὖν γε, *non quidem.* οὐ μὴν οὖν, *certè non, [...] tamen non.*

οὔτε μήν. Οὔτε μήν, οὐδὲ μήν, *nec verò, nec tamen.* οὐ μὴν [...] *haud dum tamen.* οὐ μὴν οὐδέ, οὐ μὴν οὔτε, *non [...] veruntamen non.*

Negationes duæ QVANDOQVE fit apud Grecos, vt duę negation[es]

affirment, sicut Latinis: οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως οὐκ ἔχετε μου τὰ χρήματα, *certè vos habetis pecuniam meam.* Aristoph. οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως οὐκ ἐξελῶ τῆς οἰκίας, *nullo modo non eiiciam domo,* hoc est, omnino eiiciam & abdicabo.

aliquando apud Græcos affirmāt.

VERVM vt plurimum duæ negationis vehemētiùs negant, vel altera abundat. οὐ μὴ ποιήσω, *nequaquam faciam.* Sic Ioan. 15. χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν, *sine me non potestis facere quicquam.* Homerus, οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα, negationis habet repetitionem. Nec est similis loquendi ratio in ναὶ μὰ: nam μὰ per se negat, vt μὰ Δία, *non per Iouem.* ναὶ μὰ, verò affirmat, ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, pro νὴ τόδε σκῆπτρον, *per hoc sceptrum:* quo in loco μὰ abundat.

Vt plurimū negant vehementius.

Οὐδαμῇ οὐδαμῶς, *nullo prorsus pacto.* Hic etiam negatio videtur ex superfluo addita, & est solùm ἀρνητικόν. Verùm μηδαμῇ μηδαμῶς, idem significat, sed ἀπαγορευτικόν, etiam esse potest.

οὐδαμῇ οὐδαμῶς.

HIS opponitur πάντῃ πάντως, *vsquequaque.* Et οὐ, γὰρ ἀλλὰ, ex abundantia negationis capitur quādoque pro καὶ γάρ. Aristoph. in Ranis, μὴ σκῶπτε, οὐ γὰρ ἀλλ᾽ ἔχω κακῶς, *ne cauillare, etenim malè habeo.*

πάντῃ πάντως.

Similiter in hoc, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, *nequaquam, multùm abest.* virtute geminatur negatio, vt patet, cùm dicitur, ταῦ μήπω γέγονεν, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, *hæc nondum facta sunt, & multum abest, vt fiant.* Nam nihil refert si negationem auferas, & dicas, ταῦ μήπω γέγονεν, καὶ πολλοῦ δεῖ, *& multum abest vt fiant.* Quin & contraria dictione idē significatur, οὐδ᾽ ὀλίγου δεῖ, *nequo parum interest,* id est, *multum abest.* Quia hic negatio vim suam seruat, quę in illo, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, ornatus causa & Atticè ponitur

οὐδὲ πολλοῦ δεῖ.

FIT etiam ex abundātia negationis, quòd Attici addant negationes verbis quæ per se sunt negatiua, qualia sunt, ἀπαγορεύω, κωλύω, ἀρνοῦμαι, ἀπέχω, &c. ἔξαρνός εἰμι μὴ ποιῆσαι, *nego me fecisse.* κωλῦσαι μὴ ἐξάγειν, *vetare, quò minus exportent.* οὐκ ἐξαρνοῦμαι,

Abundātia negationis.

μὴ γεγονέναι ἐρωτικὸς, *non eo inficias, me in amorem fuisse procliuem.*

Negationis geminatio.

In locutionibus quoque, quæ per infinitiuum efferuntur, geminatur quandoque negatio per μὴ οὐ, vel μὴ οὐχί: vt οὐκ ἂν ἔξαρνος γένοιο, μὴ οὐκ ἐμὸς υἱὸς εἶναι, *non posses negare, quòd sis filius meus.* οὐ θέμις μὴ οὐχὶ πρόθυμος εἶναι τοῖς φίλοις, *nefas est, quòd non sis paratus amicis.*

Quæ duplicatio negationum quandoque seruata eadem constructione, significat *nisi*: μὴ ἐλπίζε τὸν Θεὸν ἱλάσκεσθαι, μὴ οὐκ ἀπέχεσθαι κακίας, hoc est, ἐὰν μὴ ἀπέχῃς. In qua locutione ἐφ' ᾧ, vel ἐπὶ τῷ, subaudiri videtur, quasi dicatur: ἐφ' ᾧ μὴ οὐκ ἀπέχεσθαι.

Significat etiam seruata eadem constructione, *quin, quò minus*: τὸν γὰρ ἕτερον ὀφθαλμὸν οὐδεμία μηχανὴ μὴ οὐκ ἀμβλύτερον δεδορκέναι, *nullo pacto fieri potest, quin alter oculus obtusiùs viderit.*

μὴ οὐ cum participio.

Construitur etiam μὴ οὐ, vel μὴ οὐχὶ, quando significat *quin*, vel *nisi*, cum participio. οὐκ ἂν ἄξιος εἴην λέγων, μὴ οὐχὶ πρότερον ἀληθεύσας ..., *esset credendum quod dico, nisi prius vera dixissem.* οὐ ... ἐκεῖνα διατραπεῖν μὴ οὐχὶ, καὶ τούτων ἀναπεσόντων, ... *illa non possunt, quin & hæc concidant.*

Cum infinitiuo addita καὶ.

Item ponitur pro *non etiam*, quando construitur cum infinitiuo, addita καὶ Coniunctione: ... οὐδαμῶς ῥᾴδιον, πολλὰ κακὰ δρῶντα τοὺς ἄλλους, μὴ οὐ καὶ πάσχειν αὐτὸν πολλὰ ἕτερα, *illud nequaquam facile fit, qui in alios multa mala committit, non etiam patiatur ipse multa alia.* Quod etiam per alteram tantum negationem dici potest: μὴ καὶ πάσχειν αὐτὸν, vel καὶ πάσχειν αὐτὸν, *non & patiatur & ipse.*

μὴ οὐ cum indicatiuis.

Inuenitur etiam μὴ οὐ, vel μὴ καὶ construi in indicatiuis, pro nequaquam: Aristot. 2. Politic. ... γὰρ οὐ μάτην τὴν πρὸς ἑαυτὸν αὐτοῖς ἔχει ... *temerarium est, quòd sibi sit ...*

οὐ μὴ poscunt subiunctiuum.

Quòd si has particulas inuertas, vt ...

Subiunctiuum ferè poscunt, rarò etiam Indicatiuum, aut Optatiuum, eodẽ significato, hoc est, pro *nequaquam*. Lucian. θάῤῥει, οὐδὲν οὐ μὴ γένηται ἄδικον, δικαιοσύνης ταύτης παρούσης, *confide, haudquaquã enim iniustum fieri potest, cùm iustitia adsit.* Cum Indicatiuo, τοὺς μὲν γὰρ πονηροὺς οὐ μήποτε βελτίους ποιήσετε, *prauos nequaquam reddetis meliores.*

Cum Optatiuo, οὐ γὰρ μήποτε καλισχύσειε τῶν πεφυκότων, *nequaquã præualere posset aduersus ea, quæ accidunt.*

Sicut Atticis quandoque abundat negatio, ita etiam eisdem sæpe deest, & subauditur. Sic Demosth. περὶ παραπρ. πρὸς ἓν οὐδ᾽ ὁτιοῦν τούτων ἀπολογήσεται, dixit pro, πρὸς οὐδὲν οὐδ᾽ ὁτιοῦν ἀπολογήσεται.

Atticis & abũdat & deest negatio.

Μὴ negatiuum iungitur Indicatiuo in præteritis, & in præsenti: δέδοικα μὴ λελήθαμεν, *vereor ne non intelligamus.* δέδοικα μή πως καὶ σέ τι τούτων ἐτάραξεν, *vereor ne te quippiam horum conturbarit.* In præsenti, φοβεῖσθε μὴ δυσκολώτερόν τι νῦν διάκειμαι.

μὴ negans cum indicatiuo.

Iungitur etiam μὴ, similiter ὅπως μὴ, & ὡς μὴ, Optatiuis: ἐγώ σου κήδομαι μὴ, vel ὅπως μὴ, vel ὡς μὴ ἀδικοίης, *ego gero curam tui, ne quis afficiat te iniuria.* Similiter Coniunctiuis, ἐλλειπτικῶς, deficiente scilicet σκόπει, vel ὅρα, aut alio simili verbo: ἀλλὰ μὴ λάθωμεν ἑαυτοὺς, vel sic, ἀλλ᾽ ὅπως μὴ λάθωμεν ἑαυτοὺς, *sed videndum nobis, ne per imprudentiam errèmus.*

Nota cũ Optatiuo.

Cum coniunctiuo.

Et accipitur sæpe μὴ pro οὐ, sed nunquam οὐ pro μή. μὴ ἀπαγορευτικῶς construitur omnibus modis, dempto indicatiuo: μὴ λέγε, *ne dic.* μὴ γνῷς, *ne noscas.* μὴ γνώῃς, *ne noueris.* μὴ γνῶναι, *ne noueris.*

μὴ pro οὐ, sed nũquam contra.

Dum est interrogatiuum, iungitur indicatiuo: μὴ θέλεις φαγεῖν; *an non vis comedere?*

Vt μὴ construitur ἀπαγορευτικῶς, & οὐ, ἀρνητικῶς: sic eorum composita, videlicet μήτοι, μήτοι γε, μήποτε, & similia, ἀπαγορευτικῶς. Et οὔτοι, οὔποτε, οὐδέποτα, & alia huiusmodi, ἀρνητικῶς. atque apagoreutica pro arneticis accipiuntur: non contrà arnetica

Nota de compositis à μὴ & οὐ.

pro apagoreuticis.

Nota de μὴ cũ cæteris orationis partibus.

CONIVNGITVR μὴ cæteris orationis partibus in hunc ferè modum, μῶν μὴ, *nónne*. μήτις, *nunquis*. μήτι, *nunquid*, vel *nequid*. μήποτε, *an*, construitur non tam percunctanter, quàm dubitanter: ἀλλὰ μήποτε οὐ τοῦτο ᾖ τὸ αἴτιον, ἀλλὰ τὸ προειρημένον; *an potiùs non hæc causa est, sed suprà dicta?* μήποτε ἄγαν ἀνόητες ᾖ, *haud scio, an stultum sit.*

Cum Coniũctiuis & Indicatiuis.

Construitur Coniunctiuis & Indicatiuis, vnde licet dicere, μήποτε λέγεται, vel μήποτε λέγηται.

Cum Optatiuo.

EST etiam quandoque negatiuum, vel optatiuum: μήποτε τοσοῦτον ἀμελήσαιμεν τῆς ἀρετῆς, *absit vt tantùm negligamus virtutem.*

Capitur etiam pro οὐδέποτε, *nunquam*. μήτοι γε, *nequaquam, saltem, certè*. ὅτι μὴ, *nisi*. μήτι, μήτι δὴ, μήτιγε, μήτι γε δὴ, μήτε δήγε, μήτοι γε, μὴ ὅτι γε, valent, *nedum*. Et huic postremo respondet in constructione ἀλλὰ, vt μὴ ὅτι καλὸν, ἀλλὰ κάλλιστον, *non solùm honestum, sed honestissimum.*

Μὴ γὰρ ὅτι, *non solùm enim*. μὴ δῆτα, *absit*: vt μὴ δῆτα ὦ φίλε, hoc est, *absit, vt hoc facias amice*. Ponitur etiam pro *dij auertant, dij meliora*. Pro hoc etiam ponitur μὴ γὰρ δὴ, vel μὴ γάρ γε: vt μὴ γὰρ δὴ γνώμης ἡμετέρας κατίσχυε ἡ τύχη, *absit enim vt præualeat proposito nostro fortuna*. ὅπως μὴ, pro, μὴ ponitur. Lucian. in Iudicio dearum, ὅπως μὴ χαλεπαίνητε δικαστῇ, *ne molesti sitis iudici.*

CONIECTANDI.

Coniectandi cũ Indicatiuo.

ADVERBIA coniectandi iunguntur Indicatiuis, ἴσως ἐρῶ, *fortassis dicam*. Quòd si Optatiuo iungantur, aut coniunctiuo, non fiet sine coniunctione ἂν expressa, vel saltem subaudita: ἴσως φαίη ἄν, *forsan dixerit*. ἴσως ἂν ἔλθω, *forsitan venero*. quod commune est omnibus aduerbiis cum verbo constructis.

Εὖ ἂν ἔχοι, *bene habeat*. πόῤῥω ἂν εἴη, *procul absit*. Δί' εἴποι μ' ἄν, *per Iouem dixerim*: & ita in aliis.

Ina

Imperatiuis verò non construuntur aduerbia coniectandi: non enim dicitur, τάχα γράφε, τυχὸν λέγε.

Aduerbia coniectandi Imperatiuis non iunguntur.

INTERROGANDI.

INTERROGANDI aduerbia præponuntur verbis: πόθεν πορεύῃ; πόθεν ἦλθες.

Interrogandi quibus verbis præfixa.

QVOD si quando postponantur, id fiet per figuram anastrophen. ἔρχῃ πότε; ὑπάγεις πόθεν; Quæ figura frequentius fit in aduerbio πῶς, vt ἔσαι δὲ τοῦτο πῶς; *at hoc quónam pacto fieri poterit?* γενήσεται δὲ πῶς; *at id quónam modo euenturum est?*

PONITVR etiam πῶς interdum nō interrogatiuè, sed emphaseως gratiâ significans *plurimùm*, & quasi admirabundè profertur: ἐγὼ δὲ τούτου τοῦ τρόπου πῶς εἰμ' ἀεὶ, *at ego mirè hoc ingenio præditus sum.*

πῶς pro plurimùm.

Πῶς οὐ, in responsionibus assensionem significat: πῶς γὰρ οὔ; *quid ni?* πῶς οὐκ ἀδικεῖς; *nónne tu improbus es?* πῶς οὐκ αἰσχρόν; *nónne turpe est?* πῆ; *quomodo? qua ratione?* Huic respondet ᾗ, vt dictum est.

πῶς οὐ.

πῶς γὰρ οὔ.

CVM autem apponitur μὲν & δὲ, significat partim: πῆ μὲν διαφέρει, πῆ δὲ ὁμοίως ἔχει, *partim differt, partim similiter se habet*: quod etiam significat τῇ μὲν, τῇ δὲ, vt dictum est superiùs. πῶς & πῆ dum accipiuntur interrogatiuè, circumflectuntur, alia verò acuuntur in penultima: dum verò capiuntur indefinitè, loci aut figuræ, aut modi significatiua, inclinātur, nisi fuerint trissyllaba. Nihil enim inclinatur, quod sit plus quàm dissyllabum, πόθεν ἔρχῃ; *vnde venis?* ἐρχόμενος δέ ποθεν, *alicunde veniens.* πῶς ἔχει; *quomodo habet?* οὕτω πως ἔχει; *sic habet.* πότ' ἦλθες; *quando venisti?* ἦλθεν δέ ποτε, *veni aliquando.* Et hoc pacto frequenter postponitur ποτε, dictionibus infinitis intercedente Coniunctione δὴ, ὁπόσος δήποτε, *quantuscunque.* ὁποσοσοῦν δήποτε, *quotuslibet.* ὁπότερος δήποτε, *vterlibet.* ὁπόποτε, ὁπουδήποτε, *vbicunque.* ὁσάκις ποτε, ὅπως δήποτε, ὅπως δήποτ' οὖν, ὅπη δήποτε, *quouis*

πῆ μὲν πῆ δέ.

πῶς & πῆ.

modo, quomodocunque, vtcunque. ὅ δήποτε, ἃ δήποτε, [illegible] δήποτε, *quoduis.* ποῖος δήποτε; *interrogatiuè, qualis tandem.*

OPTANDI.

εἴθε & αἴθε optandi cū verbis modi Optatiui.

Εἴθε & αἴθε, aduerbia optandi construuntur verbis Optatiui modi, εἴθε γράψειεν, *vtinam scriberet.* αἴθε γράφοιμι, *vtinam scriberem.*

Cum Indicatiuo.

Cùm autem adduntur indicatiuis, faciunt, vt optatiuam recipiant constructionem: εἴθε ἔγραψε, *vtinam scripsisset.* εἴθε ἦν ποιεῖν, *vtinam licuisset facere.*

αἴθ' ὄφελες.

αἴθ' ὄφελες, habet quidem significationem optationis, verùm hoc differt ab aliis optandi aduerbiis, quòd semper construatur in secunda persona. Ἰλιάδ. α. αἴθ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος καὶ ἀπήμων ἧσθαι, *vtinam sederes.*

ὡς ὄφελες.

Dicitur etiam ὡς ὄφελες. Interdum enim ὡς additur, interdum non additur. Dicunt præterea, εἰ γὰρ ὄφελον, pro ὄφελον.

Accommodata huic loco mihi visa sunt [illegible] Aduerbiorum Regimine, acutè & doctè nostri [illegible] Grammaticus: Aduerbia (inquit) non verbis tantum [illegible] etiam nominibus & participiis, quin & suo ipsorum generi apponuntur ad exprimendam aliquam circumstantiam. Aristot. εὐδαιμόνως ζῆν, *beatè viuere.* Plato, οὐ πάνυ ἄξιος κοινωνίας [illegible] *non admodum communicatione dignus.* Idem, [illegible] χρονίως, *tam diu.* Qualitatis aduerbia sæpe inseruiunt periphrasi. Demosth. κακῶς ἔχων νόμος, pro κακὸς νόμος, *mala, iniqua lex.* Aristoph. ἀναγκαίως ἔχει μοι ταῦτα ποιεῖν, pro ἀναγκάζομαι ταῦτα ποιεῖν, *cogor hæc facere.* Eadem rursus circumscribuntur per nomen substantiuum cum præpositione. Isocr. τοὺς μετ' εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης ζῶντας, pro τοὺς εὐσεβῶς καὶ δικαίως ζῶντας, *eos qui piè ac iustè viuunt.* Demosth. μετ' ἀληθείας [illegible] σκοποῖτο, pro ἀληθῶς, *verè.* Efferuntur [illegible] etiam per datiuum modalem. Aristot. ἀὴρ καὶ ὕδωρ καὶ [illegible] τῇ φύσει λευκά, *aër & aqua per se* [illegible] id est, φυσικῶς, *naturaliter.* Sic Virg. Æn. [illegible] *Con*[illegible] *omnes animisque volentibus vrbem afferimur:* pro [illegible] ac sponte. Comparatiuum aduerbium μᾶλλον comparatiuis sæpe additur; pleonasmi quidem specie, non tamen [illegible] emphasi. [illegible] μᾶλλον [illegible]. Sic D[illegible]

Qualitatis aduerbia sæpe inseruiunt periphrasi.

Circumscribūtur per nomen substātiuum cū præpositione.

μᾶλλον additur comparatiuis.

Halicarnaſſ.311,9. προχειρότερον μᾶλλον ἢ φρονιμώτερον, *promptius quam prudentius.* Sic item Alcimus lib.1. *Quoque magis natura hominis ſublimior exſtat.* Contra idem quandoque deeſt: vt apud Homer. quoque, βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι, *malo ego populum ſaluũ eſſe, quàm perire.* Negandi aduerbia interdum iterantur, aut per ſynonyma duplicãtur, ad negationis vim magis intendendam. Ariſtoph. μὰ τὸν Ἀπόλλω, οὐκ, ἢν γε μὴ ὀμόσῃς ἐμοί, *non, per Apollinem; non; niſi mihi iuraueris.* Sic Demoſth. οὐ γάρ ἐστιν ὅμοιον, Ἀριστόγειτον, οὐχ ὅμοιον, οὔ, *non eſt enim ſimile, Ariſtogiton; non ſimile, non.* Sic item Cicero de Aruſp. reſp. *Non ignouit, mihi crede, non: niſi fortè tibi ignotum putas.* Sic negatiuorum nominum & coniunctionum negatiuarum adiectione intenditur aduerbiorum negatiuorum efficacia. Plato apologia, οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν, οὔτε ζῶντι, οὔτε τελευτήσαντι. Sicut etiam Lucilius apud Nonium, *Proprium nil neminem habere,* (μηδένα μηδὲν ἔχειν ἴδιον) pro, Neminem quidquam habere proprium.

μᾶλλον ſubauditum in oratione.

Negantia iterata.

Aduerbiorum negatio intenditur.

Aduerbia, præmiſſo à fronte articulo, ſubaudito à tergo participio, nominum vicem gerunt. vt, Xenoph. τὰ ἔμπροσθεν ἅμα καὶ τὰ ὄπισθεν ἰδεῖν, *anteriora pariter & poſteriora videre.* ſic οἱ πέλας, οἱ πλησίον, οἱ ἐγγὺς, ſcilicet ὄντες, *propinqui.* Sic item οἱ πάλαι, *veteres*: οἱ νῦν, *qui nunc ſunt*; εἰς τὴν αὔριον, *in craſtinum.* cuius generis alia ſupra quoque notata. Item ὁ πάνυ, *excellens, præſtans*: ὁ ἄγαν, *nimius*; & ſimilia. Horum imitatione Virg. dixiſſe putatur, *peccare fuiſſet ante ſatis*: vt ſit τὸ πρότερον ἁμάρτημα: & Terent. Hecyra, *omne quod eſt interea tempus*, πᾶς ὁ μεταξὺ χρόνος. Interdum tamen etiam pleonaſticῶs aduerbio præmittitur articulus. vt τὸ πρὶν, *prius*: τὰ νῦν, *nunc*: τὰ μάλιστα, *maximè.* itidemque τὸ ἐξ ἀρχῆς, & τὸ κατ' ἀρχὰς, *initio*: τὸ ἐπὶ τούτοις, *exinde*: τὸ ἐπὶ πλεῖστον, **vt plurimum**, & ſimilia. quæ nonnunquam etiam (velut compoſita) coniunctè ſcripta reperiuntur; τοπρὶν, τανῦν, &c. In diuiſa ſcriptura ellipſis quædam videtur ſtatui: vt τὸ πρὶν ſignificet, *ſi priora ſeu ſuperiora ſpectes*: τὰ νῦν, *ſi ſpectes ea quæ nunc ſunt*; ſeu, *quod attinet ad præſentem ſtatum.*

Aduerbia cum articulo & participio pro Nomine.

Articulus abũdans ante aduerbium.

CASVM porro alium alia ſibi ſumunt aduerbia. Deriuata ſuæ originis ſtructuram plerumque imitantur. Plato, ἀξίως ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, *ita vt viro bono dignum eſt.* Ariſtot. Ethic. Eud. ἰσαχῶς τῷ ὄντι, *tot modis quot ens.* Demoſth. ὁμοίως τοῖς μάλιστα, *vt qui maximè.* Sic aduerbia e verbis & participiis deriuata. Hom. ἔξοχα πάντων, *ſupra omnes, præſtantius quam omnes.* Dionyſ. Halicar. συμφερόντως τῷ κοινῷ, *ita vt conducit reipub.* Sic item è præpoſitionibus orta. Homer. ἐέλσαι πόλιν εἴσω, *cogere intra vrbem*, ſeu *in vrbem.* Apollon ἐκ δὲ πύργων βαῖνον, *è turribus egrediebantur.* Quædam etiam pro-

Deriuata ſequũtur ſtructuram originis.

prios sibi casus asciscunt, partim significationis natura, partim nominum imitatione, partim alio quopiam respectu.

Aduerbia regētia genitiuum. GENITIVVM regunt Localia: vt, ἐγγὺς τῆς πόλεως, prope *vrbem* : πλησίον τῆς ἀγορᾶς, *prope forum* : πόῤῥω ἡμῶν, *procul à nobis* : ἐνώπιον ἐμοῦ, *coram me, in conspectu meo*: πάροιθε ποδῶν, *ante pedes* : πρόσθε θυρῶν, *ante fores*: ἕως τοῦ λόφου, *vsque ad collem* : μεταξὺ τῆς ἄκρας καὶ τοῦ Καπιτωλίου, *inter arcem & Capitolium* : πέραν τοῦ Ἰορδάνου, *vltra Iordanem* : πέρα τοῦ μέτρου, *vltra modum* : εἴσω τοῦ χάρακος, *intra vallum* : ἐντὸς ὑμῶν, *intra vos*: ἔνδοθι κρήνας, *in fonte* : ἐκτὸς τοῦ σώματος, *extra corpus* : ἔξω πόλεως, *extra vrbem.*

Temporis. Temporalia : vt εὐθὺς τοῦ δείπνου, *statim à prandio* : μέχρι τῆς ἑσπέρας, *vsque ad vesperam* : εἴσω τριάκοντα ἡμερῶν, *intra dies triginta.* Horum quædam genitiuum regunt respectu partitionis, vt ποῦ γῆς; *vbi terrarum?* πανταχῆ τῆς χώρας, *per omnes regionis partes* : ἐνταῦθα τύχης, *in hac fortuna conditione.* Item, πότε τοῦ χρόνου; *quo temporis articulo*: πρωῒ τῆς ἡμέρας, *matutino diei tempore* : ὀψὲ τῆς ἡμέρας, *vespertina diei parte.*

Numerandi. Sic illa Numeratiua, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, *semel in anno* : πεντάκις τῆς ἡμέρας, *quinquies in die*: vel *semel quotannis quinquies quotidie.*

Cohærentiæ. Seriei & cohærentiæ aduerbia: vt, ἑξῆς τοῦ ἑνὸς, *deinceps post vnum.*

Separandi. Separationis aduerbia: vt ἄνευ κινδύνου, *sine periculo* : χωρὶς τῶν ἄλλων, *sine ceteris* : item apud poëtas, ἀπάνευθε πόνου, *absque labore* : δίχα δώρων, *sine muneribus*:

Excipiendi. νόσφι Διός, *sine Ioue.* Sic exceptionis aduerbia : vt πλὴν γυναικῶν, *præter mulieres, exceptis mulieribus.*

Celandi. Celandi aduerbia : vt λάθρα τῶν φίλων, *clam amicis* : κρύβδα Διός τ' ἄλλων τε θεῶν, *clam Ioue aliisque diis.*

Caussandi. Caussæ : vt τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα, *boni caussa*: τῆς ἀληθείας χάριν, *veritatis gratia*: τοῦ κέρδους ἕνεκα, *propter lucrum.*

Similitudinis. Similitudinis seu comparationis : vt, ποταμοῦ δίκην πυρὸς, *instar fluuij aut ignis.* Sic Philo, ἑρπετώδους νοσήματος τρόπον διαφάγῃ, *more serpentis vlceris peredierit.*

Comparatiui & superlatiui gradus. Comparatiua & superlatiua : vt, μᾶλλον τῆς φύσεως, *magis quàm natura postulat* : πλέον τοῦ δέοντος, *magis quàm oportet*: μάλιστα πάντων, *omnium maximè* : ἥκιστα πάντων, *omnium minimè.*

Regunt datiuū Aduerbia congregandi. DATIVVM regunt Congregatiua : vt ὁμοῦ τοῖς συνεργοῖς, *vna cum sociis* : ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, *vna cum prima luce.*

Accusatiuum iurandi. ACCVSATIVVM regunt Iuratiua aduerbia : vt, ναὶ μὰ Δία, *ita per Iouem* : οὐ μὰ τὸν Ἀπόλλω, *non per Apollinem.*

τὶ pleonasticœs. At τὶ in μεγαλωσὶ, νεωσὶ, & similibus, pleonasmi habet speciem: quantum tamen significationem adauget : vt in νυνὶ, adiectio finalis demonstrat efficacius; velut demonstratiuum ἰδού.

Aduerbia regētia duos casus. DVOS etiam casus quædam adsciscunt; modo genitiuum, modo datiuum. Ioan. 19. ἐγγὺς ἦν τῆς πόλεως, *prope vrbem* : at Aristot. ἐγγύς ἐστι τῇ κοιλίᾳ, *vicinum est ventri.*

Ra-

Rursum Ioan.4. πλησίον τοῦ χωρίου, *prope prædium*: at Aristot. τῶν πλησίον τοῖς ἀγγείοις τιθεμένων, *eorũ quæ prope vasa ponũtur*. Rursum Galenus, ἐφεξῆς αὐτῶν, *post eos*: at Aristot. Polit. ἐφεξῆς τοῖς εἰρημένοις λέγωμεν, *consequenter post supra dicta dicamus*. Rursum Epigramm. lib. 1. ἄμμιγα νεκροῖς κεῖμαι, *inter mortuos iaceo*: at lib. 3. ἤσκησεν Μουσῶν ἄμμιγα καὶ Χαρίτων, *inter Musas & Gratias exercuit*.

QVÆDAM præpositionem sibi adsciscunt Aristot. μέχρι πρὸς τὸν ἥλιον, *vsque ad Solem*. Aratus: μέσφα παρ' αὐτὴν οὐρὰν, *vsque ad ipsam caudam*. Cum verbis autem quam variè construantur, fusius exposui.

Quædam aduerbia sibi adsciscunt Præpositionem.

CONIVNGVNTVR etiam interdum aduerbia synonyma. Hesiod. Ergωn. 1. νόσφιν ἄτερθε κακῶν, καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο, *sine malis & absque difficili labore*. Sic apud Aristoph. μάλα σφόδρα, *magnopere*: & apud Platonem πάνυ σφόδρα, *omnino*. vt & apud Cic. de legibus, *Sanè quidem Hercule; & est ista rectè docendi via*.

Aduerbia Synonyma iuncta.

ORDINE quoque variant. nam cætera ferè omnia præcedunt suum casum; sed caussæ ac similitudinis aduerbia plerumque sequuntur: interdum tamen illa postponuntur, hæc præponuntur.

Ordo aduerbiorũ in oratione.

ABSOLVTE quoque sine casu ponuntur quædam. Thucyd. ἔτη ἐγγὺς τριακόσια, *anni prope trecenti*. Dionys. Halicarnass. ὁμοῦ πεντακόσια ἔτη, *annos fermè quingentos*. Idem, ἐτῶν ὁμοῦ τι πεντακοσίων, *annis fermè quingentis*. Aristoph. οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν ἐγώ, *non est alius præterquam ego*.

Aduerbia in oratione absolutè posita.

PER ellipsin reticentur interdum caussalia. Sic apud Thucyd. lib. 1. διότι δ' ἔλυσαν, τὰς αἰτίας ἔγραψα πρῶτον καὶ τὰς διαφορὰς, τοῦ μήτινας ζητῆσαί ποτε ἐξ ὅτου τοσοῦτος πόλεμος τοῖς Ἕλλησι κατέστη, id est, ἕνεκα τοῦ, seu ὑπὲρ τοῦ, *eam ob rem, seu ea de caussa, vt ne quis fortè quær.* Sic Terent. Adelph. *Ne id assentandi magis, quàm quod habeam gratum, facere existimes*. Sallust. *Regium imperium, quod initio conseruandæ libertatis atque augendæ reipub. fuerat*. nam in his quoque subauditur *gratia, caussa*. itidemque Institution. Iustin. lib. 3. *laudamus quidem prætores suæ humanitatis*.

Aduerbia quæ per ellipsin reticentur.

SYNTAXIS CONIVNCTIONVM. 249.

CONIVNCTIONES non modò reliquas orationis partes connectendi vim habẽt, verùm etiam inter sese, & vnà cum aduerbiis variè connexæ, variam obtinent signifi-

cationem & constructionem: quarum hîc aliquot subiiciemus exempla.

ἈΛΛΆ.

ἀλλά. ἈΛΛΆ γε, ἀλλὰ δὴ, ἀλλὰ νὴ δία, vel νὴ δί' ἀλλὰ, id est, *at enim.* ἀλλ' οὖν, *saltem, tamen, potius.* ἀλλὰ μὴ, *nunquid?* Quandoque non interrogatiuè, pro *non autem.* ἀλλὰ δὴ καί, *quinimò, atque etiam, esto,* concedendi. ἀλλά τοι, *atqui, at verò.* ἀλλὰ μὴν, *atqui, at verò.* In principio orationis significat *enimuerò.* ἀλλὰ μὴν οὐδε, *neque verò, sed neque.* ἀλλ' ἤ, *sed nunquid.* ἀλλ' ἢ ὅτι, ἀλλ' ὅτι ἤ; *vtrum, nunquid?* ἀλλ' ὅτι, *nisi quòd, quàm quòd:* vt, οὐχ ἕτερον ἀλλ' ὅτι, *non aliud, nisi quòd, vel quàm quòd.* ἀλλ' εἴπερ, de quo dicetur posteà.

ΔΈ.

δέ. ΔΈ τε, δέπου, δέτοι, *autem.* δὲ δὴ, *porrò autem:* vt, ἐὰν δὲ δὴ συμφέρῃ, *porrò autem si conferat.* μεταβαλικόν ἐστι.

ΜΈΝ.

δὲ & μὲν se consequuntur. ΔΈ & μὲν sese in oratione mutuò consequuntur: sic vt μὲν quidem præcedat, δὲ verò sequatur: οὗτος μὲν λαλεῖ, ἐκεῖνος δὲ σιωπᾷ, *hic quidem loquitur, ille verò silet.*

ἨΜΈΝ, ἨΔΈ.

ἠμὲν & ἠδὲ inchoatiua orationis. SIMILITER sese consequuntur eorum composita, ἠμὲν & ἠδὲ, quæ quidem sunt inchoatiua orationis: & ἠμὲν quidem præcedit, ἠδὲ verò sequitur. ἠμὲν ὅσοι ναίουσι οὐρανὸν, ἠδ' ὅσοι κληρώσαντο χθόνα. *& quicunque sortiti habitant cœlum, & quicunque sortiti sunt terram.*

ΜΈΝΤΟΙ.

μέντοι. ΜΈΝΤΟΙ, *verò, sanè,* assentientis est, interdum p ornatus causa magis, quàm significationis ponitur, vel explendæ orationis gratia: vt τοῦτο μέντοι τοιοῦτο, *hoc sanè tale est.* Sic Aristoph. in Pluto, καὶ μέντοι ταῦτα, quæ locutio est Attica, pro eo quod est, atque hæc quidem sunt huiuscemodi, vel ita se habent: clausula est superioris sermonis, & transit

ad alium. Dicitur etiam ſic, καὶ τῶ μέντοι ταύτῃ, *ſed de his hactenus.*

Accipitur etiam μέντοι, vt reſpondeat particulæ μὲν, ſic vt μὲν præcedente, ſequatur μέντοι, poſitum pro δέ.

Eſt etiam aduerſatiuum, ſicut Latinis *verùm.*

ΜΕ'ΝΤ' Α'Ν.

ΜΕ'ΝΤ' ἂν, *atqui, at.* δικαίως μέντ' ἂν ἀπέθανον, *atqui iuſtè morte affectus fuiſſem.* μαίνοιτο μέντ' ἂν, *at inſaniret.* μὲν οὖν γε καὶ, *quinimò, verè, atqui.* μέντοι πȣ̃, μέντοιγε, *nimirùm, tamen.*

μὲν τ' αὖ.

ΚΑΙ'.

ΚΑΙ' præponitur dictionibus in oratione, τε verò ſequitur inclinata θεοίτε, καὶ ἀνέρες, *dijq́; & viri.* & ita inter ſeſe conſtruuntur, vt τε præcedat, καὶ ſequatur.

καὶ præcedit dictiones τε ſequitur.

Καίτοιγε, καίτοι, *atqui, etiam, verùm, ſed, quamquam, & quidem, proinde, itaque.*

Καὶ δὴ, *continuò, protinus,* hoc eſt, *ideo.* καὶ μὴν, *atqui.* καὶ Atticis ſæpe geminatur, καὶ μέντοι καὶ, *atque etiam.* καὶ γὰρ καὶ ἐγὼ, *etenim ego quoque.* καὶ δὴ καὶ, *equidem etiam.* καὶ τοὶ καὶ, *atque adeo.* καὶ γὰρ αὖ καὶ, *& rurſus etiam.* καὶ ἵνα δὴ καὶ, *& vt etiam.* καὶ μὴν καὶ, *quinetiam.* καὶ ἔγωγε καὶ αὐτὸς, *& ego ipſe.* Nam καὶ Atticis quidem παρέλκει.

καὶ Atticis geminatum.

ΚΑ'Ν.

ΚΑ'Ν pro καὶ ἐὰν, *& ſi, vel quòd ſi, vel ſin,* conſtruitur Coniũctiuis, κἂν ἀναγκασθῇ, *quòd ſi cogatur.* Cùm verò ſignificat quamuis, gaudet Optatiuis, etiamſi tanquam de præſenti ſermo ſit. Quomodò & Plato 2. de Repub. de cane loquens, ὃν δ' ἂν γνώριμον ἴδῃ, ἀσπάζεται, κἂν μηδὲν πώποτε ὑπ' αὐτοῦ ἀγαθὸν πεπονθοι, *quemcunque conſpexerit notum, ſalutat, quamuis nihil vnquam ab eo ſuſceperit boni.* Cùm autẽ ſignificat *atque adeò,* vel *etiam,* iungitur etiam Optatiuo, atq; Indicatiuo. Indicatiuo, κἂν ἐπῄνει,

κἂν cũ Coniunctiuis.

καὶ στεφανοῦν ἐκέλδον, *ego laudassem, & coronandos censuissem.* Optatiuo, Aristoph. κἂν προσκαταθείην γ' ὥστ' ὀμόσαι τριώβολον. Significat etiam saltem.

Et Optatiuus.

Et quando sæpe geminatur in oratione, ponitur pro siue. Est etiam quandoque particula potentialis.

KA'N E'I.

κἂν εἰ cum Indicatiuo. KA'N εἰ Indicatiuo iungitur: κἂν εἰ πάντα ταῦθ' ὑπῆρχεν, *& si in eo omnia hæc essent.* Ponitur etiam cum Optatiuo, & per tmesin, κἂν ἀσέβειαν εἰ καταγινώσκοι τις, *& si impietatem condemnet quis.* Vnde frequens est apud Aristotelem, κἂν εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον, *& si quid aliud simile.*

KA'N E'I MH'.

κἂν εἰ μὴ. KA'N εἰ μὴ, *etsi, tametsi, si non:* vt, κἂν εἰ μὴ δι' ἄλλην αἰτίαν, ἀλλὰ διὰ ταύτην, *etsi non ob aliam causam, certè ob istam.*

Nota. Κἂν etiam per se significat, *etiam si:* vt πότερ' ἂν μηδὲν ἀδικῶν φαίνηται τὴν πόλιν, ἢ κἂν ἀδικῶν, σκοπεῖτε, *vtrum si publicè insons sit, an etiam si nocens, considerate.*

H'.

ἢ definitè vel declaratiuè. H', *vel, dum* capitur definitè, vel declaratiuè, sola iacet, vt Ιλιάδ. ά. βούλομ' ἐγὼ λαὸν σῶον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι, *ego malo populum saluum esse, & non perire.* Quo in loco ἢ significat, *& non.*

Dubitatiuè. Capitur etiam dubitatiuè: τί δὲ λαὸν ἤγαγεν ἐνθάδε; ἢ οὐχ Ἑλένης ἠϋκόμοιο; *quid autem populum adduxit huc? an non propter Helenam formosam?*

H'TOI.

ἤτοι pro μὲν. H'TOI quandoque idem valet quod μὲν, & est initialis in oratione: vt ἤτοι ὅγ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο, *ille quidem sic fatus consedit.*

Pro ἢ. Quandoque est disiunctiua æquiualens Coniunctioni ἢ, quam præcedit in oratione: ἤτοι ἀγαθὸν ἢ φαῦλον, *vel bonum, vel malum.*

ἤπου. H'πυ valet ἤτοι, & eodem modo postponitur ei

in oratione ἢ, vt εἰ ζῶον, οὐκοῦν ἤπου λογικὸν, ἢ μὴ, *si animal, igitur rationale est, vel irrationale.*

Ponitur etiam pro ἢ, *quàm*, post comparatiuum: vt. πολὺ μᾶλλον ἤπου τὶς ἄλλος, *multò magis quàm quiuis alius.*

ΕἸ.

ΕἸ construitur plerumque indicatiuo, & habet vim Optatiui, vel Optatiui certè loco ponitur, cùm ei additur ἂν particula potentialis. Ioan. 8. εἰ ὁ θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμὲ, *si Deus esset pater vester, diligeretis me.*

εἰ cum Indicatiuo.

NONNVNQVAM cum Optatiuo: εἰ ἡδονὴ τ' ἀγαθὸν εἴη, ταύτῃ ἂν ὁρίζοιτο ἡ εὐδαιμονία, *si voluptas ipsum bonum esset, hoc pacto definiri posset felicitas.* Interdum cum Coniunctiuo, præsertim si cum aliis coniunctionibus capiatur: Ιλιάδ. α. εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ, *quòd si iram ipso die concoxerit.* εἰ μὴ, id est, *nisi*: vt τί δε, εἰ μὴ, *quid aliud, nisi.* εἰ δὲ μὴ, *sin minus, alioqui.* εἰδ' ἄγε, *age, agedum.* εἰ γοῦν, *si saltem.* εἰ γὰρ ὤφελον, dicitur, pro εἴθε ὤφελον, *vtinam.* εἰδ' ἄρα, εἴπερ ἄρα, ἀλλ' εἴπερ, ἐὰν δὲ, hæ clausulæ dum per parenthesim inseruntur orationibus, significant, quòd si quando id faciendum sit, vel, quòd si quoddam est huiusmodi, aut aliud simile, prout oratio postulat: ἄμπελον οὐ δεῖ ἀπλεσθαι περκάζοντος τοῦ βότρυος, ἀλλ' εἴπερ ὅταν ἀπεμελάνθη, *quòd si quando id faciendum sit, tum certè demum, cùm nigra iam vua fuerit.* ἀπέχουσι οἱ μοναχοὶ τῆς σαρκοφαγίας, εἰδ' ἄρα, ἐν ἀσθενίᾳ, *abstinent monachi ab esu carnium: quòd si quando vescantur carnibus, id in ægritudine est.* οὐδεὶς εἰς ψάμμον σπείρει, ἐὰν δὲ, τῆς γεωργίας ἄπειρός ἐστιν, *nullus arenæ mandat semina, quòd si quis sit huiusmodi, is agriculturæ inexpertus est.*

Cum Optatiuo.

ἘΑ'Ν, καὶ ἘΠΕΙΔΑ'Ν.

ἘΑ'Ν & ἐπειδὰν gaudent Coniunctiuo, vt ἐὰν θέλῃς, *si velis.* ἐπειδὰν ἴδωσι, *cùm vidissent.*

ἐὰν & ἐπειδὰν gaudent Coniunctiuo.

ἘΠΕῚ ET ἘΠΕΙΔῊ.

ἐπεὶ & ἐπειδὴ cũ indicat. & infinitiuo.

ἘΠΕῚ & ἐπειδὴ iunguntur indicatiuo & infinitiuo. ἐπεὶ δὲ ὤφθη, ἐπειδὴ δὲ γένηται, ἐπειδὴ τάχιστα, *simul atque, simul vt,* hoc est, ὡς τάχιστα.

ἽΝΑ.

ἵνα cum Coniũctiuis. Et Optatiuis. Et Indicatiuis.

ἽΝΑ construitur Coniunctiuis: ἵνα διδάξω, *vt doceam.* Et Optatiuis, si de re præterita fiat sermo: ἀφίκετο ἵνα θεῷτο, *venit vt spectaret.* Et Indicatiuis in præterito imperfecto, perfecto, & indefinito, vbi aliquid de re præterita volumus subesse, aut non subesse: ἐχρῆν αὐτὸν λαβεῖν συγγραφὴν, ἵν' εἶχεν κατὰ νόμους ἀπαιτεῖν, *oportebat eum accipere syngrapham, vt posset iure exigere.*

ΓΆΡ.

γὰρ quibus iungatur.

ΓΆΡ his coniungi potest, γάρ τοι, γάρ δὴ, γὰρ αὖ, γάρ που, γὰρ δήπου, γὰρ τ' ἂν, pro γάρ τοι ἄν.

ὍΤΙ.

ὅτι cũ Indicat. Optatiuo. Superlatiuis.

ὍΤΙ gaudet indicatiuis, λέγει ὅτι ἥξει, *dicit quod veniet.* In locutione narratiua additur Optatiuo, ἠγγέλλετο ὅτι γένοιτο, καὶ εἴη, καὶ ἔσοιτο, *nuntiabat quod fieret, & esset, & erit.* Iungitur quandoque superlatiuis, ὅτι πλεῖστον, ὅτι μάλιστα, *quàm plurimum, quàm maximè.*

ἌΡΑ, ἎΡΑ.

ἄρα.

ἌΡΑ aliis dictionibus constructa significat dubitationem, οὐκ οἶδα ὅ,τι λέγοι ἄρα, *nõ noui quid diceret.* ἐγεγόνει ἄρα, *fuisset.* διατέθηκε ἄρα, *constituisset.* οὕτως ἂν φεύγοις, *sic fugias.* ὡς δέδοικα ὅποι ἄρα ἀποβαίνοις, *quàm timeo quorsum euadas.*

ἆρα in principio orationis.

Ἆρα verò hoc modo construitur: ἆρ' οὖν, ἆρά γε, *vtrum.* ἄρα οὖν, *itaque:* & ponitur in initio orationis. ἆρ' οὐκ, *vtrum, an non.* ἆρά γε, *vtrum tandem.* ἆρα μὴ, *nunquid, vtrum,* idem valet quod ἀλλά γε, in consequentia orationis.

ΟΥ͂Ν.

ΟΥ͂Ν postponitur nominibus infinitis, ὁποιοσιοῦν, *qualiscunque.* ὁποσιοσοῦν, *quantusquisque.* ὁποσοσοῦν, *quotuslibet.* ὁπηλικοσοῦν, *quantuscunque.* ὁποδαποσοῦν, *cuiascunque.* ὁποσιπλασιοῦν, *quamlibet multiplex.* ὁποτεροσοῦν, *vterlibet.* ὁπωσοῦν, ὁπωσιοῦν, ὅπη οὖν, *quouis modo, quomodocunque.*

οὖν post nomina infinita.

ΑΤΤΑ.

ἌΤΤΑ multis adiectiuis iungitur: vt, ποῖ ἄττα, πόσ᾽ ἄττα, πολλ᾽ ἄττα, ὀλίγ᾽ ἄττα, ἕτερ᾽ ἄττα, τοιαῦτ᾽ ἄττα. Sunt enim additamenta, plus ornatus quàm significationis afferentia orationi, veluti Latinis, *quis tandem, quisnam, qualisnam.*

ἄττα iungitur adiectiuis.

Ponitur etiam per se, pro τινὰ: vt ἔλεγον ἄττα, *dicebam quædam.* Quare subiungitur quandoque substantiuis nominibus, εἰς δείματ᾽ ἄττα, *in terrores quosdam.*

ἄττα pro τίνα.

ἄττα cum Substantiuis.

Seruit & interrogationibus, cùm est aspiratum: vt, πῶς καὶ ἅττα ποτὲ διελέχθη; *quomodo, & quæ disseruit?* Nam relatiua interdum pro interrogatiuis ponuntur.

Seruit interrogationibus.

ΗΠΟΥ.

Η῏ΠΟΥ, *vtique, profectò, nimirùm,* seruit etiam interrogationi, vt Latinis, *nempe.*

ἦπου seruit interrogationi.

Significat etiam ἦπου, & ἦπουγε, *multò magis,* & præponitur illis ὅπου: vt, ὅπου ἐκεῖνοι οἰκεῖσαι πόλεις οἷοί τε γεγόνασιν, ἦπου ἡμεῖς ἂν δυνηθείημεν καλῶς αὐ, *quandoquidem illi valent inhabitare ciuitates, multò magis nos possemus.*

ἦπου & ἦπουγε sequuntur ὅπου.

Eadem seruata Syntaxi Significat etiam nonnunquam, *multò minus:* vt, ὅπου αὐτοκράτωρ οὐ δύναται, ἦπου ἡμεῖς ἰδιῶται δυνηθείημεν ἄν, *quandoquidem imperator non potest, multò minus nos priuati homines possemus.* Sic Athenæus lib. 11. ἀδυνάτων δὲ καὶ Φαίδρον κατὰ Σωκράτην εἶναι, ἦπου γε καὶ ἐρώμενον αὐτοῦ γεγονέναι, *fieri non potest, vt Phædrus Socratis æuo fuerit, multò minùs*

Pro multò minùs.

vt

vt amasius eius fuerit, vel *nedum, vt amasius eius fuerit.*

ἤπου χολῆγε. Atticismus. Quandoque illi subiungitur χολῆγε, quod etiã significat *multò minùs*: & dicitur coniunctim, ἤπου χολῆγε, pro *multò minùs*, Atticè.

ἦ οὖν. Ἦ οὖν ποτὲ, *ecquando autem.* ἦ γὰρ, *nónne*, pro quo quandoque dicunt, ἦ οὔ.

ἦ γὰρ ἄν. Ἦ γὰρ ἂν, *alioqui, alioqui si, nam si.* Ἰλιάδ. α. ἦ γὰρ ἂν Ἀτρείδη νῦν ὕστατα λωβήσαιο, *nam alioqui nunc vltimum improbo tibi esse contigisset.* Chrysost. 2. de fato, ἦ γὰρ ἂν ὑπωπτεύσαντες αὐτὸν εἶναι ἐχθρὸν, ἔφυγον, *nam si existimassent vel, alioqui si existimassent ipsum esse hostem, fugissent.*

ἦ μὴν apponitur iureiurando. Ἦ μὴν, *verè*, apponitur ferè iureiurando: νὴ Δία ἦ μὴν ἐγὼ ἔπαθόν τι τοιοῦτο, *verè per Iouem tale quippiam ego passus sum.*

Post interrogationem & exclamationem. Conuenit etiam post interrogationem & exclamationem: ὦ Ζεῦ, ἦ μὴν καλὸς ἐφάνη οὗτος, *ô Iupiter, verè formosus hic apparuit.*

Additur etiam sponsionibus & promissionibus: ἦ μὴν ποιήσω, *certè faciam.*

ΓΕ.

γὲ iungitur Coniunctionibus. ΓΕ omnibus fermè iungitur Coniunctionibus, ἀλλὰ μήν γε, καὶ μήν γε, & sic de aliis.

ΔΗ.

δὴ post alias coniunctiones. ΔΗ etiam aliis subiungitur, καὶ δὴ, *continuò, protinus, hoc est, ideò.* ἀλλὰ δὴ, *at enim.* οὐδὲ δὴ, *nec verò.* φέρε δὴ, *age verò.* εἶεν δὴ, *esto verò.* ἰδοὺ δὴ, id est, ἰδού. ὅς δὴ, pro ὅς. οἷος δὴ, pro οἷος. τί δὴ, *quid tandem*: pro quo etiã dicunt, τί μὴν, ποῖον δὴ, *quale tandem.* ἦ δή. πού δήπου, *vtique, nimirùm, profectò.* οὐ δήπου; *nunquid?* δήπουθεν, *vtique, nimirùm.* ὅπου δήποτε, ὅπου δὴ, id est, *vbicunque.* ὁ δήποτε, ὅ τι δήποτε, ἃ δήποτε, *quidius.* ὁπωσδήποτε, ὁπωσδὴ, ὁπωσδηποτοῦν, ὁπηδήποτε. *quouis modo, quomodocunque.* πόσοι δήποτε, *quot tandem.*

ΜΗΝ.

τί μὴν concedentis. ΤΙ μὴν, *quid nam.* Aliquando etiam conce-

dentis est, pro *quid ni?* γε μὴν, *verò*. καὶ μὴν, *atqui*. ὅμως μὴν, *tamen*.

Π Ο Υ.

ΠΟΥ interdum conuenit interrogationi, vt τῶν ζώων ἐστὶ, τὸ μὲν που λογικὸν, τὸ δὲ μή, *est animalium aliud quidem homo, aliud verò non.*

που conuenit interrogationi.

Est etiam nonnunquam in oratione otiosum, quemadmodum δὴ & γε, & τοι, & μὴν, & αὖ: & postponitur, vt in his, μέν που, γέ που, ἤδη που, οὔτω που, τάχα που, ἴσως που, δή που, οὐδή που, δήπουθεν, ἦ που, ἤπου, ὅπου, ἄγχιπου, μέχριπου.

Τ Ο Ι.

ΤΟΙ cum multis construitur dictionibus: ἤτοι, πάνυτοι, γάρτοι, δέτοι, & ita in aliis, ornatus tantùm gratiâ, & explementi orationis. In τοιγάρτοι etiam geminatur.

τοι construitur cum multis dictionibus.

Interponitur etiam sine compositione, διά τοι τοῦτο; *quidnam ob rem est hoc?*

Τοίνυν, quando præponitur Coniunctioni ἄν, valet *at, atqui*: vt ὑμῶν τοίνυν οὐδ᾽ ἂν εἷς, *atqui nullus est omnino vestrum.*

τοίνυν ante Coniunctionem ἄν.

In assumptionibus *etiam*: vt ἀλλὰ μὴν, ponitur. οὐ τοίνυν παρῆλθεν οὐδεὶς, *at nemo tum prodiit.*

Nota de τοίνυν in assumptionibus.

Significat etiam *proinde* συλλογιστικῶς: ἓν μὲν τοίνυν τοῦτο ἄρτι που ἐπορισάμεθα, ὥστε δοκεῖν τι λέγειν, *proinde vnum hoc inuenimus, vt aliquid dicere videamur.*

τοίνυν proinde.

Aliquando significat *igitur*: ἄκουε τοίνυν, ὡς ἔχει τἀμὰ, *audi igitur, vt sese habent res meæ.*

τοίνυν igitur.

Ponitur etiam pro μέντοι: ἐνταῦθα τοίνυν πάντες προσέβλεψαν αὐτῷ, *hîc quidem omnes intuebantur eum.*

Est etiam nonnunquam expletiuum: μηδ᾽ ὑμεῖς τοίνυν εἴπῃς, *tu vero ne dicas.*

Expletiuum.

Ἔτι, τοίνυν, iam vero, atque etiam. οὐ τοίνυν, *neque vero.* Et ponitur pro ἀλλὰ μὴν οὐ, ὅτι τοίνυν, *quod vero,* [illegible] *itaque quod.*

ἔτι, τοίνυν.

ἄν.

ἂν cum imperatiuo. Aristophanes in Ranis. οἰμωζε μέντ' ἄν.

ἄν construitur Græcis & δυνητικῶς, hoc est, vt denotet potentiá, & ἀορισολογικῶς, hoc est, *infinitè.* δυνητικῶς, *quidem,* vt εἰ καὶ μὴ πεποίηκε, ἀλλ' ἐποίησεν ἄν, *& si non fecit, fecisse tamen credi posset.*

ἂν habens vim verbi taciti.

Et habet quandoque vim verbi taciti, ac subaudiendi: τοσαύτην ἐποιήσαντο σπουδὴν, ὅσηνπερ ἂν τῆς ἑαυτῶν χώρας πορθουμένης, *tam enixè contenderunt, quam facere potuissent, si suum agrum populantes vidissent.*

ἂν adfert compendium in oratione.

Adfert enim particula hæc compendium in oratione: vt, δόξαν μὲν ἐγὼ γ' ἂν συγχωροίην, τὰ δ' ἕτερα τῶν οὐκ ἄν: ibi οὐκ ἄν, *ponitur pro non etiam, vel non itidem concederem.*

Iungitur δυνητικῶς, *omnibus temporibus.*

ἄν CVM PRÆSENTI.

ἂν cum præsenti Optatiui.

Præsenti quidem in Optatiuo, οὐκ ἂν λέγοις, οὐκ ἂν φαίης, *non diceres.* σὺ γὰρ ἂν ἐκεῖνον περιορῴης, *tu sineres illum.* Et in Coniunctiuo. Plato in Phædro,

Coniunctiui.

καλὸν γοῦν ἂν εἶδος ἢ καθαρευσαμένως ὁ τοῦτο λαβὼν, *atque bellam speciem is intellectu perciperet, qui hoc assequi posset, vel intellectu perceperit, qui hoc assecutus fuerit.*

Infinitiui.

Et infinitiuo, τί ποιεῖν ἂν, ἢ τί οἴεσθε λέγειν; *quid dicturos fuisse existimatis, aut quid facturos?*

ἄν CVM PRÆTERITO.

ἂν cum præterit. Indicat.

Præterito verò in indicatiuo, cùm de re præterita loquuntur, τίς οὕτως ἄγριος, ὅστις ἐδυνήθη ἂν τοῦτο ποιεῖν; *quis tam immitis, qui posset hoc facere?*

Per Optatiuum loquẽdo de præsenti.

Potest hoc & per Optatiuum enuntiari, sed ita vt loqui videamur in re præsenti: ὅστις δυνηθείη ἂν τοῦτο ποιεῖν, *qui tamen posset hoc facere.*

Iunctum præteritis omnibus.

Et inuenitur hoc pacto iunctum præteritis omnibus etiam perfectis, & plusquamperfectis. Perfecto, vt Demosth. πεφράσμαι [illegible] ἂν μοι δοκεῖτε μάλιστα [illegible], *conabor [illegible] dicere, quo mihi videmini, &c.*

Plusquam

Plusquamperfecto, ὅτι μὲν δεῖ τὰ γράμματα ἐπίστασθαι, ἱκανόειν ἂν, *quòd quidem oporteat scire literas, &c.*

Plusquamperfecto.

Per præteritum item sæpe loquuntur de futuro, addita particula ἂν, tam in verbis, quàm in participiis: vt, ποιήσασθαι ἂν, pro ποιήσεσθαι: ἐλεγχθέντων ἂν, pro ἐλεγχθησομένων: ἂν ὑποστὰς, pro ὑποστησόμενος: γενόμενον ἂν, pro γενησόμενον.

Per præteritum loquūtur de futuro.

ἊΝ CVM FVTVRO.

FVTVRIS item additur in Optatiuo: οὐκ ἂν λέξεις. Insuper indicatiuo & infinitiuo, licet id fit rariùs: ἐλπίζω οὕτως ἂν ἄριστα πράξειν, *puto me hoc pacto optimè facturum.* Id fit plerumque in verbis quæ futurum poscunt: vt, νομίζω, οἶμαι, ἐλπίζω, ἡγοῦμαι, φημὶ, προσδοκῶ, & similibus: licet etiam sine his verbis inueniatur additum futuro apud autores, vt est illud Isocrat. in Areop. ἡμεῖς γὰρ ἢν μὲν οὕτως οἰκῶμεν τὴν πόλιν, ὥσπερ νῦν ἐπιχειροῦμεν, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἂν βουλευσόμεθα καὶ πολεμήσομεν, &c. *nos si inhabitaremus ciuitatem, quemadmodum nunc inhabitamus, quouis modo consulturi essemus & bellaturi.*

ἂν futuris optatiui.

Indicatiuo & infinit. rarius.

Itaque quod Latini per coniunctiuum per se positum, hoc Græci etiam per alios modos efferunt, addita coniunctione ἂν: vt, ἐδίδαξά σε ἂν, vel ἐδίδαξα ἂν εἰ ἐβουλήθης, *docuissem, si discere voluisses.*

Item quod Latini exprimunt per imperfectum coniunctiuum, dum de rebus transacto tempore promissis vel cogitatis loquuntur, hoc Græci per præsens, vel futurum loquūtur: τί πράξοι ἂν, [illegible] ἤρξατο, *quid ageret, cœpit cogitare.* ἔλεξε μελλητὰς, οἳ ποιήσειεν ἂν ὀρθῶς, *dixit futuros, qui rectè facerent.* τί ἂν λέγοι οὐκ οἶδε, *non nouit, quid diceret.*

Nota quod Latini per Coniunctiuum per se positum, Græci per alios modos addita Coniunctione ἂν.

Et modò præcedit, modò sequitur verbum, ad quod refertur: ὅστις ἂν ταῦτ' ἔχοι λέγειν, vel ὅστις ταῦτ' ἔχοι ἂν λέγειν, *quicunque hoc possit dicere.*

ἂν modò præcedit, modò sequitur verbum.

Construitur etiam cum particula γὰρ interrogatiuè: [illegible]

Cum particula γὰρ.

autem sine γὰρ ponitur, non habet eandem vehementiam: vt, τί ποιεῖν ἂν οἴεσθε; *quid facturos fuisse existimatis?*

ἂν cum ὅπως.

Construitur etiam cum ὅπως, & cum ὡς, & tum Optatiuo Subiunctiuoque conuenit: ἀγωνιζόμεθα ὅπως ἂν τὴν νίκην προλάβωμεν, *certamus, vt victoriam præripiamus.* μόνον σπουδάζω ὅπως ἂν χαρισαίμην σοι, *solùm studeo, quónam pacto gratificer tibi.* διδάξω ὡς ἂν τῆς σοφίας βάθος μὴ ἀγνοοίης, *docebo vt sapientiæ profunditatem non ignores.* διηγήσομαι ὡς ἂν τοῦτο καλῶς γένοιτο, *narrabo quonam pacto hoc bene fieret.*

ἈΝ ἈΟΡΙΣΤΟΛΟΓΙΚΩ͂Σ.

ἂν indefinitè sumptum.

Ἂν indefinitè acceptum plerumque Subiunctiuo construitur: ὅ τι ἂν λέγῃς, *quodcunque dicas.* ὅσῳ ἂν διαφέρῃς, *quantocunque differas.* ὁποδαπὸς ἂν ᾖς, *cuiascunque sit.* ὁπότερος ἂν ᾖ, *vterlibet sit.* ὅπῃ ἂν ἔλθῃ, *quacunque eat.*

Cum Optatiuo quoties res præterita narratur.

Interdum cũ Optatiuo, sed tum demum, cùm res præterita narratur. ἡνίκ᾽ ἂν εἰπεῖν τι καὶ ταύτῃ δέοι, *cùm oporteret, vel cùm oportebat dicere quippiam aduersus hæc.*

ἂν & ἐὰν pro ἦν.

Ἂν & ἐὰν, pro ἦν acceptæ, inueniuntur etiam cum Optatiuo: ὡς ἐὰν, siue ὡς ἂν πρότερός τις εἴποι, *quasi verò si quis prior dixisset.*

Appendix.

ἂν potentialiter sumptum.

Ἂν potentialiter acceptum, siue indefinitè sæpe deest in oratione. Demosth. οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων εὕροι τὸ κατ᾽ ἐμὲ οὐδὲν ἐλλειφθέν, pro εὕροι ἄν, *nemo nunquam hominum inuenire posset delictum aliquod in me.*

ἂν abundat.

Sæpe item abundat. Aristoph. in Pluto: οὐδὲ ἓν ἂν ἔχοι τις ἂν δίκαιον ἀντειπεῖν ἔτι, *quod iustum possit quispiam adhuc contradicere.* In quo loco abundat alterum ἄν.

Coniunctiones quando ora-

Ponuntur enim Græcis tum cæteræ orationis partes, vt dictũ est, tum præcipue coniunctiones

ſicvt orationi adferant nonnunquam ornamenti aliquid, ſed nihil ſententiæ: quod potiſſimùm fit in coniunctionibus expletiuis, & in iis, quæ hîc ſequuntur.

tioni adferun[t] ornamentũ ſe[d] nihil ſententiæ

ΟὖΝ.

ΟὖΝ: vt ὅπερ οὖν ἐποίησεν, pro ὅπερ ἐποίησεν, *quod fecit.* ὥσπερ οὖν καὶ ἔχει, pro ὥσπερ καὶ ἔχει, *quemadmodum ſe habet.* ὡς οὖν, pro ὡς. — οὖν.

ὯΝ Ἰωνικῶς.

ὯΝ non modò abundat, ſed etiam inter præpoſitionem, & verbum compoſitum interponitur: ἀπ᾽ ὧν ἐδίδοντο, pro ἀπεδίδοντο, *reddebant.* ἐξ ὧν εἷλον, pro ἐξεῖλον. ἀπ᾽ ὧν ἔθαψεν, pro ἀπέθαψεν. κατ᾽ ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε.

ὧν abundat, & inter præpoſitionem & verbum compoſitum inſeritur.

ΤΈ.

ΤΈ: vt ἐφ᾽ ᾧτε, pro ἐφ᾽ ᾧ. — τέ.

ΚΑΊ.

ΚΑῚ: vt καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ λόγος ἀληθής ἐστι, *etenim ſermo ipſe verus eſt.* — καὶ

ἌΤΤΑ.

ἌΤΤΑ, vt ποῖ᾽ ἄττα, ἐπεὶ ἄττα, vt ſuprà dictũ eſt. — ἄττα.

ὍΤΙ.

ὍΤΙ, vt Ioan. 1. ὡμολόγησεν ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ Χριστὸς, *confeſſus eſt, non ſum ego Chriſtus.* Nam niſi abundaret ὅτι, ſenſus eſſet, Baptiſtam eſſe confeſſum, Euangeliſtam non eſſe Chriſtum. Et cap. 4. καλῶς εἶπας, ὅτι ἄνδρα οὐκ ἔχω, *benè dixiſti, virum non habeo.* Quo etiam in loco, ſi ὅτι non abundaret, nihil ſignificaret aliud, quàm rectè dixiſſe Samaritanam, quòd Chriſtus virum non haberet. — ὅτι abundans.

Item Marci 13. λέγοντες ὅτι ἐγώ εἰμι, *dicentes ego ſum.* Quo in loco, ſi nõ abundaret ὅτι, ſenſus eſſet, venturos qui dicerent, Chriſtum eſſe Chriſtum. Rurſus Apocal. 3. λέγεις ὅτι πλούσιός εἰμι, *dicis, ego ſum diues*: cùm alioqui eſſet ſenſus, tu dicis me eſſe diuitem.

ὩΣ.

ὡς abundans.

ὩΣ, pro ὅτι, vt λέγεις ὡς καλός εἰμι, *dicis ego sum formosus.* Neque solùm abundant Græcis orationis partes, sed nonnunquam totæ orationes: veluti, εὖ οἶδ' ὅτι, vt Παῦλος (ὡς πᾶσι εὖ οἶδ' ὅτι ἐν γραφεῖς δῆλόν ἐστι) τὸν Πέτρον ἐπετίμησε, *Paulus (vt omnibus per scripturas manifestum est) Petrum increpauit.*

Integræ orationes aliquando Græcis abundant.

ΕΥ̓ ΙΣΘΙ.

εὖ ἴσθι abundãs.

ABVNDAT etiam interdum εὖ ἴσθι, quod Græcis vsui est eo loco, quo Latinis, mihi crede: vt οὐδεὶς ἴσθι, τῶν ἀνόμων σωθήσεται, *nemo, mihi crede, iniquorum seruabitur.*

QVÒD hæc Coniunctionum Syntaxis confusius hic à VARENNIO tractata sit, quam vt vlla certa præceptionum ratio rudioribus ex ea tradi, imo vel colligi possit, é re studiosorum visum est, quæ de Coniunctionum Syntaxi, ordine & compositione sunt à recentioribus tradita hic attexere.

Coniunctionum Syntaxis.

CONIVNCTIONVM itaque Syntaxis, est eadem ferrè quæ apud Latinos. Copulatiuæ, disiunctiuæ, ac discretiuæ similes plerumque voces requirunt; sed sortiuntur interdum dissimiles. Plutarch. [illegible] ibi enim; vt similes essent dictiones, dicendum fuisset ἡ δόξα καὶ ἡ τιμὴ, *gloria & honor.* Sermodos interdũ diuersos sortiũtur. Aristot. Rhet. Alex. [illegible] [illegible] νομίζεις δεῖν [illegible] apud Ouid. quoque Metamorph. 4. *Tecta repente quati, pinguesq; ardere videntur Lampades; & rutilis collucent ignibus ædes; Falsaq; sæuarum simulacra vlulare ferarum.* nam & etiam veteres codices (teste Georg. Fabricio) indicatiuo habent *collucent*; cum in cæteris commatibus modus sit infinitiuus. Similiter etiam aduerbia relatiua diuersos quandoque casus sortiuntur. Aristot. Eth. Eud. [illegible] [illegible] ibi enim regula dandi casu postulat, [illegible] *ne iis quidem qui in rebus aduersis nobiscum permanent, credendum existimant, quasi simulent & decipiant.* Paulo melius excusari potest hic eidem locus Metaphys. [illegible] ἢ τροπῇ, ὅ ἐστι θέσις ἢ διαθιγῇ, ὅ ἐστι τάξις. ibi enim [illegible] nominis casu [illegible] conformatus est; cum [illegible]

Aduerbia relatiua sortiuntur diuersos casus.

cum antecedenti conformari debuisset, sic τοῦτέσι χρήματα.

COPVLATIVA καὶ, à viginti ad centum, præponit numeralium nominum minus; post centum, postponit minus. Sic Herod. 92. μίαν τε καὶ τεσσεράκοντα καὶ τριηκοσίας: & mox, ἐν μυρίοισί τε ἔτεσι καὶ χιλίοισι, καὶ τριηκοσίοισί τε καὶ τεσσεράκοντα. Mixte Pausanias 332,8. ἐς εἴκοσί τε καὶ τετρακοσίους πεντήκοντα, pro, *ad quadringenta & septuaginta stadia.* Interdum hic pro copulatiua ponitur præpositio πρὸς, ἐπὶ, vel μετά. Diog. L. πέντε πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα. Plutarch. τριακόσιοι ἐπὶ χιλίοις καὶ μυρίοις. Pausan. ὀλυμπιάδι τῇ πρώτῃ μετὰ δέκα καὶ διακοσίας: quod Latinius dixeris, *Olympiade post ducentesimam vndecima.* Copulatiua interdum præter morem inseritur. vt Pausan. 95,16. μία δὲ καὶ δέκα νίκαι: & 179,17. δύο γεγονὼς ἔτη καὶ δέκα. compositè namque sine copula dici solet ἕνδεκα & δώδεκα, vt etiam apud Latinos. Eadem interdum contra morem omittitur: vt Demosth. μίαν ἑξήκοντα: & rursum, χιλίας τριακοσίας πεντήκοντα μίαν: quorum prius Latinis planè inusitatum est, posterius vsurpatum etiam à Plinio. Similis coniunctionis ellipsis est in istis: Pausan. 252,41. ἀπέχει τῆς πόλεως σταδίους ἀπέχοντα ἑπτά: Dionys. Hal. in Dinarcho, δεξιωσάμενος οὐκ ἐλάττω εἴκοσι μνῶν ἄξια. ibi enim subaudienda est aduersatiua ἢ *quam*: vel transposito commatum ordine, καὶ: quemadmodum scilicet idem Pausan. 79, 21. τεσσαράκοντα καὶ οὐ πλείω στάδια. Sic Cæsar quoque, *amplius octingenta à litore discesserant.* & Liuius, *plus quinquaginta hominum milia ceciderunt.* ac rursum, *minus duo milia hominum effugerunt.* itemque Plautus, *minus quindecim dies sunt quòd minus XL. accepisti.* nam ibi quoque subaudiēdum *quàm.* Rursum pro copulatiua καὶ extra numerationem quoque vsurpatur præpositio μετὰ cum genitiuo: vt, τοὺς μικροὺς μετὰ τῶν μεγάλων, *paruos cum magnis*; pro, paruos simul & magnos: sicut etiam Virg. *Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt*, pro, Quirinus & frater Remus iura dabunt. itidemque Silius, Horatius, Terentius. Itidem etiā Apollon. Arg. 1. ἰχθύες ἀίσσοντες ὕπερθ' ἁλὸς ἄμμιγα παύροις ἄπλετοι, *grandes cum paruis*, seu *grandes inter paruos.* De καὶ post ὁμοίως dicetur in sequ. paragr.

Syntaxis copulatiua καὶ.

Copulatiua præter morem inserta.

Imo & omittitur.

Ellipsis coniunctionum.

μετὰ pro καὶ.

AD ordinem porro quod attinet, Gaza tradit coniunctiones alias antecedere, alias in medio collocari, alias consequi: ac rursum antecedere & consequi vel orationem, vel dictionem, vel vtrumque. Periodum ordiri possunt καὶ, ἢ, cum composita ἤτοι: εἰ, cum suis compositis, εἴπερ, εἴτε, ἐπεὶ, ἐπειδή: itemque cognatæ illius ἄν, ἐάν, ἤν: ad hæc ἀλλά, & in carmine αὐτάρ: ἄρα, νῦν: ὅτι, διότι: ἵνα, ὅπως: τοιγάρ, τοιγαροῦν. Post principia secundo tertiove loco sequuntur τε, γὲ, μὲν,

Ordo Coniunctionum in structura orationis.

μὲν, δὲ, γὰρ, οὖν, τοίνυν : itidemque potentialis ἂν : & apud poëtas κεν, ῥα, ceteræque expletiuæ. Modo præponuntur, modo postponuntur δὴ, ἄρα, τοιγαροῦν. atque hæc quidem absolutè, ac magis antecedentium quam consequentium respectu.

Coniunctionum consociatio. In quibusdam vero consociatio quædam est, mutuusque connexus; vnde ἐπακολουθητικοὶ & ἀναφορικοὶ σύνδεσμοι appellantur: quibus scilicet duo plurave periodi membra mutuo quodam consecutionis nexu copulantur. Harum quædam geminantur: vt Xenoph. καὶ ἄλλοθι, καὶ ἐν ὑφῇ, *&* *alibi, & in textura*: seu, vt Cic. vertit, *tum in cæteris, tum in textili.* Sic τε apud poëtas: nonnunquam tamen etiam in prosa: Pausan. 148, 32. τοῖς Ἀκρίσιος παισὶ γάμον τε ἐπιγάμων, βασιλείας τε μετέδωκε σφίσι. Frequentissimè autem in compositione: vt, εἴτε- εἴτε: ἤτοι- ἤτοι: αὖτε- αὖτε: ἐάντε- ἐάντε, *siue.* Sic οὔτε- οὔτε: μήτε- μήτε, *neque*, cum synonymis οὐδὲ- οὐδὲ: μηδὲ- μηδὲ, aliisque consimilibus. Sic etiam disiunctiua ἢ- ἢ, *aut.*

Coniunctiones quæ in connexione variãtur. Quædam variantur: vt πολλά τε καὶ μεγάλα, *cum multa, tum magna.* Sic Plato, εἴτε ἀρκεῖ, καὶ εἰ μή, *siue sufficit, siue non.* Sic etiam ἤτοι- ἤ, *aut.* Sic concessiuæ μὲν, infertur aduersatiua δέ. Xenoph. δίκαιον μὲν, σοφὸν δ᾽ οὔ, *iustum quidem, at non sapientem.* In hac connexione interdum omittitur μὲν: interdum pro δὲ ponitur ἀλλά, ἀτάρ, ὅμως, vel alia synonyma. Nonnunquam etiam plures aduersatiuæ copulantur: vt Aristot. Analyt. post. 258, 22. ἀλλ᾽ ἀρξάσθαι γε ὅμως ἀνάγκη, *at incipere tamen necesse est.* Sic De mundo, τῇ μὲν θείᾳ δυνάμει [illegible] [illegible] οὐ μὴν τῇ γε οὐσίᾳ, *diuinæ potentiæ quidem conuenire, at non item substantiæ.* Sic aliis etiam concessiuis aut positiuis conditionibus suæ inferuntur aduersatiuæ. Paulus 1. Cor. 9. εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμι, *si fortè aliis Apostolus non sum, at vobis saltem sum Apostolus.* Homer. Il. α. εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ, Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, *etsi enim eo die iram deuorarit ac represserit, seruat tamen eam in posterum.* Sic post κἂν infertur interdum δέ, interdum ἀλλά. nonnunquam etiam vtrinque fit reduplicatio: vt Aristot. Meteorol. 1. de stellis, κἂν εἰ μείζους κἂν ἐλάττους φαίνονται, ἀλλ᾽ ὅμως ἀδιαίρετοί γε καθ᾽ ἑαυτοὺς εἶναι δοκοῦσι, *etiam si maiores aut minores videãtur, attamen indiuidua per se certè esse videntur.* Idem de Cælo lib. 1. κἂν εἰ μὴ ἄπειρον μὲν τὸ σῶμα τὸ πᾶν, οὐ μὴν ἀλλὰ τοσοῦτόν γε ὡς εἶναι πλείους οὐρανούς, *ac licet non infinitum sit corpus vniuersum, attamen tantum saltem est vt plures sint cæli.* Sic οὐ μόνον- ἀλλὰ καὶ, *non tantum- sed etiam.* Cuius generis sunt etiam illa, οὐχ ὅπως- ἀλλὰ καὶ: & οὐχ [illegible] ἀλλὰ καὶ: & μὴ ὅπως- ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον: item hæc vtrinque negatiua, [illegible] οὐδὲ: & μὴ ὅτι- ἀλλ᾽ οὐδέ. quorum exempla in Indice Dionysii Halic. à Sylburgio notata sunt. Ea Latinè [illegible]

dupliciter enuntiari possunt: vt, *non dicam eruditus, sed ne primis quidem elementis initiatus*: &, *non modo non doctus, sed-*. Similis consecutio est inter εἰ & potentialem ἂν; & quidē ordine reciproco, sed ita vt εἰ ponatur initio, ἂν vero vel in medio, vel in fine. vt Plutarch. Apophth. ἔλαβον ἄν, εἰ Ἀλέξανδρος ἤμην, *accepissem, si Alexander essem*. Aristot. De Anima, εἰ κινεῖ γε αὐτὴ ἑαυτὴν, καὶ αὐτὴ κινοῖτ' ἄν, *si ipsa seipsam mouet, etiam ipsa moueatur*. Demosth. εἴ τις αἵρεσιν μοι δοίη, τὴν τῆς ἡμετέρας πόλεως τύχην ἂν ἑλοίμην, *si quis optionem mihi daret, nostræ ciuitatis fortunam eligerem*; seu, *electurus essem*.

εἰ & ἂν consecutio.

καὶ quoque post ἴσος, ὅμοιος, ὁμοίως, & similes particulas, relatiuam quandam vim habet: quippe quæ ponatur pro aduerbio ὡς, sicut apud Latinos *Ac* & *Atque*. Eius generis exempla apud Pausan. 493, 21. sed reperiuntur etiam apud Aristot. Meteorol. 71, 26. De poëtica 231, 3. itidemque in Organ. 148, 25. ταὐτὸ σημαίνει καὶ- *idem significat ac-*. Tanta vero in hoc genere est varietas, vt etiam Aristoteles ad Theodecten, particularum collocationem & ἀνταπόδοσιν inter primum elegantis orationis munus recensuerit. quamobrem bonorum auctorum lectione melius quàm nostris præceptionibus eius rei cognitio comparari poterit. Et post pauca subiungitur earum compositio his verbis.

Particularum connexio quantū orationi conferat.

COMPONVNTVR etiam Coniunctiones nonnullæ: vt εἴτε, εἴγε, εἴπερ, καίπερ: καίτοι, ἤτοι, γάρτοι: τοιγάρ, τοίνυν: item tres, τοιγάρτοι, τοιγαροῦν, τοίνυν. Ipsa etiam γὰρ, composita videtur ex γὲ & ἄρ, vt γοῦν ex γε & οὖν. sic ἐὰν ex εἰ & ἄν: κἂν ex καὶ & ἄν, per crasin: itidemque ἢν ex ἐάν. Componuntur etiam cum aduerbiis, vt ὅταν, ὁπόταν: ὥσπερ, ὥσπερ: ὥστε, μήτε: οὐδὲ, μηδὲ. Sic etiam ἐπεὶ composita videtur ex ἐπὶ & εἰ: atque inde ἐπειδὴ, ἐπειδήπερ, ἐπειδὰν. ὅν, δήποτε. περ. Nominibus & aduerbiis annectuntur ea signif. qua *cumque* apud Latinos: vt ὁστισοῦν, *quicumque*: ὁτῳοῦν, *cuicumque*: ἅττ' οὖν, *quæcumque*: ὁποιοσοῦν, *qualiscumque*: ὁποσοσοῦν, *quantuscumque*: ὁποτεροσοῦν, *vtercumque*: ὁποσαπλασιοσοῦν, *quotuplexcumque*: & ὁπουοῦν, *vbicumque*: ὁπωσοῦν, *vtcumque, quomodocumque*: apud Xenoph. etiam οὐδ' ὁπωστιοῦν, *nequaquam*. Item ὁποιοσδήποτε, *qualiscumque*: ὅποι δήποτε, *quocumque*. & Eurip. ὅπουπερ ἐστι. *vbicumque est*. qua significatione vsurpatur etiam ἂν & ἐὰν extra compositionē. περ apud poëtas annectitur, pro καίπερ: vt ἱέμενοί περ, *quamuis cupientes*. δε accusatiuis nominum annexa, fungitur apud poëtas vice præpositionis εἰς. Sic interdum etiam in prosa, Μέγαράδε, *Megara versus*. atque inde aduerbia localia in ζε. Eadem δε fungitur vice demonstratiui verbi ὅδε, in ὅδε *hic*, τοιόσδε *talis*, τοσόσδε & τηλικόσδε *tantus*. ὅδε *sic & hic*: Atticeq; vertuntur in δί: ὁδί, τοιοσδί, τοσοσδί, τηλικοσδί, ὡδί: ad intenden-

Coniunctionum compositio.

Cum aduerbiis.

Nominibus & aduerbiis.

δε pro εἰς.

δε pro demonstratiuo

dam demonstrationis vim. idem enim est ὅδε quod οὗτος ἰδὲ: & ὧδε idem ac οὕτως ἰδὲ: sicut etiam *hicce* apud Latinos vsurpatur pro *hic ecce.* Non raro tamen absque vllo significationis augmento, numeri tantum explendi gratia, annectuntur hæ particulæ: vt, ὅσπερ, & apud poëtas ὅστε, nihil amplius significant quàm simplex ὅς. sic ὥστε, ὥσπερ, ὅπερ, καθώσπερ, καθάπερ. sic etiam in τοιγάρτοι & τοιγαροῦν, postremæ particulæ expletiuæ sunt. Antesign. supra 350,31. καὶ quoque cũ varij generis vocibus per apostrophũ cõtrahitur, 229,27. vbi Etymologicon hanc tradit regulam, tum demum subscribi, cum in sequentis dictionis initio fuerit ε vel οι: vt κᾆτα, ex καὶ εἶτα: κᾦνος, ex καὶ οἶνος. sic χὠ factum esse ex καὶ ὁ: at χᾠ ex καὶ οἱ. Caussalis ἵνα nonnunquam vice Præpositionis διὰ ponitur. Aristoph. Nub. ἵνα δὴ τί τὴν ἔνην προσέθηκεν; id est, διὰ τί δὴ, *cur igitur?* sic idem alibi, ἵνα τί γὰρ; *cur enim?* qui loquendi modus passim in Bibliis est obuius.

καὶ cum varij generis vocibus.

ἵνα pro διά.

Coniunctiones etiam cumulantur interdum in oratione. vt Il. γ, ἦ μὲν δὴ πρίν γ' οὔ χε ἀρηΐφιλος Μενελάος Σῆπτε βίη καὶ χερσὶ καὶ ἔγχει φέρτερος εἶναι. Sic etiam potentialis ἂν geminata reperitur in vno eodemque commate apud Dionys. Halicarn. in Isæo, 106,2. τίς αὖ ἂν σοι αὖ ὁμολογήσῃ. nisi fortè legendum ἄρ' ἂν. Sæpius ea geminatio fit in καὶ quamquam significatione variante. Lucian. καί που καὶ ἐσθὴς καταῤῥήγνυται, *& alicubi etiam vestis dirumpitur.* Sic καὶ γὰρ καὶ, καὶ μὲν καὶ, καὶ δὴ καὶ, passim obuia. Contra Asyndeton orationis schema dicitur quod Coniunctionibus caret. In hoc genere de copulatiuæ omissione dictum supra. Sic Aristot. Magn. mor. lib. 2. ἀγαθὰ δὲ, δόξαν, πλοῦτον, δόξαν, τιμὴν, τὰ τοιαῦτα. & in fine lib. 3. Rhet. εἴρηκα. ἀκηκόατε, ἔχετε, κρίνατε. E concessiuis omittitur interdum μὲν: (sicut etiam è disiunctiuis prior nonnunquam omittitur, ἢ, vel ἤτοι) & contra interdum aduersatiua ὅμως seu ἀλλά. Omittitur etiam nonnunquam caussalis ἵνα seu ὅπως: & potentialis ἄν. Sic etiam Optatiuæ εἴθε & ὡς.

Coniunctiones cumulatæ in oratione.

Asyndetõ quid.

μὲν omissum.

Et ἵνα.

DE INTERIECTIONIBVS.

Cum nominatiuo.

Interiectionvm quæ Latinis appellantur, sua etiam rectio est, sed varia. Eurip. ὦ ἐγὼ μέλεα, *hei ego misera*. ὦ λόγοι, ὦ φρένες, ὦ σύνεσις, ὦ ἐπιτηδεύματα, ὦ ἁρμονία, ὦ ... *ô sermo, ô mentes, ô prudentia, ô studia, ô concentus, ô concordia.*

Cum genitiuo.

Αἲ, φεῦ, ὦ, οἴ, ἰὼ, βαβαὶ. Fauorin. αἲ αἲ τῶν νεογνῶν μου παίδων, *heu heu recens natos meos liberos.* Soph. φεῦ τοῦ θανόντος, *heu mortuum.* Aristophanes, ὦ μοι σοφίας, *ô sapientiam:* ὦ μοι μανίας τῆς σῆς, *ô insaniam tuam.* Lucian. οἴ μοι τῶν κτημάτων, οἴ μοι τῶν ἀγρῶν, *heu possessiones, heu agros.* Suid. ἰὼ ἰὼ τραυμάτων ἐπωδυνῶν, *ô ô vulnera dolorifica.* Fauor. ὦ τῆς ἐμῆς ἀθλιότητος, *ô meam ærumnam.* Idem, βαβαὶ τῆς εὐδαιμονίας, *papæ, quæ est hæc fœlicitas!*

Cum datiuo.

ἰὼ, οἴ, ὦ, αἲ. Sophocles, ἰὼ μοι, μοι, *hei mihi, mihi:* vel, *hei mihi misero.* Aristophanes, οἴ μοι, περιείλημμαι μόνος, οἴ μοι μάλ' αὖθις, *hei mihi, obuolutus sum solus, hei mihi valde rursus.* Fauor. ὤ μοι τῷ δειλῷ, *hei mihi misero.* Idem, αἲ αἲ μοι τῶν ἀγρῶν, *hei hei mihi propter agros.*

Cum vocatiuo.

ἰοὺ, ἰοὺ, ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, *ahu, ahu, ô Iupiter rex.* ὦ μὴ λέγε, ὦ πονηρέ, *ah ne dic, ô improbe.* Aristoph. ἰὼ ἰὼ τέκνον, *ohe ohe fili.*

Sine casu.

PLERVMQVE sine casu sunt. Sophoc. φεῦ φεῦ φρονεῖν, *pape pape sapere.* Aristoph. φεῦ, εἴθ' ὤφελ' ἡ προμνήστρι' ἀπολέσθαι κακῶς, *eheu, vtinam auspex nuptiarum periisset male.* Gregor. ὦ πῶς ἀδακρυτὶ τὴν τούτων ἐνέγκω μνήμην; *ô quomodo sine lacrymis horum feram memoriam?* Idem, ὦ τίς Ἱερεμίας ὀδύρεται τὴν ἡμετέραν σύγχυσιν, *ô quis Ieremias deplorat nostram confusionem.*

DE ABSOLVTA RECTIONE, AC PRIMVM DE EFFICIENTE.

HABENT Latini rectionem absolutam ex ellipsi admerbij in nominibus causæ & mensuræ, quam Græci Grammatici nominatim profitentur ex eadem ellipsi proficisci. Hanc magnus sui temporis declamator sic est persecutus.

EFFICIENS ponitur in genitiuo: πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι, *patre strenuo & bono natum esse.* Sic caussa per quam: κρεμῶ σε τοῦ ποδὸς, *suspendo te pede:* λύκον τῶν ὤτων κρατῶ, *lupum auribus teneo.* Item caussa propter quam. Phal. [illegible] *igitur ob [illegible] lædentes, ob nostra [illegible]* An [illegible]

Efficiens in Genitiuo.

Caussa per quã.

Propter quam.

ἐλεηθείην, ego ob fortunam, qua vsus sum, meritò apud omnes misericordiam consequar. Sic ζηλῶ σε τῆς ἐλευθεριότητος, admiror te ob liberalitatem. εὐδαιμονίζω σὲ τῆς παῤῥησίας, beatum te iudico propter libertatem loquendi. φιλεῖ αὐτὸν τῆς ἀρετῆς, amat illum ob virtutem. ἀξιῶ σε τιμῆς, digno te honore. In primo genere subaudiunt ἐκ, in secundo ἐκ vel διὰ, in postremo ἕνεκα.

Præpositio addita efficienti. Aliqvando præpositio additur. λίθοι ἐκ πυρὸς διαφανεῖς, lapides ex igne translucentes. Hesiod.

> εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι,
> αὐτῷ τῷ μέτρῳ. ——
> *Bene quidem mensurator à vicino, bene verò redde,*
> *Eadem mensura.* ——

Xenoph. ἐκ παντὸς τρόπου ζητεῖ, ex omni modo quærit, pro omni modo.

Efficiens datiuo expressa. Hic aliquando datiuus adhibetur. Aristot. οὐκ εἰκὸς τοὺς θεοὺς χαίρειν ταῖς δαπάναις τῶν θυομένων, ἀλλὰ ταῖς εὐσεβείαις τῶν θυόντων, non verisimile est deos delectari sumptibus sacrificiorum, sed pietate sacrificantium. προσῄει ἀγαθῇ τύχῃ, ... bona fortuna. πάσῃ δυνάμει σοι βοηθήσω, totis viribus tibi auxiliabor. τῷ ξίφει ἐπάταξε, gladio percussit. ἐστεφάνωσεν αὐτὸν χρυσῷ στεφάνῳ, coronauit ipsum aurea corona.

De Materia.

Materia in Genitiuo. Materia similiter in genitiuo ponitur, λίθου λευκοῦ ἐποίησε τὸν νεών, lapide candido fecit templum. νόμισμα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κεκομμένον, numisma auro & argento cusum.

Præpositio materiæ apposita. Præpositio tamen hîc frequens est. Herodot. οἴνῳ ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέονται, vino ex hordeo confecto vtuntur. Theophr. τὰς τριήρεις ἐκ κέδρου ποιοῦσι, triremes ex cedro faciunt. Ioseph. εἰσεκόμισε καὶ καινὴν σκεύην, λυχνίαν, τράπεζαν, βωμὸν, ἐκ χρυσοῦ πεποιημένα, importauit & noua vasa, candelabrum, mensam, aram, ex auro facta.

Materia Datiuus. Dativvs hic etiam aliquando est. Demosth. ... καλλωπίζομαι ... ταῦτα σεμνύνομαι, οὐδὲ γραφεὶς ἀποφυγών, ... glorior quòd hæc non prodiderim, neque eo quòd accusatus effugerim. Talis ista lectio est Latinis, authoritate græca humanitate politus.

De Mensura.

Mensura in Accusatiuo. Mensvra ponitur in accusatiuo. Thucyd. ἀπέχει δὲ ἡ Πλάταια τῶν Θηβῶν σταδίους ἑβδομήκοντα, abest autem Platæa à Thebis stadia septuaginta. Arrian. ἀπέχει σταθμοὺς τρεῖς, ... stathmos tres, id est, iter trium dierum.

Cum præpositione. Mensvra aliquando à præpositione regitur. ... de lōgitudine Hispaniæ, ἀπέχει δὲ κατὰ Ἡρακλέους πύλας ...

αὐτὸς ὁ τόπος περὶ ὀκτακισχιλίους σταδίους, distat ab ostio secundum columnas Herculis, circiter octies millena stadia.

De Tempore.

Tempus Accusatiuo exprimitur cum notatur quãdiu, vel

DEINDE etiam temporis, tanquam mensuræ, accusatiuus est, cùm exprimitur *quamdiu*. Demosth. *οἱ χρηστοὶ πρέσβεις οὗτοι καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ τρεῖς ὅλους μῆνας, isti boni legati sedebant in Macedonia tres totos menses.* Idem, *ὥστε ἅπαντα τὸν βίον ὑπόδικος εἶναι ὁμολογῶ, itaque me omnem vitam esse obnoxium confiteor.* Item, cùm exprimitur *quando*, sed rariùs. Idem, *κατέπλευσαν δεῦρο τρίτον ἔτος, huc enauigarunt tertium abhinc annum.* Idem, *ἐξῆλθον ἔτος τουτὶ τρίτον, exij annum abhinc tertium.*

Quando.

Sed sæpius est genitiuus pro quando.

CVM exprimitur quando, genitiuus est sæpius. Hippocr. *αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, ventres hyeme & verè calidissimi naturâ.* Thucyd. *χειμῶνος ἤδη ἀνεχώρησαν, hyeme appetente regressi sunt.*

Iuncto participio.

HIC participium frequenter est, *ἐμοῦ παρόντος, me præsente.* Aliquando participium solum, *ἐλθόντων δὲ, ubi autem venissent.*

Atticismus Nominatiui.

Atticismi.

ATTICE pro genitiuo absoluto, qui ad quando respondetur, est nominatiuus, vt *ἀκουσθὲν, δόξαν, προσταχθὲν, cùm esset auditum, cùm con igisset, cùm mandatum esset.* Aristot. *ἀνοιχθέντες δὲ συναφέντος πόρους, πάλιν γίνεται τὸ πῦρ, apertis meatibus corporis, rursus fit ignis.*

Atticismus Datiui.

DATIVVS hîc est aliquando. Isocr. *οἷς γενομένοις, πῶς οὐκ εἰκότως μέγα φρονοίης; quibus factis, quomodo non meritò magnificè de te senseris?* Xenoph. *περιιόντι τῷ ἐνιαυτῷ φαίνουσι πάλιν οἱ Ἔφοροι φρουρὰν ἐπὶ τὴν Ἦλιν, circumacto anno, decernunt denuò Ephori custodiam in Elin.*

Atticismus Accusatiui.

QVA forma & accusatiuus sumitur, & ferè cum *ὡς* vel *ὥσπερ*: vt *ὡς τὸν ἄνδρα τοῦτο ποιήσαντα*, pro *τοῦ ἀνδρὸς ποιήσαντος, cùm vir istud fecisset.* Sed id frequentissimum est in participiis impersonalium, *δέον, cùm oporteat: δέησαν, cùm oportuerit: ἐξὸν αὐτῷ ποιῆσαι, cùm ipsi permissum esset facere: ὡς οὐδὲν αὐτῷ μέλον, tanquam nihil eius interesset.* Xenoph. *δόξαν δὲ ταῦτα, ἐκήρυξαν οὕτω ποιῆσαι, his verò decretis, edixerunt sic facere.* Plat. *δόξαν δὲ ἡμῖν ταῦτα, ἐπορευόμεθα, his verò per nos decretis, proficiscebamur.*

Genitiuus pro quamdiu.

ITEM, cùm quamdiu exprimitur, aliquando genitiuus est. Aristoph. *πολλοῦ γὰρ αὐτοὺς οὐχ ἑώρακα χρόνου, nam longo tempore eos non vidi.*

Datiuus tempori...

PRO quo datiuus simili modo ponitur. Thucyd. *ὑστέρῳ χρόνῳ [illegible] ἐπολέμησαν, insequutis temporibus aduersus*

Troiam exercitum duxerunt. Idem, τῇ αὐτῇ δὲ ἡμέρᾳ αὐτοῖς συνέβη, *eadem autem die ipsis euénit.* Arrian. ἐτελεύτα δὴ Ἀλέξανδρος τῇ τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ ἑκατοστῇ Ὀλυμπιάδι ἐπὶ Ἡγησίου ἄρχοντος Ἀθήνησιν, *decessit igitur Alexander centesima decimaquarta Olympiade, Hegesia imperante Athenis.*

Tempus cum praepositione.

TEMPVS à praepositione aliquando regitur. Hesiod.

νοῦσοι δ' ἀνθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ ἠδ' ἐπὶ νυκτὶ
αὐτόματοι φοιτῶσι, κακὰ θνητοῖσι φέρουσαι.
Morbi autem hominibus in die atque in nocte
Spontanei veniunt, mala mortalibus afferentes.

Heracl. ἅπας ἀναπαύεται πόλεμος ἐν χειμῶνι, *omne cessat bellum in hyeme.* κριθῶν δὲ μέδιμνος ἔσται σοι ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας τὸ ἄριστον, *hordei verò medimnus erit tibi in quolibet die prandium.* Sic ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν, *per totum diem, vel in dies singulos.* ὑπὸ τὰς αὐτὰς ἡμέρας, *sub eosdem dies.* Huc referuntur genitiui illi, μικροῦ ἐξέφυγε, *parum abfuit quin effugeret:* μικροῦ διῆλθε, *ferè euasit.* Item ὀλίγου δεῖν, *fermè.*

De Nominibus vrbium.

Nomen vrbis regitur à praepositione.

NOMEN proprium vrbis, regitur à praepositione. Homerus,

Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν,
In Argo equorum nutrice mori, & fatalem sortem attrahere.

Ioseph. καὶ ἱδρύσας αὐτὸν ἐν Ἱεριχοῦντι βασίλειον, οὐδὲν τ[illegible] τῆς κακώσεως παρέλιπεν, *vbi collocasset ipsi in Hierichunte regiam, nihil afflictionis in populum praetermittebat.* Sic εἰς Λακεδαίμονα, *in vel ad Lacedaemonem:* εἰς Πέλλιον, *in Pell[illegible]*

Hæc ille. quæ & nobis de Syntaxi visa sunt satis.

DE

DE PROSODIA QVARTA PARTE GRAMMATICES.

Duplex ratio pronunciandarum vocum.

GRAMMATICI *cum suam artem in membra partiuntur, vltimam sedem, Prosodiæ concedunt: eaque non ineptè à Pratteolo sic definitur. Prosodia est apta orationis conceptæ pronunciatio: Sicut enim contexendæ orationis Syntaxis, ita prosodia pronunciandarum vocum rationē continet. Vocum itaque pronunciandarum ratio est duplex: Aut enim syllabas idoneo tempore & accentu moderatur: aut dictiones conuenienti morula & respiratione distinguit. Prior* λεξιφωνία *appellatur: posterior respiratio: de hac alias, nunc de Lexiphonia dicendū: Est ergo Lexiphonia quæ syllabarum quantitatem & accentum demonstrat. Porrò Græci in angustum* προσῳδίας *contractum nomen, Apicibus quibus in scribendo vtuntur imponunt. hi enim ab illis* προσῳδίαι *vocantur, id est, accentus: qui & decem sunt, quadrifariam diuisi.* εἰς τόνους, πνεύματα, χρόνους, καὶ πάθη, *id est,* in tonos, spiritus, tempora & passiones.

Lexiphonia.

Tonus.

TONI, *id est, apices eleuationem ac depressionem syllabarum indicantes, sunt tres, acutus, grauis & circumflexus. Acutus, à dextra sinistram versus descendens in syllabam acuendam defertur: hac figura,* ´ *vt* Αἰνείας. *Grauis à sinistra ad dextram in syllabam grauandam, hoc modo,* ` *vt* περὶ μὲ τούτων. *Circumflexus ex acuto & graui compactus, syllabam circumflectendam vtrinque contegit, hac forma* ˜ *, vt* μοῦσα. *hos vero apices ex litera* ϑ *conficiēdi viam docet F. Vergara lib. 4. cap. 5. in suo Scholio.*

Spiritus.

APICES *spirituum duo sunt: Tenuis, qui sic pingitur* ᾿ *, vt* ἀήρ, *& crassus cui respondet. Aspiratio Latina sic,* ῾ *vt* Ἕκτωρ.

Tempora.

TEMPORA *seu notæ temporum, quæ longitudinem & breuitatem suppositarum vocalium designant, duo sunt: longum & breue: longum est virgula porrecta, hoc modo* – [illegible]. *Breue est* ˘ [illegible] *vt* πάρις.

PASSIO

P A S S I O N E S *seu virgulæ indicantes dictionem affici sunt tres, ἀπόστροφος, ὑποδιαστολὴ, & ὑφὲν, de quibus quædam supra, cùm de orthographia, dicta sunt: quædam infra dicentur.*

Puncta. Σ Τ Ι Γ Μ Α Ι`, *id est, puncta sunt duo, Colon & Comma, de quibus fusè in Latinis.*

Notio. P O R R O *aduertendum, etiam interrogationis signum apud Græcos, hoc modo scribi;* τί ποιεῖς; quid agis: *Item quod duo puncta supra vocalem distinguunt ipsam, ne cum præcedente coëat in diphthongum. vt* ὀϊς *dissyllabum est:* ὄις *sine punctis monosyllabum.*

I T E M, *quod longi temporis virgula supra dictionem porrecta, etiam nomina propria indicat, vt* Διονύσιος γράφει, Dionysius scribit. *Et litteras: vt* τὸ ῑ φωνῆεν ἐστὶ δίχρονον ι vocalis est bitemporanea. *Quandoque etiam dictiones, vt* τὸ διαλέγομαι ἴσον τῷ ὁμιλῶ, ὅθεν ἡ διαλεκτικὴ, *id est,* disputo idem est quod colloquor, vnde ars disputatoria. *Interdum etiam syllabas in compendium contrahit: vt* σ̅ρ̅ σωτὴρ κ̅ς̅, κύριος: *Plura hoc loco præmonenda ex Prateoli in prosodiam præ... petantur. Nos institutam accentuum rationē ex Gulielmo Baïlio, quem vnicum huius partis præceptorem ... copiosumque indicauimus, ipsis Autoris verbis persequamur.*

GVLIEL

EX

GVLIELMI BAILLII E SOCIETATE IESV DE ACCENTIBVS GRÆCORVM LIBELLO.

De Accentuum in pronunciando adiumento, & eorum apud antiquos momento.

SI aliquod ad nos si non viuum & expressum, saltem mediocriter adumbratũ, & non inuenustis omnino lineamẽtis ductum veteris illius Atticæ pronunciationis peruenit simulacrum; illud certè non tam Ludi magistris, à quibus primam linguæ Græcæ hausimus & expressimus cognitionem, non tam hominibus natione Græcis, qui hoc tempore fœda barbarie deturpati, vix aliquam suauitatis pristinæ retinent vmbram; quàm Accentuum notis, quæ veluti lectissimæ nutrices nos tanquam in cunis balbutientes & in pronunciando hærentes mira arte & facilitate formant, acceptum referre debemus. Equidem tantum virium delitescere in Accentibus ad pronunciationem in suo auito suauitatis splendore conseruandam existimo, quantum olim adiumenti Gracchus in seruo fistulatore ad vocem suam rebus, de quibus dicebat, accommodandam, & ad omnem motum, quem orationis vis & impetus postulabat, inflectendam, collocabat. Hic enim, vt meminit Cicero in tertio de Oratore Dialogo, quoties cõcionem instituebat, si in iracundia non incitatum, acutum & crebrò incidens vocis genus: si in miseratione non flexibile & interruptum flebili voce: si in timore non demissum & hæsitans: si in voluptate non effusum & lene: si in grauioribus amplificationum machinis non vehemens & contentum suscepisset; toties seruus adeo suum penitus, eburneolâ fistula instructus, illi occultè à tergo attentus aderat, & admirabili prorsus industria tenuem illam fistulam aut celeriter, aut remisse, aut grauiter, aut exiliter inflabat, vt eo

Accẽtuum vtilitas.

ſigno percepto herus, qui perorabat, aut ſe languentem excitaret, aut excitatum à contentione reuocaret, vocemque ſuam inæquabili varietate, qua aures renouarentur & reficerentur, prudenter temperaret. Accentus autem ſine vllo ſtrepitu non tanquam ſerui tibicines, ſed tanquam eruditi & muti magiſtri, certis admodum ſignis demonſtrant, quãdo ſyllabam attollere, quando deprimere, quando medio quodam ſono temperare debeamus; ſi vel oculos legendo, vel memoriam loquendo, vel mentem cogitando in illos conuertamus. Etenim ſi vt priſcis illis Ariſtotelis & Demoſthenis temporibus, (vt paulò poſt aperiemus) in quibus nulli accentus in iis, quæ Græcè litteris mandabantur, aut pauci certè ad ambiguitatis mæandros in cauſis grauioribus effugiendos notabantur; ita & hac ætate in iis, quæ vel typis excuſa, vel amanuenſium labore ſcripta, nobis relicta ſunt, nulla etiã accentuũ ſigna depicta cernerẽtur, aut quælibet, vt animus meus auguratur, natio ad propriç & patriæ linguæ tonum pronunciationem Græcam cum ſumma cõfuſione detorſiſſet. aut ad Latinç pronunciationis normam, in qua interuallorum longorum & breuium ſola ſpectatur ratio, ineptè deflexiſſet. Quid autem auribus mediocriter eruditis & Atticis iniucundius & moleſtius accidere poteſt, quàm ſi in Latinum traducta ſonum aut libera, aut numeris vincta oratio Græca percipiatur? Quis vel tenuiter Græcus non totus horreat, ſi hoc primum Heſiodi metrum more Latino pronunciari audiat?

μοῦσαι πιερίηθεν ἀοιδῆσι κλείουσαι·

Hic non tantum claudicat, & quaſi fluctuat delicatus ille Græcorum concentus, ſed tanquam peregrinus, & vi quadam de patrio & auito patrimonio deiectus ac in acerbum ſeruitutis iugum redactus, eneruatus & exanimatus languescit. Si autem quaſi iure poſtliminij ſuis ſedibus, restitutus more Attico ita deuoluatur,

μοῦσαι πιερίηθεν ἀοιδῆσι κλείουσαι.

Græci à Latinis quare in pronũciando diſſentiant.

Quanto aures teretes & Græcos oblectationis ſenſu cumulabit? Nec verò mirandum eſt, tam diſſimiles, & interſe diſcrepantes Græcos & Latinos in pronunciandi ratione exiſtere, cùm ſi omnium nationũ & linguarum varietates vnum in locum cogamus, & inuicem comparemus, nihil cognatum, nihil ſimul cohærens, ſed maxime inter ſe diſiunctum & diſſimile reperiemus: Nam quemadmodũ quælibet natio, propria habet, quibus inter ſuos ciues familiariter vtitur, vocabula, ſic certum & definitum in proferendo ſonum & accentum, quo patria lingua tãquam quadam

tessera inter peregrinas & exteras nationes, etiam si earum mutuetur loquendi genus, nisi in eo diu multumque fœliciter se exercuerit, facilè dignoscitur. Hoc olim in Græcis dum Latinè, in Latinis dum Græcè, in Gallis dum Italicè, in Italis dum Gallicè, in Germanis dum Hispanicè, in Hispanis dum Germanicè, &, ne longius excurrat enumeratio, in omnibus populis id licet contemplari, qui quoties in alieno solo natum sermonem addiscunt, toties à germano accentu deflectentes, & risum vberrimum excitant, & sibi tantum placent, præterea nemini. Quamuis enim aliquis sit ita lingua expeditus, vt non hæreat & titubet; ita memoria firmus, vt summa facilitate omnia animo complectatur, ita in agendo venustus, vt nullum gestum nisi aptum & rebus consentaneum effingat; si tamen peregrinæ alicuius gentis, cum qua diuturnum & familiare non inierit commercium, orationem velit vsurpare, Nearchum vt scribit ille deorum & hominũ derisor Lucianus, πρὸς τὸν ἀπαίδευτον πολλὰ βιβλία ὠνούμενον ridiculè imitabitur; qui dum sibi aliena industria laudem aliquam conciliare cuperet, ratus conatus suos fœlicem euentũ habituros, si Apollinis Lyram, quę in quodam Lesbiorum templo summâ diligentia seruabatur, posset subripere, sacerdotem templi custodem magna vi auri & argenti corrupit, & eo furto insolentior factus, sibi facilè persuasit, se instar Orphei cantus suauitate flumina à suo cursu in contrarium detorsurum, syluas & saxa tracturum, animalia ad mitiorem naturam ferina omnino exuta reuocaturum, hominum denique mentes quocunque cantus incubuisset, ad nutum & arbitrium impulsurum; quæ dum apud se commẽta & somnia animo versaret, nocte quadam dum se parum tutum videret, & inclusum suburbio, in quo flagitium commiserat, animaduerteret, Lyram cuius dulcedine se periculum carceris iam iam imminens vitare posse confidebat, cœpit sine arte digitis pulsare, sed stridore planè rustico & agresti omnes Canes excitauit, qui furibundi cõmuni impetu facto eum miserrimè laceratum & laniatum in frusta diuiserunt. Sic priscis illis temporibus dum vel Scythæ vel aliæ remotiores nationes linguæ Græcæ sibi nequaquam visitatæ, & minimè natiuæ verba pronunciabant, sono & accentu planè ingrato, non minus quàm Nearchus suo strepitu, omnium Atheniensium aures acerrimas & delicatissimas obtundebant, eorumque in se odia conflabant. Notum omnibus, Atheniensium Senatum pecunias quasdam, quas ille liberaliter largiebatur, reiecisse, & planè recusasse; in summis etiam bellorum turbinibus, & totius Reipublicæ angustiis, a solâ ea ratione quod barbarus eas

Nearchi error & sacrilegium.

Summa Atheniensium in [illegible] accentu [illegible].

offerendo,& ab accentu loquendo deflexiſſet & in ſolœciſmum dicendo ἀδικειῶ pro ἐγὼ ἀδικέζω turpiter coram omnibus incidiſſet. Quamuis autem diuerſæ fuerint apud varias gentes pronunciandi leges,plures tamē communi quadam conſpiratione & conſenſu Græcorum viam ſunt ſequutæ, qui Accentibus non ſyllabarum quantitati totius pronunciationis imperium conceſſerunt ; paucæ verò & ferè nullæ Latinorum veſtigiis inhæsêre,qui ſolis ſpatiis vel productis vel correptis totius pronunciationis vires metiuntur : imò verò etiam apud Latinos dum in vno eodemq; verbo Accentus & quantitas occurrunt, & inter ſe tacitè de dominio decertant , cedit tandem iure antiquitatis deuicta contra peruagatas leges ipſa vocum quantitas Accentibus.Etenim cuius auribus non erit dulcior ea pronunciatio,Mercúri penultima,vt volunt peritiores Grammatici,vi toni acuti eleuata , quàm Mercŭri penultima contracta & vnico tantum temporis puncto celerrimè pronunciando comprehenſa? Equidem dum ſeueris carminis legibus compulſus ita Horatianum illum Saphicum verſum percurro,

Gracorum pronũciationi plurimæ gentes adhæſerunt.

Latinorũ verò paucæ.

Mērcŭri facunde nepos Atlantis,

Toties videor mihi vim inferre, & aures meas illiberali concentu lædere. Itaque meritò Græci tam appetentes & cupidi Accētus patrij & [illegible] ſtudioſi fuerunt, vt ſi quē aut peregrinum,aut ciuem vel vocis ſonum exprimere putidiùs,vel exiliter exanimatum efferre,vel inflatum & quaſi anhelatum grauiùs producere , vel extra modum abſonum effingere deprehendiſſent , eum cachinnis , & ſibilis exciperent. Sciunt omnes , vt teſtatur Cicero in libro de Claris oratoribus,Theophraſtum diu tamen multumque Athenis verſatum , dum familiariter loqueretur , ab anicula Attica peregrinum fuiſſe cognitū, & ridiculè ab eadem tractatum. Quem ego cùm à diuinitate quadam loquendi nomen duxerit,nihil perturbatum ac diſcrepans vel præpoſterum aut in genere,aut in perſonis , aut in numero dixiſſe exiſtimo, ſed in Accentu ſolo fuiſſe lapſum mihi nōn obſcurè perſuadeo. Nec mirū ſi Theophraſtus vir externus deriſus fuerit, cùm Demoſthenes ſæpius in publicis concionibus à tono natiuo deflectens tumultum excitarit , maximè verò [illegible] Plutarchus in eius vita, θορυβῆσαι [illegible] Ἀσκλήπιον , [illegible] εἶναι γὰρ τὸν θεὸν ἤπιον [illegible] πολλάκις [illegible] ὁ Εὐβουλίδης [illegible] Μιλήσιος [illegible] tumultum commouit ; maximè cùm iuraret per [illegible] nec ἀσκληπίον acuta penultima more [illegible] , ſed [illegible] penultima ἀσκλήπιον (more vt ſibi videbatur [illegible]

Theophraſtus ab anicula Attica reprehēſus.

Theophraſtus errauit in accentu.

Demoſthenes à natiuo tono deflexit.

In vita decem Rhetorum.

pronunciauit, atque ostendit rectè se dicere, esse enim Deum illum ἤπιον hoc est propiciū; Atque ob hoc sæpè explosus est, sed institutione vsus Eubulidæ Dialectici Milesij correxit omnia. Populus quippe Atheniensis tacito quodam consensu sine vlla arte, sola consuetudine duce & magistra, quæ essent in pronunciatione recta ac praua diiudicabat, & eam maximè laudabat, in qua nihil displicere, nihil animaduerti possit, nihil sonare, nihil olere peregrinum; Adeo autem nouæ pronunciationis fucum & cincinnos odio prosequebatur, vt infucata huiusmodi vitia in summis etiam oratoribus nulla ratione tulerit. Voluit idem Demosthenes interdum concinnam & ornatam in quibusdam verbis, nouam tamen pronunciationem affectare, sed quoties id tentauit, toties ludibrio seipsum exposuit, ita vt (teste Cicerone in Oratore perfecto) ab Atheniensibus exagitaretur vt putidus. Ipso quidē primo initio quo ex vmbraculis Rhetorum emersus forensem palæstram frequentare ac in Solem & puluerem ciuilium cōcertationum venire cœpit, sæpius quædam non ἀττικώτατα proferens, & tonum illum Atticorum pressum & delicatum non ita venustè & enucleatè exprimens, à multitudine reclamante in ipso orationis cursu explosus est, & in Theatris à Comicis poëtis, qui eo tēpore vitia ad risum captādum suis fabulis inserebant, & histrionica imitatione eadem verba & eundem accentum repetebant, acerbiùs notatus est, vt testis est idem Plutarchus in ipsius vita, dum inquit: προελθὼν δὲ πάλιν εἰς τὰς ἐκκλησίας νεωτερικῶς τινα λέγων, διεσύρετο ὡς κωμῳδεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ Ἀντιφάνους καὶ Τιμοκλέους: id est, *rursus in conciones progressus cum nouè quadam dixisset & pronunciasset, explosus est, ita vt ab Antiphane Comico & Timocle exagitaretur.* Tantam autē ob eam causam animo concepit molestiam, vt spem omnem forensium rerū penè abiecerit, & de alio vitæ genere ineundo cogitarit, nisi eum senex quidā sua auctoritate confirmasset, & subselliis Areopagi facilè dominaturum prænunciasset: auctore Plutarcho in eo libello, in quo quærit, an natu grandiori sit gerenda Respublica, cum ait λέγεται δὲ καὶ Δημοσθένους ἐκπεσόντος ἐν τῷ δήμῳ, καὶ βαρέως φέροντος, ἀψάμενον παλαιόν τινα γέροντα τῶν ἀκηκοότων Περικλέους καὶ εἰπεῖν, ὡς ἐκείνῳ τἀνδρὶ προσεοικὼς τὴν φύσιν οὐ δικαίως αὑτοῦ κατέγνωκεν. οὕτω δὲ καὶ Τιμόθεον Εὐριπίδης συριττόμενον ἐπὶ τῇ καινοτομίᾳ καὶ παρανομεῖν εἰς τὴν μουσικὴν δοκοῦντα, θαρρεῖν ἐκέλευσεν, ὡς ὀλίγου χρόνου τῶν θεάτρων ὑπ᾽ αὐτῷ γενησομένων: id est, *fertur olim senex quidam, qui Periclem dicentem audierat Demosthenem explosum à populo, eam ignominiam grauiter ferentem castigasse, cùm diceret eum, qui præstanti illi simili esset ingenio, desperando sibi ipsi inurere iniuriam.*

Atheniensis sola consuetudine accentus distinxit.

Demosthenes dū nouam pronunciationem affectaret à populo derisus.

Demosthenes animum à forensi studio auertens senis auctoritate reuocatus est.

Sic & Timotheum Euripides cum ob affectationem nouitatis tanquam legum musicarum violator exibilaretur bono animo esse iussit, quòd non ita multò post theatra in ipsius potestate futura essent. Quem locum ideo hîc inserui, quia ex eo non obscurè colligimus Periclem, & Timotheum summos Oratores interdum obmurmuratione totius cœtus à dicendo fuisse retardatos, cùm Accentuum leges non ea religione, quam Atheniensium aures desiderabant, colerent. Hinc Demosthenes cùm iam assidua exercitatione eloquentiæ suæ neruos corroborasset, & totius Græciæ concursum ad ea fulmina audienda, quæ numerosè contorta in animos iudicũ vibrabat, fieri videret, in celeberrimo totius Græciæ congressu dedita opera, vt Æschinem aduersarium pecuniarum à Regis Macedonum Legatis acceptarum subtiliter insimularet, in oratione pro Corona eum μίσθωτον accentu corrupto, & in antepenultima collocato appellauit, vt dum aliquis vel è numero Iudicum, vel è populo suas aures religiosissimas offensas cerneret, alta voce eandem dictionem repeteret & ritè μισθωτὸν accentu in vltima pronunciaret; quo audito ipse Demosthenes ansam & occasionem dicẽdi abriperet, Æschinem ipsius etiam populi suffragio mercenarium fuisse iudicatum. Nec augurium eum fefellit, nam vbi μίσθωτον antepenultima corruptè acuta dixit, statim, aliquorum opinione, totius populi clamor, aliorum autẽ sententia Meander Comicus in hunc modum erupit, μισθωτὸν vltima acuta. Qua expectata, & de industria quæsita reprehensione, audita, Demosthenes ad Æschinem facetè conuersus tanquam si communi omnium iudicio mercenarius damnatus fuisset hæc argutè subuinxit. ἀκούεις ἃ λέγουσι; id est, *audísne quid dicant?* Sed clariùs sales & in dicendo argutiæ apparebunt, si verba Demosthenis subiungam, & quæ in illa commentatus est, Vlpianus connectam. Sic igitur Demosthenes, cùm animum Æschinis à Philippi & Alexandri legatis pecuniis adulteratum fuisse ostendere vellet, & ab auditoribus, quorum naturam in accentu reprehendendo perspectam habebat, nihil minus cogitantibus testimonium extorquere, dixit. ἀλλὰ μισθωτὸν ἐγώ σε Φιλίππου πρότερον, καὶ νῦν Ἀλεξάνδρου καλῶ, καὶ οὗτοι πάντες. εἰ δ' ἀπιστεῖς, ἐρώτησον αὐτοὺς, μᾶλλον δ' ἐγὼ τοῦθ' ὑπὲρ σοῦ ποιήσω. πότερον ὑμῖν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι μίσθωτος Αἰσχίνης ἢ ξένος εἶναι Ἀλεξάνδρου δοκεῖ; ἀκούεις ἃ λέγουσι. id est, *sed mercenarium ego te Philippi antea, & nunc Alexandri voco, & hi omnes, Quod si id non credis, interroga eos, atque adeo ego ipse tuo loco id faciam. Vtrum vobis Athenienses μίσθωτος*, id est, *mercenarius Æschines an hospes Alexãdri esse videtur.* (populus autem ad reprehendendum accen-

accentum natura sua paratus dixit μιθωτός, accẽtu legitimo, quo responso percepto Demosthenes subridens adiunxit) *Audis ne quid dicant?* In quem locum sic scribit Vlpianus, τινὲς εἰρήκασιν ὅτι ἑκὼν ἐν τῷ ἐρωτᾷν ὁ ῥήτωρ ἐβαρβάρισεν ἐξεπίτηδες μίσθωτον λέγων. εἶτα ἐπελάβετό τις αὐτοῦ ὡς διορθούμενος, καὶ ἐβόησε τῷ ἰδίῳ τόνῳ μισθωτός. εἶτα τὴν διόρθωσιν ἀπόκρισιν καὶ βεβαίωσιν εἴρηκεν, οἱ δέ φασιν ὡς Μένανδρος ὁ κωμικὸς φίλος ὢν αὐτοῦ, καὶ ὢν ἐν τοῖς δικασταῖς ἀποκρίναιτο χαριζόμενος; ὃ τοῦ ἑνὸς τὴν φωνὴν ὡς τῶν πάντων ἐδέξατο. id est, *quidam dixerunt oratorem vltro & de industria μίσθωτος barbarè pronunciasse inter interrogandum, ac deinde ab aliquo reprehensum emendante & clamante suo iam tono natiuo μισθωτός. Postea Demosthenẽ correctionẽ pro responso & confirmatione amplexum. Alij dicũt Menandrum Comicum amicum eius sedentem in numero Iudicum respondisse in eius gratiam, cuius vocem vnius vt vniuersorum acceperit.* Sed quid diutius in re satis probata immoror, cùm omnibus constet Græcos & Athenienses tum ob alias causas, tum ob hanc maximè τέττιγας cicadas fuisse appellatos; quia sicuti cicadæ natura sua vocales sunt, & ad cantum expeditæ, ita Græci & Athenienses vnum maximè linguæ cultum & ornatum eumque non vulgarem, sed planè singularem, & politum ac suauem quendam τῆς προσῳδίας concentum mirificè adamabant. Hinc putarim esse orta illa facetè dicta tùm Philippi, tùm Demadis in Athenienses; quorum alter τοὺς Ἀθηναίους εἴκαζε τοῖς ἑρμαῖς ὡς στόμα μόνον ἔχουσι, *Athenienses comparabat statuis quibusdam Mercurij, quæ nihil aliud quam oris figuram haberent*; Alter verò τοὺς Ἀθηναίους εἴκαζεν αὐλοῖς ὧν εἴ τις ἀφέλοι τὴν γλῶτταν τὸ λοιπὸν λογικὸν οὐδέν ἐστι, *Athenienses similes esse tibiis & fistulis dicebat, quibus si linguam adimas, in his nihil reliquum rationis inesset.* Constat siquidem eos potius laborasse de sono vocis recto & simplici sine peregrina imitatione in suo pristino & antiquo splendore retinendo, vt non asperè non hiulcè, non rusticè non vastè, sed presè & æquabiliter, & leniter excurreret sermo; quàm de imperio latiùs armis propagando, aut iam parto vigilantiùs conseruando. Quem enim aurium religioni nõ inseruientem ferre potuerunt? Norunt omnes vt testis est Philostratus Pausaniam Cappadocem Herodis Attici discipulum suo tempore in primis clarum Grammaticum & Aristidi æqualem, cum vitio pinguioris & crassioris linguæ laboraret, & ideò minus distinctè Accentuum sedem obseruaret, ὀψοποιὸν *coquum*, quasi omnia misceret, & confunderet, fuisse iniuriosè cognominatum. Nam cùm nihil sit tam tenerum, neque tam flexibile, neq; quod tam facilè sequatur quocunque ducas, quam voce, si

Atheniẽses τέττιγες cur appellati.

Philippi & Demadis in Athenienses dictum.

Pausanias coquus cur iniuriosè vocatus.

nulla Accentuum varietas, quæ fessas aures recreet, percipiatur, languescimus ex testimonio Plutarchi περὶ παίδων ἀγωγῆς cum ait, μονῳδία γὰρ ἐν ἅπασιν ἐπὶ πλησμιόν τε καὶ προσάντες, *vno tenore modulata vox in omnibus rebus satietatem & molestiam parit.* Cum autem Attica auris reliquas iudicij subtilitate superaret, nec talis esset, qualis illa de qua in vetere Senario.

Ὄνος λύρας ἤκουε καὶ σάλπιγγος ὗς

Asinus lyram audiebat, sus autem buccinam.

Sed potius ad illam Apollinis, quem quatuor auribus, vt in suis Symbolis Pierius meminit, instructum Lacedemonii pinxerunt, syncerã & incorruptam de omni sono iudicandi religionẽ accederet, si quid agreste, quod ab ore excidisset, audiebat, illud repudiabat. Talis fuit auris erudita Theocriti de quo sic loquitur Stobæus ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἀφροσύνης Θεόκριτος γραμματοδιδασκάλῳ φαύλως ἀναγιγνώσκοντι προσστὰς εἶπε, διὰ τί γεωμετρεῖν οὐ διδάσκεις; τοῦ δ' εἰπόντος ὅτι οὐκ οἶδα, καὶ τί τοῦτ' εἶπεν; οὐδὲ γὰρ ἀναγιγνώσκειν: id est, *Theocritus ad Ludi magistrum quendam Grammaticum corruptè pronunciantem accedens, dixit. Quorsum Geometriam non doces? ille verò cùm respondisset, quoniam nescio. Quid illud refert, dixit. Nam pronunciare & legere quoque nescis.* Hoc vno præclarè dicto vir in reprehendendo acutus, significauit, magnã esse inter Geometriam & Græcorum pronunciationem affinitatem. Quemadmodum enim Geometræ decempedis, & aliisve instrumentis agrorum & Arcarum spatia metiuntur, & omnia suis limitibus ac finibus certa lege circumscribunt: Sic qui Græcorum pronunciationem sartam & rectam volunt instar alterius Stentoris omnium, qui ad Troianam expeditionem profecti sunt, teste Homero, Græcorum vocalissimi, singulas proprio tono metiuntur syllabas, quæ si de sua sede, ordine perturbato in aliam transferatur, omnis in dicendo venustas deformata labitur. Hinc Ammonius Philosophus Græcus in suis in libros Aristotelis de Enunciatione Commentariis, ait, nomen στοιχεῖα aptiùs pronunciationi, quàm litteris conuenire, cùm vt inquit Dionysius στοιχεῖον, id est, pronunciatio, quæ eleganti metaphora etiam elementum dicitur στίχον quendam atque ordinem habeat, quem si vel minimum perturbaris, in te illud Horatianum detorqueri poterit,

Geometriæ est cum recta pronunciatione affinitas.

——— Amphora cepit

Institui, currente rota cur vrceus exit?

Quid inquit Ammonius magis inauditum est & intolerandum apud Græcos, quam ordine mutato dicere οὐ πως ἄνθρωπος ἐστί. Accentum corripe in vltima relicto; contra E-

clitio

cuicatum dictionum leges, quæ illum transferunt? Hæc tamen est trita & peruagata huius ætatis labes & macula, quæ inueterata in multis Gymnasiis consedit, vt adolescentes quàm primùm ad elementa Græca & modum legendi promouentur, de Accẽtu seruando & aptè collocando nihil audiant, sed more Latino Græca verba vacillantes legant, in quos aptè caderet illud Caij Iulij dictum, qui vt est apud Ciceronem in Bruto, dum Curionem dicentem & huc illuc laterum motu fluctuantem vidisset, facetè exclamauit, *quis loquitur è lintre?* Si tamen illis vnà cum Nominum & Verborum inflexionibus ex simili aliorum omnium, tùm Nominum tum Verborum analogia familiaris Accentuum ratio explicaretur, ita altis in ipsa prima puerili institutione fibris & radicibus defigeretur, vt dum manus est admouenda stylo, non ad Lexica in singulis propemodum vocabulis accurrerent, sed sponte quadam προσῳδίας rationem animo caperent. Ego verò cum viderem non singula à Varennio, non omnia à Vergara, nihil ferè à Clenardo viris tamen eruditis, aliqua tantum sed obscura & huc & illuc diffusa ab Herodiano, Moschopulo, Gaza, Chæroboſco, Aristarcho, Æschirone, Zenobio, Heraclide, Etymologo Eustathio, Chrysolara, Chalcondila, Apollonio, Corintho Philopono & aliis antiquis Græcis, quæ ad Accentus spectant explicata fuisse, hunc in gratiam adolescentium laborem suscepi, vt illis facilè & compendiariá viam munirem.

Gymnasiorũ, in Græcis addiscẽdis mos corruptus.

Autoris intẽtio.

Quibus de causis Accentus sint inuenti.

QVATVOR ad inuentionem Accentuum causas concurrisse, qui voluerit diligentiùs indagare, penitùs reperiet. Quarum prima & omnium antiquissima hæc mihi esse videtur, vt inter easdem vocales nunc longas nunc breues vsurpatas aliquod discrimen intercederet. Etenim priscis illis temporibus antequam Simonides vocales longas η, & ω adinuenisset, hisque Græcorum elementa locupletasset, qui eo sæculo viuebant, cogebantur vti earum loco ε, & ο, quæ si aliquo in vocabulo longæ occurrerent, vt à seipsis breuibus distinguerentur, eo signo, quod ad Circumflexum significandum posteri vsurparunt, hoc modo notabantur, ό, έ. Sed mos ille nullum amplius locum habere cœpit, cum tota Græcia η & ω à Simonide inuentas ad reliquas vocales admisit.

1. *Quatuor ad inuentionẽ accentuum causæ concurrerunt.*

Simonides longarũ vocalium auctor.

ALTERA verò causa fuit pronunciationis necessitas, cuius suauitas teste Demetrio Triclinio omnino periisset, nisi eo tempore, quo Græcia barbarie fœdari cœpta est, notæ aliquæ, quæ eam posteritati integram tradidissent, vsum

2. *Pronunciationis necessitas.*

familiarem sibi vendicassent.

3. *Ne nomen & verbum cũ aliis partibus cõfunderentur.*

Tertia autem accessit, ne præcipuè partes orationis nomen & verbum interdum cum aliis minoribus confunderentur. Vt enim inquit Ammonius Philosophus Græcus in suis in libros Aristotelis de Enunciatione commentariis. Quemadmodum malus, & reliqua, quæ in naui sunt ligna, præcipuè partes censentur, claui autem, glebæ terræ & pix ad singulas partes connectendas & rimas resarciendas adhibentur; sic apud Græcos duæ principes sunt Orationis partes, Nomen & Verbum; Articuli autem, Aduerbia, Præpositiones, Coniunctiones, & Pronomina vicem clauorum ad orationis iuncturam & fabricam connectendam subeunt.

Nomen & verbũ præcipuæ orationis partes.

Hæ tamen partes interdum à rudioribus confunderentur, nisi definita Accentuum sedes accederet. Quis enim μέτα esse verbum pro μέτεστι cognosceret, nisi longius in litteris Græcis progressus aut ex sensu id colligeret, aut accentus hoc indicaret, qui in huiusmodi Præpositionibus cum pro verbis non sumuntur, aut casibus suis postponuntur, in vltimam cadit μετὰ?

μέτα pro μέτεστι.

4. *Ad tollendam ambiguitatem.*

Qvarta denique causa fuit, vt omnis ambigendi ansa amputaretur, quam variæ dictiones, quæ ad res inter se discrepantes solo mutato accentu transferuntur, passim præbuissent. Quis enim aliquod esse discrimen animaduerteret, inter παιών Apollinem vltima acuta, & παίων Pæona metri genus penultima acuta, nisi accentus interuenire?

De vario apud diuersas Græcorum prouincias accentu, & de causa varietatis.

Scientiæ in quo occupatæ.

Cvm omnes scientiæ aut in diuersis hominum moribus cognoscendis sint occupatæ, aut in vi eorum, quæ in terra vel in mari nascuntur indaganda positæ, aut in natura rerum superiorum inquirenda defixæ: hæc verò om... singulari Dei prouidentia, non vni nec terrarum nec cæ... rum parti sint concessa, sed longissimis spatiis distincta... ctum est vt primi Græci doctrinæ cupidi non vulgari ... dam & populari suorum ciuium laude contenti, è terra... tali & solo patrio longiùs digressi varias & longinquas na... uigationes, & in exteras terras excursiones susciperent... verò ad suos reuersi longa variarum gentium familia... vsi, quæcunque præclara & noua viderant, suis ciuibus cu... admiratione narrabant, variorum locorum fæcundi... & multarum vrbium magnitudinem prædicabant, di... rum verò populorum fœlicitatem collaudabant. Qua... reliqui permoti, aut alio migrarunt, aut ciuitates inter se ... bello gerendo & imperio dilatando cõuenerunt, quæ tanta ani

animorum conspiratione & consensu in id incubuerunt, vt breui tempore vel amore & vitæ cultu, quo multos ad se traxerunt, vel armis, quibus initio plurimum valebant, de tota pœnè Asia triumpharint; Vt verò gentes deuictæ & superatæ ab imperio Græcorum non diuellerentur, aut in societatem ascitæ prouinciȩ firmiori amicitiæ vinculo coniungerentur, variæ ex diuersis totius Græciæ locis, in varias Asiæ partes erupêre Coloniæ, quæ aut nouas ciuitates fundarunt, aut iam excitatas incoluerunt. Quia verò natura loci ad noua instituenda cum aliis populis commercia, & familiaritatem ineundam inuitabat, è vestigio orta est aliqua tùm loquendi, tùm pronunciandi & accentus collocãdi dissimilitudo: quȩ & si non in omnibus, in quibusdam tamẽ ab antiqua & prioribus Græcis familiari pronunciatione & dicendi ratione discrepabat. Talis autem dissimilitudo partim ab aëris diuersi natura, partim & maximè à societate, quam cum regionum exterarum incolis contraxerunt, potuit manare. Aërem quidem vel temperatum, vel subtilem, vel crassum ad quandam sonorum & pronunciationis varietatem creandam, valere quis potest inficiari? Cur ij, qui se se in Septentrionẽ inclinant populi, veluti Getæ, & Scythæ ad suauissimos scientiæ satus excipiendos non ita sicut reliqui populi sunt exculti, nisi quòd spiritum crassum & frigidum à pueris de cœlo hauserint, & cum aliis gentibus politioribus familiaritatẽ nullam inierint? Mirata est antiquitas Thraciam, è qua pauci admodum profluxerunt eruditi, vnum Orpheum & sapientiæ & pronunciationis, ac dictionis suauioris magistrum tulisse; quem tamen ideo Androtion è numero sapientum reiiciendum esse existimauit, eo solo nomine, quòd ex Thracia oriundus esset, quemadmodum refert Ælianus lib. 8. Variæ historiæ. Cur qui in Meridiem, aut in Ortum vergũt populi, vt Ægyptij, & Arabes, Chaldæi, & Æthiopes & ad Mathematicas, & ad omnes occultas scientias capiendas ita sunt expediti, vt nõ labore formati, sed nati, non vigiliis eruditiores, facti, sed à natura effecti, nõ exercitatione exculti, sed sponte ad omnia elaborati videantur, nisi aliquid roboris in aëris varietate aut ad ingenij & linguæ tarditatem excitandam, aut ad subtilitatem retundendam collocetur? Palladem eam vnam ob causam sapientiæ domicilium Athenis in loco saluberrimo & aëre purissimo posuisse legimus; & Hippocratem librum scripsisse scimus, in quo quærit, quid efficiant & valeant tùm ad ingenium tùm ad corpus vel reficiendum, vel debilitandum, cœli, aquarum, & locorum dissimilitudines. Et ne in genere de omnibus nationibus agere videar, ad

Coloniarũ quæ in Græcia primum ductæ sunt origo.

Accẽtuum dissimilitudo vnde manarit.

Aërem valere ad sonorum varietatem.

Scythæ & Getæ cur ad scientias inepti.

Thracia paucos produxit eruditos.

Orpheus solus in Thracia sapiens inuentus.

Pallas cur Athenis domicilium posuisse fingitur.

Græ

Bœoti cur in pronunciãdo rudes.

Græcos me reuoco, quorum ij, qui Bœotiam petierunt, pronunciationis & cantus suauitatẽ amiserunt, hinc Horatius,

Bœotum crasso miraris in aëre natum?

& non alio ex fonte manarunt illa prouerbia, quibus insuauis accentus perstringebatur: *Moschus resonat quid Bœoticũ*; *Bœotica cantio*; *Bœotica tibia*; *Bœotica auris*, & similia, quæ arguunt, satis omnes Bœotos & in pronunciando & in cantando minus elegãtes fuisse. Nec verò Solonem missum faciã, qui cum coloniam Atheniensiũ in Ciliciam duxisset, & ciuitatem à fundamẽtis illis excitasset, & à proprio nomine Solõ appellasset ipso primo ciuitatis exordio tãta est inter

Solœcismus vnde dictus.

ipsos ciues alioquin Athenienses nata barbaries, vt nullum pristinæ eloquentiæ & pronunciationis aut perexiguũ eluceret vestigiũ. Hinc factũ est, vt si quid inconditum, si quid

Oratoriæ actionis duæ partes.

in fabrica orationis horridũ deprehenderetur, solœcismus metaphora à dialecto, qua Soles vtebãtur, ducta vocaretur. Quod vocabulũ ad ea quoq; vitia significãda trãsferebatur, quæ in vtraq; parte actionis oratoriæ committebãtur, quarum altera in gestu consistit, altera in voce & accentu. Cum enim auctore Philostrato histrio quidã in Ludis Olympicis ὦ γῆ, *ô terra*, exclamasset, & manũ in cœlũ eleuasset, & paulo post ὦ Ζεῦ, *ô Iupiter*, subiunxisset, & manum in terram depressisset; Polemõ Sophista, qui quasi arbiter & iudex Ludis præerat, cœpit & ipse exclamare ὦ σολοικίζων, *ô solœcistes*, & tanquam ineptum è numero histrionum illum remouit. Si ea verò quæ Solœci proprio dicendi genere scripserũt litteris contestata haberemus, miram non tantùm in ipso dictionis ornatu, sed etiam in Accentuum sede deformitatem deprehenderemus. Et ne in his solis videar immorari, referam quod scribit Cicero in Oratore perfecto eos, qui Cariam, Phrygiã & Mysiam incolunt, cùm minimè politi minimeq; elegantes sint, asciuisse aptũ suis auribus opimum quoddam & tanquam adipatum dictionis genus, quod eorum vicini non ita lato interiecto mari Rhodij nunquã probauerunt, reliqui autẽ Græci multò minus, Athenienses verò omnino repudiarunt. Sed vt reliquos Græcos minus in dicendo elaboratos prætermittam, ad Atticos, Dores, Æoles, & Iones

Attica dialectus gaudet cõtractionibus & Synalephis.

venio. Attica quidẽ Dialectus cum gaudeat cõtractionibus & Synalephis vt ποιῶ pro ποιέω πατρῷος pro πατρώϊος natura sua, si de Accentu agatur, est περισπαστικὴ aut [illegible] [illegible], id est, *circumflexiua aut in penultima aut in vltima* [illegible]. Cum tamẽ interdum Accentũ in priorem remittat vt [illegible]

Æolum dialectus.

Μενέλεως Æoles ea in re imitatur. Æolum dialectus est [illegible] προπαροξυτονική in trisyllabis nominibus vt βασίλευς [illegible] pro βασιλεὺς [illegible] aut παροξυτονικὴ in disyllabis [illegible]

pro καλὸς, ὄξυς pro ὀξὺς, tradit enim Dionysius hoc esse innatum Æolibus, vt dictiones dissyllabas, quæ natura sua acuto in fine notarentur, ab ipsis contra aliorũ consuetudinem παροξυτόνως proferrentur, præterquam in Coniunctionibus & Præpositionibus, in quibus nunquam Accẽtum retrahunt. De Ionibus autem & Doribus hoc possum affirmare, eos maximè **Accentum in iis collocasse** vocalibus, quas in deliciis habebant. Dores quidem, qui pleniorem & grandiorem quendam sonum appetebant ἄλφα mirum in modum **adamabant, & vt eam litteram sonantiorem red**derent, in ea libenter accentum collocabant, vt apud Hesiodum & Theocritum δυσεωθράων ἐπιτελλοωθράων idque in omnibus Genitiuis primæ & secundæ declinationis simplicium contra peruagatam rationem, quæ Accentum in vltima inflexum postulat, præstiterunt, vt Αἰνειάων, μοισάων, quod **licet Bœotis & Æolibus vulgò tribuatur, à Doribus tamen** hic mos profluxit, qui huiusmodi Genitiuis, α. inseruerunt. Hinc facetè à Theocrito Edyl. 15. inducuntur duæ mulieres Syracusanæ Gorgo & Praxino, quæ cùm more Dorum Accentum sæpius in huiusmodi vocali collocarent, & lato ac diducto ore pronunciarent, & in sacris Adonidis omnia strepitu implerent, offensus tali accentu & pronunciatione peregrinus quidam, qui religionis causa sacris aderat, subcontumeliosè & aspere illis silentium imperauit, quarum altera irata Gorgo scilicet respondit:

—— πελοποννασιστὶ λαλεῦμες
δωρίσδεν δ' ἔξεστι δοκῶ τοῖς δωριέεσσι.
—— *Sicut in Peloponneso loquimur,*
Et vt mihi videtur, Doribus Doricè pronũciare permittitur.

Hinc apud Dores, vt notarunt antiqui Grammatici vsitatissimum erat, dicere in Aoristis ἐστάσαν, ἐφύσαν, ἐλάβον, ἐφάγον Accentu ex antepenultima in penultimam retracto. Iones autem, quorum aures molliores erant, effœminatum quendam tonum aucupabantur, & si ad ε, ι, vel ει, aut η, commodè accentum reuocare possent, quia hæ vocales minus cauo ac patulo ore proferuntur, non aspernabantur. Hinc apud Herodotum qui totus Ionicus est φοιτέουσι non φοιτῶσι ξεῖνος non ξένος & apud Poëtas ἀληθέως non ἀληθῶς πνείω non πνῶ τελέω non τελῶ & his similia pleraque leguntur. Qui autem in finibus, quibus terminabatur imperium Græcorum degebant, hi quoque eam Hybridę tum sermonem, tùm pronunciationem ex varietate quadam partim Grȩca, partim peregrina concinnabant. Tales autem extitisse, qui Siciliæ partem Italiæ finitimam incoluerunt, ex Plauto in Menæchmis augurior, qui cum aliqua vocabula partim Græca, partim

In præpositionibus non retrahitur accentus.

Ionum & Dorũ dialectus.

Dores ἄλφα adamabant.

Ionum aures molliores.

Latina ad risum mouendum festiuè contexuisset, ea in re Siculos imitatus, in fabulæ argumento ita auditorem præmuniuit

Atque adeo hoc argumentum Græcissat tamen
Verum non Atticissat, at Sicilissitat.

Lacedæmonij auitum dicendi genus non corruperunt.

Soli autem Lacedæmonij nec auitum & antiquum dicendi genus, nec pronunciationem corruperunt: cum ciues suos peregrinari proposito capitis supplicio non paterentur, ne & nouum tùm viuendi, tùm loquendi genus in Spartam asportarent, & ideo tanquam ea in re seueriores [illegible] sunt appellati. Mirum tamen non est tantam inter Græcos & pronunciãdi & loquendi dissimilitudinem ortam fuisse, cùm in reliquis artibus voluptates oblectent dispares: vna quidem est ars & ratio cælandi & fingendi, in qua Phidias, Myro, Scopas & Polycletus excelluerunt, hi tamen omnes inter se dissimiles fuerunt, & in dissimili genere laudem nó mediocrem reportarunt. Et si hoc in omnibus etiam mutis artibus est mirandum, quantò admirabilius in pronunciatione humana, quæ quocunque volueris mira & facilitate & varietate inflectitur?

Quo tempore accentus notari cœperint coniecturæ.

CVM antiqui vna cum nutricis lacte accentuum rationem haurirent, eos scribendo non pingebant, sed loquendo pronunciabant, quod veteres quidam codices, in quibus nullæ accentuum notę deprehenduntur, satis apertè testantur, & talem se vidisse Callimachum in suis Miscellaneis cap. 80. scribit Politianus, quem & ipse typis mandandum curauit, nullis accentibus expressis: & c. 58. fatetur se legisse quosdam versus Sibyllinos in vetustissimis quibusdam codicibus citra vlla fastigia. Ego quidem vetus quoddam manu scriptum Dictionarium vidi, in quo accentus nó collocabantur; his tamen motus testimoniis nullos scribendo olim accẽtus adhibuisse asseuerare vix auderem, nisi grauis Aristotelis accederet auctoritas, qui c.3. Elenchωn dum sophistarum in argumentando captiones aperit, id claris his verbis confirmat cum ait *παρὰ δὲ τὴν προσῳδίαν ἐν μὲν τοῖς ἄνευ γραφῆς διαλεκτικοῖς οὐ ῥᾴδιον ποιῆσαι λόγον, ἐν δὲ τοῖς γεγραμμένοις καὶ ποιήμασι μᾶλλον.* id est, *ex accentu quidem in iis quæ sine scripto fiunt concertationibus Dialecticis non facile sophisticum sermonẽ facere, in scriptis autem & poematis magis.* Quasi dicat Græcos distinctissime accentus loquendo pronunciasse, & ideo in familiaribus & mutuis Dialecticorum congressionibus, in quibus alter argumenta [illegible]

p[illegible]

proponeret, alter eadem in aduerſarium retorqueret, ex accentu fallaciam Sophiſticam contexere facilè non fuiſſe; At in ſcriptis ſæpius ex ambiguitate accentus cōtrouerſias grauiſſimas, cum non notarentur, profluxiſſe. Ideo cum nullæ accentuum notæ Ariſtotelis tempore in Homeri carminibus ſcriberentur, non paruum teſte eodem Ariſtotele ab his verſibus Iliad. ψ. manauit diſſidium:

ἑστηκε ξυλον αυον οσον τ' οργυι' υπερ αιης
η δρυος, η πευκης το μεν ου καταπυθεται ομβρω.

Quidam enim contendebant, poëtam voluiſſe ſignificare partem ligni illius querni, quod terra affixum prominebat imbribus putreſcere, aliam verò partem, quæ deliteſcebat vireſcere, & ideo οὐ eſſe legendum περισπωμένως: Alij verò in contrariam inclinabant ſententiam. Tandem vt teſtis eſt Ariſtoteles 3. Rhetoricorū, & Alexander Aphrodiſæus in c. 3. Elenchωn Hippias Thaſius omnes ſcrupulo exemit, & οὐ negationis more legendum eſſe ſtatuit. Iam vero hæc carmina Homerica ambiguitate ſublata ita pinguntur, Iliad. ψ. verſ. 328. vbi de meta, & equis ad eam currentibus agitur:

ἕστηκε ξύλον αὖον ὅσον τ' ὄργυι' ὑπὲρ αἴης
ἢ δρυὸς, ἢ πεύκης τὸ μὲν οὐ καταπύθεται ὄμβρῳ.

Id eſt, *Stat lignum aridum quantum vlna ſupra terram*
Siue quercus, ſiue picea, quod quidē non putreſcit imbribus.

Alterum locum Ariſtoteles ex Homero, vt ipſe ait depromptum, citat, vbi de ſomnio Agamemnonis agitur:

διδομεν δε οι ευχος αρεσθαι

In quo anceps & ambiguus ſenſus tempore Ariſtotelis deliteſcebat, an ſcilicet eſſet legendum παροξυτόνως,

διδόμεν δὲ οἱ εὖχος ἀρέσθαι

vt διδόμεν ſit pro διδόμεναι & διδόναι quaſi his verbis Iupiter imperet ſomno, vt det Agamemnoni quod maximè expetebat. An verò eſſet legendum προπαροξυτόνως

δίδομεν δὲ οἱ εὖχος ἄρεσθαι

vt ſint verba Iouis, quibus proprio imperio voti compotem facit Agamemnonem, quaſi ſit prima pluralis, *damus Agamemnoni*. Sed hoc poſtremum exemplum ab Ariſtotele fictum, & apud Homerum minimè legi Alexander Aphrodiſæus contendit; ſiue verò ille verſus ſit Homericus, ſiue illi falsò aſcriptus non eſt iam noſtri inſtituti inquirere: ſed hoc vnum ad propoſitum noſtrū facit, veteres in ſcribendo nulla accentuum ſigna finxiſſe, ſicut nec Hebræos ſua puncta niſi paulo poſt tempora Honorij Imperatoris, vt notauit lib. 2. ſuæ Chronologiæ vir omnium linguarum peritiſſimus Genebrardus. Ideo [illegible] [illegible]iſſimum aliud Chriſtianæ Reip. lumen D. Hieronymus ea ætate punctorum

Hebræorū puncta quan[illegible] [illegible] peru.

non

D. Hieronymus qua difficultate linguã Hebraïcam pronunciarit.

nondum inuenta destitutum, Latinæ & Græcæ linguę splẽdore nõ contentum, tamdiu in Hebræis vocibus addiscendis desudasse, & cùm stridores & anfractus more Iudęorum spiritu aspero & horrido pronunciare non posset, vt omnẽ impedimenti ansam præscinderet, ætate iam decrepita cuidam Barrabano Iudæo, qui ad ipsum, vt aliorum furorem declinaret, nocte diuertebat, se excolendum tradidisse, & dentes anteriores lima contriuisse. Sed ne à Græcis ad Hebræos defluat sermo, ad Græcos redeo; quibus præter vulgatum & maximè tritum scribendi genus à sinistra ad dextram, aliud quoddam præsertim poëtis interdum vsitatum fuisse scio, cuius ratio nullum sine confusione maxima accentibus locum permittebat. Scribit siquidem Pausanias poëtis quoddam scribendi genus permissum fuisse, quod Græci βουστροφηδὸν appellabant, cùm scilicet ad finem prioris versus peruentum est, non iterum ad principium, videlicet à sinistra ad dextram, recurritur, sed à dextra ad sinistram conuersis tabellis, deuenitur; vt in diaulo cursu fit, dum ad metam quis appulit, facie conuersa eadem quidem via, sed vestigiis cõtrariis ad idem, vnde pedem extulerat, punctum se recipit; Aut, vt clarius exponam, vt ab Aratoribus fit, qui dum ad partem extremam sulci peruenerunt, bobus cum Aratro conuersis, alterum sulcum in contrarium ducunt & ad talem morem T. Quintum Attam in sua Comœdia [illegible] sisse existimo, dum dixit, *vertamus vomerem in ceram [illegible] croneq; aremus osseo*: & inde versus nomen detortum [illegible] autumo; Consuetudinem autem scribendi, quam, βουστροφηδὸν, vocabant, talem fuisse, conicio (licet nõ ignorem quosdam probabiliter non ita sentire, & dicere Hebræorũ more ordine, præpostero litteris inuersis scripsisse)

Gręcorum scribendi genus à sinistris ad dexteram.

μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆος
εκηθε εγλα ςιοιαχΑ ιρυμ η νηνεμολυο
πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν
·ɔ& : νωωρη

Talis autem scribendi ratio vix accentus patiebatur, cùm si hoc factum fuisset, superiorum & inferiorũ vocum Accentus in eundem ordinem cum summa confusione & ambiguitate incidissent. Quamuis autem mens [illegible] partes alliciat, quod suspensus ex Aristotele [illegible] nerim, puto tamen in testamentis & aliis [illegible] rum generibus aliquos, raros tamen Accentus [illegible] collocatos fuisse; præsertim dum aliquod [illegible] [illegible] quod ex varietate Accentus [illegible] legislatoris, vel testatoris [illegible] significationẽ inducere [illegible] inde forensium [illegible]

Quando accẽtus ab antiquis apponi soliti.

minora orta fuissent seminaria, quàm olim ex notis quibusdam ad celeriter & breuiter scribendum expeditis, & à Mæcenate, vt vult Dion Nicæus in Augusto, inuentis, de quibus loquitur Martialis cum canit.

Currant verba licet, manus est velocior illis,
Vix dum lingua suum, dextra peregit opus;

quæ tandem cùm passim ab amanuensibus & tabellionibus vsurparentur, infinitam quandam litium multitudinem excitarunt, quibus cum vix senatus vacare posset, ne quis in posterum huiusmodi notis vteretur lege prohibitum est. Si enim hoc quod apud Thucydidem in 2. libro legitur oraculum Apollinis

ἥξει Δωριακὸς πόλεμος καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ
Veniet Doricum bellum & pestis cum ipso.

Cum quidam Apollinem λιμὸν, id est, famem, alij λοιμὸν, id est, pestem prænunciare dicerent, ita Atheniensium animos rei euentu suspensos & ambiguitate fluctuantes tenuit, vt veritatem nunquam assequuti fuerint, donec Doricum bellum pestis calamitas, quæ vniuersam penè ciuitatem deleuit est subsequuta; quantò maiores & frequentiores peperissent discordias nō pauca vocabula Græca, quæ si Accentu germano spoliata fuissent, & lectorum, & Iudicum oculos ambiguitatis tenebris excæcassent? Quis siquidem non videat maximum intercedere discrimen inter *Φάρος insulæ nomen, & φᾶρος vestem*, inter *μυρία infinita & μύρια decem millia*, inter *κύων canem & κυῶν prægnantem*, quod tamē non apparebit, si sola verba à suis Accentibus diuulsa depingantur. Quo autem tempore in singulis dictionibus Accentus notari cœperint, & apud quos nemo, quē legerim, scriptum reliquit, ego verò quid sentiam libenter aperiam. Itaque existimarem paulò ante Ciceronis tempora aut ipsis Ciceronis temporibus, quibus aut Romani adolescētes Athenas ad eloquentiam addiscendam proficiscebantur, aut ad docendū Athenis Romam nobiles tum Rhetores, tum Grammatici vocabantur, Accentuum collocandorum rationem vsurpari cœptam fuisse. Liuius quidem & Ennius, qui Ciceronis ætatem multis annis præcesserunt, vt Suetonius Tranquillus fatetur, primi ferè omnium in Vrbe Græcè docuerunt, & si quid Latinè animo cōcepissent, illud è scripto prælegebant, qui, cùm, summa omnium Romanorum admiratione, Græcè, Oscè, Latinè scirēt teste Agellio, tria corda habuisse dicti sunt; horum verò alter Ennius scilicet Marcum Portium Catonem suprema senectute affectum auctore Plutarcho in eius vita lingua Græca tinxit, cuius pronunciationem non est verisimile tam cito eum assecutum

Quo tempore singulis dictionibus Accentus cœperint apponi, coniectura.

Ennius & Liuius primi Romæ Græcè docuerunt.

Lib. 17. cap. 17.

Secunda coniectura.

P. Crassi in lingua Græca addiscenda celeritas mira.

fuisse, nisi aliquæ Accentuum notæ tanquam præsidia facillima accessissent. Sed esto: sit minus probabilis hæc coniectura, verisimilior tamen erit ea, quæ ex Ciceronis ætate depromitur, in qua ferè omnes Romani, in linguã Græcam auidè aduolabant, cuius nunquam suauitatem attigissent, nec comprehensam conseruassent, nisi aut diu multúmque Athenis morati fuissent, quod omnes præstare non potuerunt, aut tonorum signa familiaria habuissent, quod credibilius iudicarim. Quasi verò Publ. Crassus teste M. Valerio lib. 8. c. 7. in Asiam ad Aristonicum debellandum missus, ipso nauigationis & itineris tempore, quod breuissimum fuit, quatuor linguas Doricam, Ionicam, Atticã & Æolicam tanta celeritate didiscisset, si accentuum adminiculo destitutus fuisset? Nihil dico de Molone Rhetore qui teste eodem Valerio lib. 2. c. 1. linguam & studia Ciceronis exacuit, primusq; Græcis actionibus in curia Romana aditum muniuit, & multos Romæ Græcè erudiendos suscepit. Ætate autem Ciceronis agresti tono corrumpebatur ipsa suauis & Attica pronunciatio; nam & Romani, qui sua lingua ius vbique dicebant, nõ parum Græcam minuebant, suam verò augebant, cui tantum tribuebant, vt Ciceroni, ipso teste in Verrinis, Senatus Romanus grauiter succensuerit, quod Senatui Syracusano Græcè responderit; & Asiatici homines peregrini vt fatetur idẽ Cicero in 3. de Oratore libro, capti nomine & vrbis auctoritate propriis domiciliis relictis Athenas aduolarunt, ibi domicilium fixerunt, ciuitatem nobilissimam peregrinis impleuerunt, qui licet eruditissimi homines essent, eos tamen quiuis verus Atheniensis indoctus nõ verbis sed sono vocis, nec tam benè, quàm suauiter loquendo superabat. Corruisset autem Græca pronunciandi consuetudo præsertim inter Romanos & alios externos, ni semper ex Grecia noui aliqui fuissent vocandi magistri, ni accentuum pingendorum mos locum habuisset. Lingua enim Latinæ maiestas & splendor adeo linguam Græcam obscurârat, vt in ipsa etiã Græcia tempore Plutarchi eodem teste, omnibus pœnè familiaris fuerit Latinæ linguæ vsus, adeo vt mihi ea quoque ætate etiam inter Græcos necessariæ videantur fuisse accentuum notæ, ne crebræ de antiquo sono orirentur difficultates & contentiones. Ætate autem Plutarchi accentus fuisse notatos videtur satis innuere ipse Plutarchus in eo opusculo, in quo Virtutem posse doceri demonstrat, cum inquit: *περὶ προσῳδίας οὐκ ἔχει τις εἰπεῖν [illegible] ἐν πόλει γινομένην, πότερον τελχῖνας ἀναγνωστέον*, id est, non potest aliquis dicere de accentu factam fuisse seditionem an [illegible] legendum τελχῖνας (scilicet accentu circumflexo an alio [illegible]

ex loco colligo & lectos & notatos fuisse eo tempore summa diligentia accentus, imò vt latius exponam cùm de Spiritibus agam, tempore Athenæi teste Eustathio in Iliad. χ. p. 1271. non tantùm in iis vocalibus, quæ primum in vocabulis locũ sibi vendicant, sed in iis, quæ in medio vocabulo collocantur Spiritus fuisse notatos constat, hoc modo λαὸς, ὀϊζύαλος. Nec mihi aliquis obiiciat antiquissimos quosdam illius temporis, si qui sint, codices, in quibus nulla Accentuũ vestigia elucent, cùm & alij reperiantur vetustate commẽdatissimi, in quibus Accentus omnes exprimuntur, & liceat testimonium testimonio euertere. Eos verò, qui eo tempore Accentibus præscissis libros exararunt, fuisse veteris illius Aristotelicæ ætatis æmulos & antiquitatis amantes verisimile est; Reliquos autem qui Accentibus adhibitis scripserunt, morem Ciceronianæ ætatis & consuetudinem quæ posteà vbique inualuit, sequutos fuisse probabile est. Possem autẽ citare pro meæ causæ patrocinio octingentos ferè codices manu scriptos & antiquitate celebres, à Græcis hominibus, & in Græcia olim exaratos, multis ante sæculis, quàm in Turcarum ditionem ea prouincia veniret, & in Bibliotheca Catherinæ Medicis, Regum quondam Galliæ matris repositos, quos vt id in quo versor, obseruarem perlustraui, & Accentus vix in vllo desiderari deprehendi. Addam & illud non infirmum testimonium, me Anicij in templo Diuæ Mariæ sacro vidisse vtriusque testamenti volumen manu scriptum, quo Diuum Hieronymum vsum fuisse Canonici certò tenent, in quo nullæ Accentuum notæ desiderantur.

Spiritus olim fuisse notatos in vocalib. in medio vocabulo collocatis.

An Accentus, & Spiritus in iis, quæ maiusculis scribuntur litteris sint pingendi.

VSVS, qui est alter rerum magister apud omnes typographos talem sibi peperit auctoritatem, vt in iis, quæ maiusculis scribuntur litteris, Spiritus & Accentus prætermittantur; sed quàm illud & rationi & Græcorum consuetudini consentaneum sit, sub *Iudice*, vt ait poëta, *lis est*. Equidem scio rationes illis, quibus se tueantur & tegant non defuturas: Obiiciẽt enim venerandam antiquitatem, quam tanquam ducem & magistram se sequi clamabunt. Opponent veterum quorundam codicum exemplaria; Adferent statuarum marmorearum perbreues inscriptiones, qualis fuit ea, quæ tempore Martialis visebatur, cuius & ipse meminit lib. 9. Epigrammatôn, dũ loquitur de statua Herculis:

Maiusculis an apponendi spiritus & accẽtus.

Græcè nunquid, ait, poëta nescis?
Inscripta est basis, indicatq; nomen

ΛΥΣΙΠΠΟΥ *lego*, *Phidiæ putaui.*

Egò verò & si eorum sententiæ iam à viris eruditis probatæ non audeam ita refragari, vt eam omnino reiiciam; vix tamen possum illis assentiri. Si enim sola spectetur antiquitatis auctoritas, ne in iis quidem, quæ minoribus scribuntur characteribus Accentuum notæ sunt depingendæ, cùm apud antiquos tempore Aristotelis nullus omnino Accentuum scribendorum floreret vsus; Si verò non priorum illorum Græcorum, qui Aristotelis præcesserunt ætatem, sed posteriorum, qui Ciceronem sunt subsequuti, habeatur ratio, nullum habent aut illud perexiguum, quo à maiusculis excludant Accentus, testimonium: cùm in antiquis Codicibus scriptis à mille, nongentis, octingentis, septingẽtis, sexcentis & quingentis annis, sæpius, vt curiosè obseruaui, maiusculæ & spiritu, si leni posteriore parte vocalis, H, hoc modo Ⱶ, si aspero, priore parte eiusdem vocalis hoc pacto, Ͱ, & Accentu natiuo notarentur. Nolim tamen negare aliquos etiam videri, in quibus à maiusculis accentus excluditur, cum semper aliqui fuerint, qui priscum illum Græcorum morem retinere voluerint; ratio tamẽ tacitè postulat, vt in omnibus Accentus collocentur, cùm & æquè in iis, quæ grandioribus scribuntur characteribus, sicut & in iis, quæ angustioribus pinguntur, possit lectorum lingua labi, quæ Accentu tanquam tacito magistro dirigitur. Et ne aliquid nouum confingere videar, in medium profero, quæ in ea Bibliotheca Reginæ regũ quondam Galliæ matris, seruatur D. Greg. Nazianz. opera Gręcè summa cura scripta, & pictura illuminata, ac olim Basilio Constãtinopolis & Gręcorũ Imperatori qui à 700. annis tẽpore Adriani 2. Pontificis imperauit, data, ac ab eodẽ & filiis conseruata, in quibus quamferè vbique videantur maiusculæ litteræ, nihilominus op-lenter & Spiritus, & Accentus ponuntur, & hoc vnum opvt potè Imperatorium ac ab erroribus, vt vidi, alienum præferrem omnibus marmoreis inscriptionibus: Nec hoc solo contentus propugnaculo, vidi in aliis libris eleganter manu exaratis breues titulos, & concisa in fine epigrammata, li-teris antiquis scripta, hisque maiusculis, in quibus nulli Accentus & Spiritus in nominibus etiam propriis requirebantur, quę si hic insererem longiùs, quàm institutum postulat, libellus excresceret. Sed hac in re liberum censeo, quod quisque velit & probet, imitari, & tueri, sola contentus admonitione & obseruatione.

Veterum apponendi maiusculis accentus & spiritus ratio.

Quid sit προσῳδία, *&* *quot eius genera.*

Accentus quid. Accentvs Græci προσῳδίας & τόνος, hoc est numero

quasdam modulationes & eleuationes, quæ concentum in pronunciando temperent, sapiēter appellarunt. Latini verò teste Agellio lib. 13. c. 6. Græcos imitati eos *tonores, tenores, tonos, vocum notas & moderamenta, accentiunculas*, & *vocu-

Accẽtuum Latina nomina.

lationes nominarunt: quibus & nouum nomen imposuit Martianus Capella cùm eos *fastigia* & *cacumina* vocauit, quia tanquam vocum domini superiorem dum scribimus sibi vendicarent ordinem. Non defuerunt, qui eos τὰς ψυχὰς φωνῶν, id est, *animas vocum*, καὶ τὰ μουσικῆς σπέρματα, id est, *Musices semina*, esse dixerunt: vt enim omnes motus interiores, quibus tùm reliquorum animalium, tùm nostra corpora cientur & agitantur, ab animo deriuantur, qui vbi superiorem cerebri partem neruorum omnium receptaculum calore quodam vitali & suaui effecit, nerui admirabilibus diuerticulis in reliquas corporis partes diffusi tacito cōcentu omnia vel minima membra mouent; sic Accentus suaui quodam motu syllabas afficiunt, cuius iucunda varietate sponte sua oratio quadratur, & naturali quadam concinnitate nullo externo voluptatis accersito aucupio aures dulciter titillantur. προσῳδίας autem nomen, vt & ipsa nominis deriuatio & compositio satis indicat, à cantu & Musica arte quadam comparata, ad naturales vocum sonos & Accentus significandos translatum est. Hesychius enim προσῳδίαν esse dicit τὴν μετ' ὀργάνου ᾠδήν, & Critias teste Polluce lib. 4. c. 9. προσῳδίας τὰς πρὸς κιθάραν ᾠδὰς appellauit, Pollux autem musica instrumenta προσῳδὰ ὄργανα, ad differentiam τῶν ἐμπνεομένων vocauit. Suidas verò in eundē incidere sensum ὕμνον καὶ προσῳδίαν existimauit, cui Aristophanis auctoritas suffragatur, qui προσῳδὸν & μελῳδὸν tanquam synonima collocauit.

προσῳδία quid Hesychio. Critiæ. Polluci. Suidæ. Aristophani.

Hinc factum est, similitudine quadam ab instrumentis Musicis deducta, quæ suaues dum aptè & scienter tanguntur & tractantur emittunt sonos, vt non solum Accentus, sed & syllabarum quantitas & Spiritus, quæ omnia aliquo in genere vocum concentum moderantur, προσῳδίας nomine, latè sumpta significatione includerentur. Si enim Accentus, quibus syllaba vel attollitur, vel deprimitur, vel quantitatē, qua vel producitur, vel corripitur, vel Spiritum, quo vel asperè, vel tenuiter effertur, spectemus, hæc omnia veluti in Lyra dispositos neruos esse deprehendemus, quibus voces; prout aurium iucunditas postulat, variè commutantur. Hinc Cicero ait in tertio de Oratore Dialogo, voces vt chordæ sunt intentæ, quæ ad quemcunque tactum respondeant; acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua; quas tamen inter omnes, est suo quæque in genere mediocris. Atque etiam illa sunt ab his delapsa plura genera, lene,

asperum,contractũ,diffusum,continenti spiritu,intermisso, fractum,scissum,flexo sono,attenuatum, inflatum. Nullum est enim horum similium generum, quod non arte ac moderatione tractetur; Hi sunt Oratori vt pictori expositi ad variandum colores.

προσῳδία quàm latè pateat, & eius præcipua significatio.

Quamuis autem προσῳδία tanquam genus ad Accentus,Spiritus, & syllabarum quantitatem significandum latè transferatur, sumitur tamen Synecdochicῶs & Antonomasticῶs pro solis Accentibus,qui magis proprio vocabulo τόνοι à Græcis appellantur.

τόνου vocabulum quid significet Græcis.

Τόνου autem vocabulum ad varia significanda à Græcis auctoribus detortum fuisse reperiemus: & in primis: si natiuam illius significationem inspiciamus,τόνον ἀπὸ τοῦ τείνειν deductum, quandam intentionem seu contentionem significare dicemus, ita vt

Accentus quid propriè.

Accentus nihil aliud sit,quàm quędam vocis contentio,quę clarius in alia syllaba,in quàm cadit Accentus,elucet,quàm in aliis eiusdem vocabuli syllabis, quæ remissiores quasi languescunt:vt dum dico τυπτόμεσθα, tertia à fine syllaba,πτό, quasi viribus grandioribus assurgit, & intenditur, reliquæ autẽ demittuntur. Mathematici quoque motus celerrimos, quibus superiores & cœlestes globi conuertuntur, quosque φορὰς alio vocabulo dixerunt, eosdem τόνους appellarunt. Hinc Latini Philosophi cùm de motu lationis loquuntur, ad nomen τόνου alludentes, cœlestem illam conuersionem, intensissimam hoc est incitatissimam & celerrimam communi artis nomine vocant; sic cùm in omnibus vocabulis quidam motus vigeat,quo ab vna in aliam deuenitur syllabam, is certè motus inter reliquos sonantior percipitur,qui in syllaba Accentu affecta deprehenditur. Galenus autem corporis vires passim τόνους appellat, & apud eundẽ τὸν τόνον ἀπολύειν nihil aliud est,quàm vires ita debilitare,vt omnino fractæ & dissolutæ concidant: eodem planè modo Hippocrates stomachum debilem & calore destitutum, quem nausea singulis ferè momentis inuadit,ἄτονον στόμαχον nominat:Sic similitudine inde deducta Accentus, dictionũ robur & vires non ineptè dicemus.Apud alios verò Medicos Græcos,maximè apud Hippocratem,nerui τόνοι dicuntur,& metaphora inde deprompta Vitruuius teste Turnebo lib.2. Aduersariorum cap.4. funes,quibus Catapultæ bellicæ machinæ intendebantur,τόνους vocauit:quemadmodum & Pollux libro primo loreos neruos, qui curribus admouentur, & lib. 5. retia ex variis neruis contexta τόνους quoque appellauit. Eadem sanè ratione Accentus,neruos quibus tota vis pronunciationis fulcitur,licebit nominare.Apud Herodotũ autem lib.1. idem est tonus & versus, dum inquit, τριμέτρῳ τόνῳ χρᾶται,id est,*trimetro versu vtitur*; quam significationem

nostis

nostro quoque instituto accommodare possumus; quemadmodum enim versus egregia quadam pedum iunctura & fabrica aures ad se allicit, sic Accentus suauiter pronunciatus easdem ad se trahit. Nec supersedebo ab ea significatione; cuius meminit Plinius lib. 35. c. 5. cùm, inquit, splendorem intermedium inter vmbram & lumē in imaginibus & picturis τόνον appellari: vt enim in tabula picta potior laus est in lineis, quæ separant lumen & vmbram, quarum ope, id quod est illuminatum magis extat & eminet: sic syllaba ea, in qua Accentus ponitur, clarior & eminentior reliquis elucescit. Sæpiùs verò & communiùs omnes omnino soni τόνοι appellantur: frequentius tamen Antonomastικῶς varij hominum apud diuersas nationes pronunciandi, & canendi ritus τόνοι quoq; dicuntur, hinc Aristoteles lib. 5. de Genera. animalium ait τόνος ὁ κοινῶς ἦχος καλεῖται· λύδιος τόνος, καὶ φρύγιος τόνος. Sed variis enumeratis significationibus ad definitionem generaliorem veniamus, quam ita tradit Lascaris lib. 1. προσῳδία ἐστὶ τόνος φωνῆς πρὸς ὃν ᾄδομεν, *Prosodia est tonus vocis ad quem canimus.* Plures Grammatici sic eam describunt προσῳδία ἐστὶ τόνος τῆς φωνῆς ἐγγραμμάτου, *Prosodia est tenor vocis eius, quæ litteris exprimitur.* Latini verò prosodiam largè definiunt, modum omnem, quo syllaba afficitur, tùm loquendo, tùm scribendo. Eius verò decem genera vulgò enumerantur ὀξεῖα, βαρεῖα, περισπωμένη, βραχεῖα, μακρά, ψιλή, δασεῖα, ἀπόστροφος, ὑφὲν, διαστολή, tres quidem postremas diuisionis partes ἀπόστροφον, ὑφὲν & διαστολὴν meritò quidam à prosodia reiiciunt, cùm sint potius πάθη, id est, affectiones, quæ non ad quantitatem, vt prosodiæ species, sed ad qualitatem referendæ sunt. Moschopulum tamen nō dubitem dicere ridiculum esse, dum causam adfert, cur propriè sint tantum septem προσῳδίας formæ Apostrophus autem, hyphen, & hypodiastole, non nisi catachristικῶς: quia inquit cæteræ prosodiæ ex elemētis fiunt: nam λάμβδα maiusculum, Λ, sectum in duas partes ΄ ` acutum & grauem accentum procreat, vt ipsa figura satis indicat, θῆτα, verò, θ, in tres partes diuisum longam, breuem, & circumflexam prosodiam gignit: superior enim pars ^ fuit nota circumflexi, pars verò inferior ˘ est signum interualli & temporis breuis, linea verò, quæ medium corpus secat - est indicium temporis longi; Spiritus autem ex littera ἦτα, H, bipartita emergunt, sed ὑφὲν, ἀπόστροφος, & διαστολὴ ex elementis non oriuntur, & ideo è numero προσῳδιῶν remouentur: hanc Moschopulus rationem finxit, sed quàm subtilem cuiusuis examinandam iudicio relinquo. Quia tamen hæ tres postremæ partes tùm ad bene scribendum, tum ad

προσῳδία quid.

Prosodia quid Latinis.

Moschopuli error.

bene pronunciandum multum faciũt, aliqua de iis dicemus quæ non ſatis explicata à Grammaticis video.

ὑφὲν quid.

Ὑφὲν quidem legitur; ſed vt opinor corruptè pro ὑφ' ἓν quaſi intelligatur *μέρος λόγου*, id eſt, ſub vna orationis parte. ὑφ' ἓν itaque appellatur à Latinis ſubunio, ſeu coniunctio, cuius beneficio duas diſcretas voces aut plures ſic nota aliqua coniungimus, vt ſimul vnitæ videantur. Signum autem huius affectionis aut eſt ſemicirculus pandus hoc modo ⌒ tanquam ſi σίγμα maiuſculum C ſupinum colloces, ⌒, Aut eſt linea recta –, aut eſt linea ſemicirculo in medio collocato ‿ vt apud Latinos ante dux. Iam verò apud Græcos rarus eſt huius affectionis vſus, & vſus vulgo in vocabulis ita coniunctis nullam notam deprehendimus, vt licet intueri ſimilibus vocibus ὁποιοσοῦν, ὁποιοστισοῦν, καθαπερεὶ, ὁπωσοῦν ὡσπεροῦν, ὁστισοῦν, in quibus dictionibus ad oſtendendam varietatem particularum σίγμα quod in fine tantum ſolet adhiberi, & quod in medio valere ſolet, στ, collocatur, nec mirum eſt non fingi tales notas, cùm interdũ in vno & eodem vocabulo tres eſſent ſcribendæ, vt ſi diſiungas ὁποιοσδήποτουν, hac ratione ὁποῖος - δή, ποτ' - οὖν. Cum verò ſic ſcribuntur Accentus & ſpiritus non ſunt prætermittendi. Porrò quæ ſic per Hyphen coniunguntur, non vnam ſolam orationis partem efficere putãdum eſt, ſed talem inter ſimiles particulas affinitatem intercedere, vt vna aliam quaſi Homerica Catena liget & ad ſe trahat.

Διαστολὴ quid.

Διαστολὴ eſt ſuperiori affectioni oppoſita & diſiunctio ſeu diuiſio à Latinis appellatur, ab Euſtathio pag. 1465. χωρισμὸς, id eſt, *ſeparatio*, ſeu *diſtinctio*, cuius auxilio voces, quas imperite poſſumus coniungere ſeparamus, eius nota apud aliquos eſt dextra pars circuli ad imas litteras depreſſa hoc modo, (, Apud alios eſt ſiniſtra pars circuli, vel inciſum quod vulgò dicitur, virgula hoc pacto,), ὅ,τι interiecta nota inter ὅ, & τι ad diſcrimen aduerbij ὅτι, eodem planè modo ſcribimus τό,τε & ὅ,τε vt ab Aduerbiis ὅτε & τότε diſtinguantur, ſic ἅ,τε ad differentiam Aduerbij ἅτε, & hanc notam inſerẽdam eſſe exiſtimo, cùm ambiguitas aliqua oriri poteſt, ſecus ab ea abſtinendum. Ideo non probarim eos codices maximè Aldinos (in aliis tamen laudabiles) in quibus ὅ,τι & αἵ,τε inciſo interpoſito ſcribuntur: quæ enim ambiguitas inde naſci poteſt? Latini quoque ea, dum opus eſt notã, vtuntur vt apud Horatium

Me, tuo longas pereunte noctes, &c.

Iulius Cæſar nunquã dictiones diuiſit.

Ne ab imperitis legatur *metuo*. Ab hac autem affectione ita Iulius Cæſar abhorruit, teſte Suetonio, vt nunquam dictiones diuiſerit.

Reſtat

RESTAT Apostrophus, de qua affectione cum ad priorem Grammatices partem commodius referatur, nihil habeo quod dicam, præter pauca, quę ad pronunciationem Græcam faciunt, & ideo cum Accentibus mihi cōiungenda videntur. Habeo igitur, vt ante me alij subdubitarunt, illam præceptionem Grammaticorum dubiam, quæ iubet duas dictiones Apostropho affectas instar vnius esse proferēdas. Iudicarem enim moram aliquam esse faciendam, vel certè leniter & aliquantulū suspēdendam esse vocem ad omnem ambiguitatem tollendam. Et ex Aristophane in Ranis non obscurè colligimus peritiores olim moram aliquam, quæ elisionem posset indicare, in communi colloquio vsurpasse: Is enim pro more suo comico mordaci & scurrili irridet Histrionem, qui cum in scena recitasset hunc versum Euripidis in Oreste: *Apostrophus.*

ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ.

nullam moram in Apostropho adhibuerat, & auditorum aures quasi incertas reliquerat, vtrum γαλήν' ὁρῶ pro γαλῆνα ὁρῶ dixisset, an γαλῶ ὁρῶ. Sic interdum risum excitasse dicunt hunc Epicharmi versum

ὁ Ζεὺς μ' ἐκάλεσε Πέλοπι γ' ἔρανον ἑστιῶν.

Auditores enim existimabant dixisse histrionem γέρανον non γὰ ἔρανον.

SED prætermissis his Prosodiæ formis, & generali illa Prosodiæ definitione, eam quæ Accentibus maximè conuenit aperiamus. Est igitur Accentus, *mensura syllabæ, quæ seruatur aut scribendo, aut pronunciando, prout certa aliqua ratio & lex, aut consuetudo postulat.* Mensura est genus; ad quantitatem enim, vt egregiè notauit Augustinus Nyphus in caput 3. Elenchōn Aristotelis, & subtilis Scaliger lib. 2. de Causis linguæ Latinæ, non ad qualitatem, vt ferè omnes Grammatici putant, Accentus spectat. Voces enim, quæ vel lentiùs vel tardius, vel citius, vel vehementiùs, vel sonantiùs pronunciantur, ab äere circumfuso & in orbem agitato ad aures transferuntur; singularum autem syllabarum altitudinem, quæ Accentum constituit, quasi media quantitate metimur, & id quidem aut quasi linea perpendiculari, quæ ascendit hoc modo ´ & hinc nascitur acutus: aut quæ descēdit hoc pacto ` & hinc oritur grauis: aut partim ascendente & descendente, simulque concurrente instar circini aperti hac figura ^, & inde circumflexus proficiscitur. Reliqua verba in definitione posita differentiæ partes sustinent, & in primis, dixi esse *mensuram syllabæ*, quamuis enim in singulis syllabis vocabulum vnum constituentibus aliquis accentus resideat, Accentus tamen, qui dicitur prædominans *Accentus quid.* *Accentus prædominans.*

& princeps in vna sola syllaba collocatur, & est veluti mensura reliquarum, vt dum dico τύπτομεν, Accentus prædominans, acutus scilicet, primam sibi vendicat syllabam, quam metitur, in reliquis vero Accẽtus, qui dicitur syllabicus subintelligitur. Syllabam verò appello spiritus comprehensionem, ad vocabulum aliquod si illud sit monosyllabum, aut partem vocabuli si vnã excedat syllabam, exprimendam. Est autẽ in triplici discrimine cõstituta, nam vel ex alia vocali, α, ι, η, ε, ο, ω, vel ex duabus vocalibus in mixtam vnam coëuntibus, vt ex diphthongis, quæ gemini-sonæ vocãtur, vel ex consonante altera, aut pluribus adiuncta aliqua vocali cõflatur. Adiunxi tandem in definitione, esse mensuram syllabæ, *quæ seruatur aut pronunciando aut scribendo*, quoniã dum pingimus notam quoq; aliquam Accẽtus delineamus, & dum loquimur syllabam accentu affectam quadam vocis varietate indicamus. Denique hæc verba sunt adhibita *prout aut lex, aut consuetudo postulat*. Lege quidem intelligimus analogiam, similitudinem, & regulas, quas tradituri sumus; consuetudine verò diuersam Dialectum, quæ pro more nationis & populi Accentum commutat.

Accentus syllabicus.

Quot sint Accentus, & quæ eorum notæ, ac qua ratione singuli sunt pronunciandi.

Vocum tres formæ.

Accentus tres.

Cvm tres tantum censeantur vocum formæ, acuta, grauis & intermedia seu temperata; sic tres solùm Accentus numerantur acutus, grauis, inflexus, quod confirmat grauissimum Ciceronis in Oratore testimonium: *Mira est*, inquit, *natura vocis, cuius quidem è tribus sonis omnino, inflexo, acuto, & graui, tanta sit & tam suauis varietas perfecta in concentibus.* Et Theagus Pythagoricus, qui Doricè scripsit, apud Stobæum, inquit: οὐδ' ἐν τᾷ μωσικᾷ ἐν τῷ ὑπεξελέσθαι τὸ ὀξὺ, καὶ τὸ βαρὺ τὸ σύμφωνον πέπλωκε. ἀλλ' ἐν τῷ ταῦτα πως συναρμόξασθαι συναρμογὰν τῶ ὀξέος, καὶ τῶ βαρέος τὸ μὲν σύμφωνον ἐναπολαμβάνεται τὸ δὲ διάφωνον ἀπείργεται. Id est: *Nec in Musica, si adimas acutum & graue harmonia & concentus creabitur: sed si hæc quodam modo iuncta fuerint concinnam modulationem acuti & grauis toni facient, & ibi concentus percipietur, & quæ dissonantia sunt expellentur.* Aliqui similitudine quadam ab aurificis statera deducta hanc tripartitam diuisionem ante oculos subiiciunt. Quemadmodum enim alterum stateræ latus sursum eleuatur, alterum verò deprimitur, aut si in vtraque lance æqualis sit pondus in neutram partem se inclinat: sic vox, interdum vehementiùs & altiùs emissa in aures acutè, aut debilius presse grauiter, aut moderatius prounciata inflexe, & temperata

influit. Non desunt, qui totam hanc varietatem ad motus naturales referant; in quibus triplex vicissitudo cernitur; corpora quippè leuiora, vt ignis è conspectu nostro procul è terra in superiorem partem, abripiuntur, & hunc motum Accẽtum acutum imitari volunt, qui quasi sagitta contorta superius ita euolat, ´; grauiora verò corpora vt lapides, & quæ è venis & visceribus terræ eruuntur metalla, maximo impetu è superiori loco demissa ad centrum terræ deferuntur, & hunc motum grauem accentum æmulari asserunt, quasi enim columna delapsa, & se in latus inclinatura depingitur hoc pacto, `. Sunt verò alia corpora mediæ cuiusdam naturæ, vt venti & exhalationes, quæ è terra radiis Solis excitantur, & in orbem posteâ per aërem agitantur, & hunc motum accentum inflexum exprimere dicũt: illius enim altera pars sursum, altera deorsum vergit, hac ratione ˜. Porrò acutum & graue homonyma sunt, vt testatur Aristoteles in libris de Physico auditu, & in Topicis, cùm nec eadem ratione ensem acutum, Angulum acutum, pyramidem acutam, vocem acutam dicamus, nec eodẽ modo ferrum graue, vocem grauem appellemus. Ensem quidem eum acutum nominamus, qui vi quadam subtili, vel vulnus infligere, vel aliquid transfigere potest; sic angulum acutum Mathematici testantur eum esse, qui recto est compressior. Eadem quoque similitudine vocem acutam censemus, quæ clarius & vehementius aures ferire solet, quales sunt voces firmiores virginum & puerorum, quæ subtiliùs, validiùs, & altiùs exaudiũtur. Ea autẽ vox inter cæteras laudatur; hinc Horat. lib. 3. carm. Od. 4. sic alloquitur Calliopem:

Descende cœlo, dic age tibia
Regina longum Calliope melos,
Seu voce nunc mauis acuta,
Seu fidibus citharáve Phœbi.

& Homerus quotiescunque alicuius vocem commendat, toties eũ hâc præclaro epitheto exornat ὀξὺ βοήσας. Quemadmodum autem id graue & retusum vocamus, quod facilè alia corpora penetrare non potest; sic grauem vocem dicimus, quæ raros motus in aërem spargit, ac velut imbecillior & cadens in aurem incurrit. Flexum autem sonum quasi ἀδιάφορον & μέσον temperatum, & intermedium constituimus, cùm nec altiùs erigatur, nec remissiùs deprimatur, in quo pronunciando multos peccare animaduerto. Quoties enim circunflexus ponitur in penultima, vt ποιεῖτε, βοᾶτε, toties à multis ita vox contenditur, & attollitur, vt videatur omnino acutus adulterinus ποιέιτε, βοάτε, cùm tamen & vox ipsa sit temperanda, & longiori quodam spiritu

Acutũ & graue homonyma.

Error multorũ in efferẽdo Circumflexo accentu.

& mora

& mora dilatanda, tanquam ſi diceres ποιεεετε, βοαατε: cauendum tamẽ eſt ne altiori ſono ſpiritus protrahatur, tunc enim acutus putaretur. Cùm verò circumflexus poſtremum locum occupat, vt ποιῶ, βοῶ, corruptè ab innumeris tanquam grauis effertur: ποιὼ βοὼ cùm tamẽ ſonus debeat ſenſim vaneſcere, interpoſito ſine contentione vocis altiori, maiori temporis interuallo, tanquam ſi diceres ποιωω βοωω. Hîc mihi occurrit controuerſia non tacenda, quam interdum inter conditos ortam vidi, eorum aliqui cùm adoleſ-

Interrogatio Græca, vt proferenda.

centem quadam vocis contentione, & conatu interrogationẽ Græcam formare audiuiſſent hoc modo ταῦτα λέγεις; hanc contentionem, quæ in fine adhibebatur reprehenderunt, & dixerunt, interrogationem Græcam non ita, vt Latinam adhibito in fine vocis acumine, & conatu eſſe efferendam: ea enim ratione ſubiungebant hoc incommodum emergere, vt dictio interrogationi proxima duplici videretur Accentu notari, ſcilicet acuto in vltima vi interrogationis, & altero ſibi naturali, quaſi ſcriberetur hoc modo ταῦτα λέγείς; alij verò rectiùs obiiciebant interrogationis vim eſſe efferendam, vocémque in vltima acuendam, & hoc poſtulare ſignum interrogationis, quæ alterius Accentus acuti vim obtinet, & hoc vnum certiſſimum eſſe indicium quod

τίς cur ſemper acuatur.

τίς interrogatiuum in concurſu, & iunctura orationis contra trita præcepta non grauetur, ſed ſemper acuatur, cum aures ferire, & quaſi excitare ad reſponſionem debeat. Ea re indicata, reliquum eſt, vt notas & ſigna ipſorum Accentuum paucis attingamus. Quamuis autem innumeræ po-

Accentuum notæ.

tuerint ab antiquis excogitari Accentuum notæ, veluti & aliarum rerum, quemadmodum apud Euripidem belli ſignum eſt fax accenſa in aërem vibrata, apud Lacedæmonios carmen modulatum, apud alios clangor tubæ: placuit tamen antiquis Græcis ex λάμβδα maiuſcula littera Λ Accentuum notas depromere quam ſi bifariam diuidas, pars anterior, ´, acutum, poſterior, `, grauem indicat: ſi verò integram fingas, ^, inflexum præ ſe fert. Obſeruatur tamen in multis codicibus Græcis manu ſcriptis, qui in Bibliotheca Catherinę Medicis quondam Galliarum Reginæ ſeruantur, Accentum circunflexum ſic fuiſſe olim fictum, Lunarem formam non plenam, ſed bicornem, imitantem hoc modo ⌒ βοᾶτε ποιεῖτε. Hinc factum eſt vt Martianus Capella inflexum formari dixerit ad modum, quo nunc pingimus: loquitur autem de eo quod eſt Lunare, & quod ita fingitur, C, cuius meminit Martialis:

Aſpice Lunata ſcriptum teſtudine ſigma.

& Agatho Tragicus, qui alludens ad hoc nomen

tertiam

rertiam huius nominis litteram cum arcu Scythico comparat, cùm inquit:

Σκυθικῷ τε τόξῳ τρίτον ἦν φερεσμφερὲς.
Scythico ſed arcu tertium compar, fuit elementum.

Et Euripides ad idem nomen quoque alludens, ſigma illud cum cincinno calamiſtrato, vel annulo, qui in capillis intortis cernitur, confert, cùm ait:

Τρίτον δὲ βοστρυχός τις ὡς εἱλιγμένος.
At tertium (elementum) *cincinnus vt contortilis.*

Quaſi dicant eo tempore ſic ſcriptum fuiſſe nomen Theſei ΘΗϹΕΥϹ, & certè hoc ſigma inuerſum, & pronum figuram cincinni, vel arcus Scythici præ ſe fert, & notam Accentus circunflexi in antiquis codicibus gerit, hoc modo ποιῶ. Factum autem eſt poſterioribus temporibus, vt amanuenſes, qui delitias, venuſtatem & interdum celeritatem in ſcribendo aucupantur, circunflexũ ita formarint ˜ βοᾶτε, quem modum Typographi poſteà ſunt ſequuti. Non negarim tamen in antiquis codicibus manu ſcriptis circunflexum ſic formatum reperiri ^ βοᾶτε.

Quid ſit ἄρσις, & quid θέσις in Accentu pronunciando.

ΑΡΣΙΝ & ἐπίτασιν omnes appellant contentionem, ſeu ſublationem vocis, qua ſyllaba Accentu notata ab aliis ſeparatur: θέσιν autem καὶ ἄνεσιν, remiſſionem ſeu vocis moderationem & poſitionem, qua reliquę ſyllabæ Accentu deſtitutæ æquabili quodam tono pronunciatæ quaſi ſigno certiſſimo internoſcuntur, verbi gratia, cùm pronuncio, παῤῥησιάζομαι, in tertia à fine ſyllaba, quæ quadam contentione attollitur, ἄρσις reſidet: in reliquis verò θέσις, quæ, vt puto, conuenientiori nomine ὁμοτονία, more earum vocum Muſicarum, quæ æquabiliter canuntur, diceretur: in tribus enim prioribus ſyllabis huius verbi, παῤῥησιάζομαι, non dicor deponere vocem, cùm eam nondum contenderim, ſed potius ſonum quemdam æqualem tenere: hinc Muſici concentus in quibus nulla eſt ἄρσις, ὁμοτόνους appellant.

De ſedibus propriis ſingulorum Accentuum.

VT corpora naturalia certis locis ac regionibus conſcribuntur; ſic Accentus certas & determinatas ſedes occupant. Acutus quidem tanquam proprium locum ſibi vendicat primam, ſecundam, & tertiam à fine ſyllabam, quartam autem nunquam: vt enim aures in fine circuitus & periodi, in qua ſententia perfecta & abſoluta conquieſcit vnum, duos, aut tres ad ſummum pedes, religiosè obſeruant; ſic eædem in ſingulis vocabulis Gręcis vltimas ſyllabas aduertunt, *Acuti ſedes.*

tunt, præcipuè verò antepenultimam, penultimam, & vltimam, & in harum aliqua accentum tanquam numerum, quo recreentur desiderant.

Acutus cur in quarta, quinta, vel sexta syllaba non ponatur.

Cur autem acutus in quarta syllaba à fine, aut in quinta, aut in sexta in nominibus polysyllabis non reponatur, facilè est causam reddere. Initio enim vocabuli plenissima & clarissima voce vti, qualem acutus postulat, Barbarum & agreste videtur, & naturæ contrarium, quæ non statim se profundit, nec repente euolat, sed leuioribus initiis vtitur, & ad id, quod maius est, tandem accedit. Acutus autẽ cùm est in fine vocabuli nunquam in concursu orationis, nisi sequatur enclitica, aut nisi tale vocabulum claudat, & terminet periodum, pronunciatur. Si enim quando oratio coniungitur, acutus in vltima pronunciaretur, illa vltima syllaba ad verbum, quod in serie orationis subsequitur, videretur spectare. Nec verò illud permittit periodi natura, quæ cùm vno spiritu, & animæ ductu decurratur, & vox ceu flumen quoddam pleno syllabarum cursu labatur, fieri commodè non potest, vt in fine multorum vocabulorum, quæ acuto fortè in fine notarentur, quasi rupibus & obice obiecto consistat, & continuum suum cursum frangat, quod tamen necessario eueniret, si passim in vltima syllaba acutus proferretur. Hinc fit vt dicamus ἀγαθὸς ἄνθρωπος, non ἀγαθός ἄνθρωπος; excipio tamen τίς interrogatiuum, quod semper acuitur in orationis etiam contextu & fabrica, vt τίς ἄνθρωπος: in fine autem [illegible] periodi quando impetus ille vocis deferbuit, cùm sensus omnino est perfectus, auris attentio, quæ tunc conquiescit acutum in vltima non repudiat.

Circunflexi sedes in vltima & penultima.

Circunflexus autem qui fit ex acuto & graui simul concurrentibus in penultima & vltima tantum notatur, cuius rei nullam firmam rationem reddi posse video, præter antiquorum institutum consuetudine confirmatum.

Grauis duplex.

Grauis autem duplex constituitur, alter syllabicus, qui nunquam pingitur, sed in singulis syllabis in quibus nullus exprimitur accentus subintelligitur: de[…]muntur enim omnes syllabæ tanquam graui accentu a[…]ctæ, in quibus non est aut acutus, aut circunflexus: Alter autem appellatur prædominans & princeps, qui pingitur idque tantùm in vltima in orationis consequutione [illegible] Θεὸς ἡμῶν.

Grauis prædominãtis sedes tantum in vltimis.

Quomodo Accentus inter se commutentur & procreentur.

QVOD in mutua quatuor elementorum concretione solet euenire, illud idem in accentuum collocatione [illegible] contingit: vt enim illa veluti indicto bello se inuicem [illegible]

rumpunt, & veluti pace conciliata se mutuò gignunt, sic accentus interdum aliis sedem suam relinquunt, interdum eosdem de ea deiiciunt, aliquando verò omnino euertunt. Acutus enim in grauem in orationis coagmẽtatione commutatur vt φωνὴ βοήσας, contra verò grauis in acutũ transit subsequente enclitica vt Ἰουλιανός φησι. Interdum verò acutus à circumflexo expellitur vt οὐρανός οὐρανοῦ, contra verò circumflexus de dominio suo ab acuto deturbatur, dum quantitas eadẽ in inflexione non retinetur vt μοῦσα τῆς μούσης. Eorum verò mutua procreatio sic emergit ex graui & acuto exoritur acutus vt κύελος: cùm enim grauis in omnibus intelligatur syllabis, si ad illum acutus accedat fiet acutus. & ex acuto & graui vice versa circumflexus proficiscitur, vt ποιέομεν ποιοῦμεν.

Acutus in grauem commutatur.

Grauis in acutum.

Acutus à Circumfl. expellitur.

An nomina Græca Latina facta suum debeant in pronunciatione Accentum seruare.

NONNVLLI in nominibus Græcis ciuitate tamẽ Romana iamdudum donatis nulla habita ratione quantitatis accentum Græcum obseruant, dicunt enim Philosophiam, phantasiam vt Græci φιλοσοφίαν φαντασίαν, quibus ego facilè subscriberem, nisi viderem eos vbique constantes non esse, Si enim in his vocabulis Accentus Græci rationem habent, cur non in aliis vt Alexandria, Thália acuta antepenultima more Græco Ἀλεξάνδρεια Θάλεια, dicendum igitur esset Alexándria Thália quasi penultima breui. At reclamant omnes Latini, qui vbi ea vocabula peregrina quidem iure ciuitatis & societatis donarunt, in his non tam accentũ, quàm quantitatem seruarunt, dixerunt siquidem ThalIa AlexandrIa maiusculo I, signo apud antiquos syllabę longioris, inserto; imò verò poëtæ dum ει in similibus dissoluerunt ι produxerunt vt Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Am.

Venit odoratos elegëia nexa capillos.

Imò vero vsu receptum est accentum non seruari, sed quãtitatem in plerisque, quæ a Græcis Latini acceperunt vt eclypsis, theatrum. Vt enim antiqui Romani sonum eorum verborum, quæ ab exteris nationibus acceperunt non seruarunt, sed ad Romanam pronunciationem sapienter reuocarunt; Neque enim sonum Gallorum imitati sunt in Rheda, sonum Britannorum in Couino, sonum Germanorũ in essedo, sonum Hispanorum in Lancea, sonum Sardorum in Mastruca, sonum Carthaginiensium in Mappa, sonum Persarum in Gaza sonum Macedonum in Phalange; sic nec sonum Græcorum in iis, quæ ciuitate dònarunt, vocabulis. Suum tamen hac in re, cùm rationes in vtramque partem

partem non desint, quilibet sequatur iudicium. Cogimu[r] enim inuiti etiam in quibusdam Græcorum morem imitar[i] vt dum dicimus Paralippoménon, talia enim non videnta[r] olim ciuitate donata, sed purè Græca. Nolim tamen eos ex- cusare, qui antiphωnam quasi penultima correpta abu[su] quodam inueterato efferunt.

Quæ ratio Spirituum fuerit apud Antiquos.

VBI Simonides Melius, e, longum excogitauit hoc e[s]t H, & eius figuram ex duplici maiusculo ἐψιλὸν breui[bus] quasi opposito traxit hoc modo, ⊦ , ⊣ , & ex eo simul co[n]- iuncto perfectum, H, formauit, Græci, qui eum sunt subs[e]- quuti, perspecto illius vocalis sono, nullum quod me[lius] naturam Spiritus asperi signũ exprimere posset, repereru[nt] quàm, H, cuius natiua pronunciatio vberiori quodam fla[tu] quasi fauces stipat, & spiritum densum omnino efforma[t]. Cùm enim, H, cõtinuo quodam spiritu, qui per fauces qu[asi] hærendo sensim transeat ab antiquis fuerit pronunciatu[m] & apud eos idem quod duplex εε valuerit, teste Platone [in] Cratylo, quasi dicas (eeta) non (ita) vt multi proferunt, c[um] antiqua huius vocalis pronunciatio Spiritum asperum a[p]- repræsentabat. Ideo veteres illi & priores Græci, comm[uni] quadam conspiratione, eam integram vocalem notam [...] Spiritus asperi voluerunt, & aliis vocalibus eadem [...] nata præposuêrunt, hoc modo, HEKATON, & in[...] signũ non deiecerunt, quemadmodum iam solet fier[...] Hinc factum arbitror vt in antiquis numerorum no[tis] [...] centum significaret, quia primam sedem in hoc voca[bulo] HEKATON sibi vendicabat. Quod verò ante Simon[idis] tempora signum spiritus asperi apud primos Græcos [...] terit, neminem qui scripserit scio: An vero statim po[st Si]- monidem spiritus lenis aliqua nota fuerit, nullum au[ctorem] video, coniicio tamen solum asperum Spiritum, qui in[tegra] non dissecta vocali, H, designabatur ab illis fuisse nota[tum], Spiritum autẽ lenem ab iisdem fuisse prætermissum. Q[uem] priscum morem Latinos sequutos fuisse nemo est, qu[i non] videat: cùm apud eos lenis Spiritus, qui tenuiter [...] sine flatu effert, nusquam aliquam notam obtinuer[it] [...] videtur attigisse Athenæus lib. 9. dum ait [...] [...] τυπώσασϑαι τὰς παλαιὰς τὴν δασεῖαν [...] [...] πάντων τῶν δασυνομένων ὀνομάτων τὸ, η, [...] *veteres Græcos arbitror, η, elemento aspiratio[nem]* [...] *quamobrẽ Romani omnibus aspiratis nominibus* [...] Tandem Græci vt erant ad excogitandũ prompti, & a[d lin]- guam suam locupletandam nati, H, in duas pa[rtes] [...]

Spiritus asperi nota antiqua.

H cur centenarij nota.

& sinistram partem, ⊣, notam esse Spiritus lenis voluerunt, dextram autem, ⊢, Spiritus asperi: vtramque verò non in apicem & culmen dictionum deiecerunt, sed in eodem ordine inseruerunt, vt nonnulli probant ex antiqua hac inscriptione numismatis, ⊢ΗΡΑΚΛΕΩΝ quod non tantum factitabant in Spirituum notis pingendis, sed etiam in *ἰῶτα*, quod iam diphthongis impropriis subiicitur. Olim enim *ἰῶτα* non subscribebatur, sed cum litteris ipsis cohærebat, minori tamen forma quam præcedens: quæ scribendi consuetudo adhuc remansit in litteris capitalibus Αι, Ηι, Ωι, Tandem verò è dictionum contextu notam Spiritus in superiorem partem reiecerunt, & omicron in duas partes diuiserunt, c, ɔ, cuius dextra pars, c, signum fuit densi, læua verò, ɔ, tenuis, & hoc quidem in minoribus litteris vsurparunt, in maiusculis verò auitam consuetudinem seruarunt, & alteram partem H in apice primarum aut vocalium aut diphthongorum collocarunt hoc modo. Ἀ͗ΘΗΝΑΪ́ΟΙ vt licet in antiquis codicibus contemplari. Non minus autem religiosi in Spiritu pronunciando fuerunt, quàm in accentu seruando, quod vnum Demosthenis studium indicat, qui canem latrantem & bobantem diligenter & attentè audiebat, vt & concursum huius diphthongi impropriæ *αυ* & simul Spiritum tenuem venustè pronunciaret. *αὖ* enim est vox canina vt ex Comœdiis Aristophanis licet colligere, qui dum canum latratum effingit, ingeminat *αὖ αὖ*. Qua verò ratione Spiritus sint pronunciandi, hoc vno proposito exemplo ante oculos subiiciam, *ἆ* spiritu leni est vox hominis dolentis, qui enim dolent, tenuiter pulmones mouēt, & sine vehementia per arteriam asperam flatus in palatum influit: *ἅ* vero teste Eustathio Spiritu aspero, est vox hominis ridentis, cùm in risum vberrimè erumpit, qui cum impetu maximam copiam flatus effundat, vehementer asperam arteriam concutit, & fauces omnes occupat, quod natura Spiritus asperi postulat. Vt verò apud ipsos Græcos non erat eadem Accentuum collocandorum ratio, sic nec spirituum. Eretrienses, & qui eos sequebantur, spiritū asperum mirum in modum adamabant, quod indicat prouerbium peruagatum *ἐρετριέων ῥῶ*, *Eretriensium rho*. Hinc Plato in Cratylio *οἶσθα οὖν ὅτι ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἡμεῖς μὲν φαμὲν σκληρότης ἐρετριεῖς δὲ σκληρότηρ*. Hoc nonnulli in pronunciandis quibuslibet spiritibus affectant, & tenuem asperè, asperū autem insuauiter, quasi per confragosa aliqua loca vox excurreret, efferunt; Cum tamen in vtroque spiritu pronunciando temperies quædam, quæ nihil hiulcum, nihil horridum, nihil rusticum oleat, sit seruanda, deridendus autem Arri-

ἰῶτα subscribi quādo cœperit.

Varia apud Græcos collocandorū Spirituū ratio.

modus qui vt est apud Catullum:

Chommoda dicebat, si quando commoda vellet
Dicere, & hinsidias Arrius insidias.
Ac tum mirificè credebat se esse loquutum
Cum quantum poterat, dixerat hinsidias.
Credo sic mater, sic Liber auunculus eius,
Sic maternus auus dixerit, atque auia.
Hoc misso in Syriam requierant omnibus aures,
Audibant eadem hæc leniter & leuiter.
Nec sibi post illa metuebant talia verba,
Quum subito adfertur nuntius horribilis.
Ionios fluctus, postquam illuc Arius esset,
Iam non Ionios esse, sed Hionios.

Æoles à Spiritu aspero abhorruerunt.

Æoles autẽ Eretriensibus contrarij ab omni Spiritu aspero abhorruerunt, & vt illum vitarent, digamma quoddam excogitarunt, hac figura, F, quod aspiratis vocalibus præposuerunt, vt FΕλένη, Fέλενιον, pro ἑλένη ἑλένιον. Si verò, ῥ, littera natura sua aspera initio vocabuli occurreret ad sonum leniendum β præponebant, hoc modo, βρήτωρ, βρόδιον, pro ῥήτωρ ῥόδιον. Æoles autem priscos Latinos sequutos fuisse, testis est Fabius, dum fordeum, nõ hordeum dixêrunt, cuius rei meminit Terentianus Maurus his trochaicis versibus,

Nominum multa inchoata litteris vocalibus
Æolicus vsus vertit, & digammon præficit.

Hinc Cicero libro 9. Epistolarum ad Atticum, ad fundum [illegible] suum Formianum alludens, lepide digamma appel[illegible]. Reliqui verò Græci Æolismum nec ferre, nec audire, nec pronunciare potuerunt, & hæc vna res vt refert Fabius Ciceroni risum mouit, qui cùm testem natione Græcum sed [illegible] Æolem pro Fundiano testimonium dicentem audiret, [illegible] ab eo primum huius nominis Fundiani digamma extorquere posset, sed testem repetere Hundianum non Fundianũ perciperet, in cachinnos erupit.

Lacones & Argiui è plerisque dictionibus exemerũt sigma & eius loco Spiritũ asperum reposuerunt.

Lacones medias syllabas notabãt spiritibus.

Lacones verò & Argiui Eretrienses imitati, sigma è plerisq; dictionibus exemerunt, & aspiratum Spiritum loco illius in medio etiam vocabulo & in fine reposuerunt, vt μοῦσα, μῶά, μουσική, μωικά, πᾶσα, πῶά, εὖ, σοι, εὖ, οἷ quæ est bacchantium acclamatio. Laconibus autem & Argiuis morem in mediis etiam dictionibus & in nonnullis quoque consonantibus Spiritus notandi deriuatum fuisse existimo, qui vbi latius sese effudit, tempore Athenæi ab omnibus ferè receptus fuit, & ab eodem diligenter commendatus. Huius verò consuetudinis meminit Eustathius in Iliada pag. [illegible] cum ait [illegible] οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἀρχικῶν φωνηέντων ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν δια [illegible] λέξεων κατὰ χρῆσιν [illegible]. id est, *non solum Spiritus in primi*[illegible]

primis vocalibus, ſed etiã in medio dictionum, prout antiquus vſus poſtulabat, collocabant. & in Iliada pag. 1271. τὰ ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ὀνόματα ὧν ἡ λήγουσα εἰς ος καθαρὸν ψιλοῦν τὸ λῆγον. *nomina, quæ vnam excedunt ſyllabam: & in os purũ deſinunt, ſpiritum lenem ſortiri in vltima, docet.* Vt πρᾶος, ἠός, λαός, κηλός, πηός, γοός, κεῖος, ζωός, λαγωός, νεώς, λεώς, πινδαρεώς: ταώς etiam Atticè ex Tryphonis traditione cum denſo. Sic Latini inter vocales in media dictione aſpirationi ſuum locum dedêre, vt vehemens, prehendo. Alio verò loco in Iliada pag. 524. oſtendit nomina compoſita, ſi propriá ſint, Spiritum aſperum ſimplicium, à quibus componuntur mutare in lenem vt εὐαίμων φίλιππος μελάνιππος, εὐρύαλος, ἐνυώ. Si verò tanquam Epitheta in orationis fabrica cum aliis coniungantur denſo notantur vt φίλιππος ἄνθρωπος, *equorum amans vir*, λιμὴν πάνορμος, ἀμφίαλος Ἰθάκη, ὕφαλος πέτρα πάραλος πόλις, μελιηδὺς οἶνος. ad eum planè morem Ariſtarchus ſcripſit, ἑξεσία cum denſo, cui tamen repugnauit Neoptolemus Parianus & pinxit cum tenui ἐξεσία In verbis illud idem licuit intueri vt ἐσήλατο, imò aſſerit idem Euſtathius in conſuetudine fuiſſe poſitum apud Græcos tres cõſonantes tenues Spiritu tenui, tres aſpiratas Spiritu denſo notare: & ex χάζω factum eſſe ἅζω Spiritu denſo inde probat, & alibi quàm in principio ſolitos priſcos litteram, ρ, πνευματίζειν, fretus auctoritate Ariſtarchi confirmat, qui cum tenui ſcripſit παλαίρινος, quamuis Tryphon cum denſo ſcripſerit, & compoſitam eſſe dictionem ex παλαιὸς & ῥινὸς exiſtimauerit. Sed huiuſmodi priſcæ conſuetudines contrario vſu perierunt, & in ſolis vocalibus, quæ dictiones auſpicantur, iam præponuntur. Concidit quoque conſuetudo Pamphyliorum, qui Æolicum digamma æmulati, vt tradit Heraclitus, omnibus vocalibus, β, loco Spiritus præpoſuerunt, vt Φάος, Φάεος, ἀέλιος, βαέλιος. Spirituum autem regulæ & peruiæ & faciles ſunt: cùm ferè omnes vocales & diphthongi tenui ſpiritu notentur, paucis exceptis: exceptiones autem paucis foliis Anteſignanus complexus eſt, * & ideo hîc ab Spirituum tractatu vt potè facili & iam perfecto ſuperſedi. Equidem Georgij Zigabeni antiqui Grammatici Græci libellum de Spiritibus, manu ſcriptũ, octo aut nouem minoribus foliis conflatum mihi ab amico quodam antiquitatis & perito & cupido mutuò datum, in lucẽ edendum curaſſem, ſi in eo aliqua rara, quæ vel in Vrbano, vel in Anteſignano non fuiſſent ſcripta, deliteſcere animaduertiſſem. Eundem verò Auctorem manu ſcriptum Geſnerus teſtatur ſe vidiſſe Viennæ in Bibliotheca Imperatoris, quem facilè aut alium in manus Vrbani veniſſe crediderim, cuius de

Græcorum mos notandi conſonantes ſuo ſpiritu.

Pamphyliorum mos concidit.

**Quæ in fine Opuſculi licet intueri.*

ſpiritibus Canones cum illis Georgij Zigabeni contuli, & paruum intercedere diſcrimen obſeruaui. Et hæc quidem habui, quæ curſim attingerem priuſquam ad præceptiones artis generales venirem.

ARS PROSODIÆ GENERALIS.

Explicatio nominum, quibus in ſignificandis Accentibus Grammatici Græci vtuntur.

Vocabula, quæ
- Acuunt
  - Antepenultimam.
  - Penultimam.
  - Vltimam.
- Circumflectunt
  - Penultimam.
  - Vltimam.
- Non acuũt nec inflectũt
  - Vltimam.

Vocãtur
- προπαροξύτονα, vt πάνδημος.
- παροξύτονα, vt λύχνος.
- ὀξύτονα, vt ἰσθμός.
- προπερισπώμενα, vt κῆδος.
- περισπώμενα, vt κοσμῶ.
- βαρύτονα, vt πᾶμα & πάντα.

Canones artis generaliores.

1. Nomina vel ex rerum inanimarum, vel ex ipſorum animalium imitatione expreſſa, vt ſunt ea, quæ ad fragor... fulminum & rotarum, ad clangorem tubarum, & ad a... ſimiles ſtrepitus ſignificandos de nouo formantur, tono ſunt notanda, quem res ipſas, quas effingere volumus... uare attentior auris aduertit. Sic Ariſtophanes in Ranis ... carum coaxationem imitatur, Accentum, quem ipſe ed... obſeruauit hoc modo

ὦοπ ὄπ ὦοπ ὄπ

βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ.

Et ita ſentiẽdum eſt, de cæteris per onomatopeïam cr...

2. Secvnda ſyllaba à fine breuis ante vltimam bre... ſi in ea ſit Accentus, acuitur, vt λόγος.

3. Penvltima ſiue breuis, ſiue longa ſit, ante vl... mam natura ſua longam, ſi Accentum habeat, acuitur... γυμνάζω ἥρως, ἔρως, φιλία.

4. Cvm vltima eſt longa acutus non poteſt eſſe in...

Exceptio. penultima, vt δύσμικτος, δυσμίκτου, δυσμίκτῳ, excipe Att...

Μενέλεως, & Gignendi casum Ionicum primæ Simplicium, vt Αἰνέεω, & similes Atticos ἔλλαμψις, ἐλλάμψεως, ὄφις, ὄφεως, ὄφεων, quem morem tùm Iones, tùm Attici ab Æolibus antiquis sunt mutuati.

TONVS qui in penultimam cadit, si in inflexione augeatur, numerus syllabarum, non syllabam, sed sedem tantum mutat, vt τύπτω, τύπτομεν, τύπτετε, ἀγριότης, ἀγριότητος. si verò tonus sit in antepenultima & amplificetur numerus syllabarum, non sedem, sed syllabam mutat, vt ἄφεσις, ἀφέσεως tono semper in tertia à fine sede conseruato. 5.

VLTIMA syllaba quæ breuis est, si in eam cadat Accentus, acuitur vt Θεός, ἐπῳδός. 6.

SYLLABA breuis, aut positione longa non est capax circumflexi, sed ea tantùm, quæ est natura longa, vt κῆδος, ἡρακλῆς, si tamẽ sit positione & natura longa circumflexum non repudiat, vt μᾶλλον, τυπτοῦντος. 7.

LONGA natura ante extremam vel natura breuem, vel positione longam circumflectitur, vt σῶμα, ἑλικῶπις, αὖλαξ, πῖδαξ: dum modo id sit in vna orationis parte; composita enim ab encliticis & altera monosyllaba longa ab hoc Canone excluduntur, vt εἴθε, μήτε. Dictum autem est ante extremam positione longam: nam si vltima sit natura, nõ positione longa, tunc secunda à fine acuitur, vt δῆμος, δήμου, μοῦσα, μούσης, nunquam enim inflexus secundam à fine sedem occupat, dum extrema est natura sua longa. 8. *Exceptio.*

OMNIS diphthongus finalis circumflectitur, si Accentum recipiat, præter ἰδοὺ *ecce*, & ἰού. nolim tamen includas hoc Canone αι, & οι, de quibus infra regula 12. dicam. 9. *Exceptio.*

CIRCVMFLEXVS, qui erat in penultima, in acutum vertitur, dum numerus syllabarum amplificatur, vt ἑλικῶπις, ἑλικώπιδος, βῆμα, βήματος, quia antepenultimam nunquam sibi vendicat, circumflexus. In vocabulis tamen, quæ encliticam in compositione suscipiunt, quæ natura cum illis non cohæret, circumflexus videtur antepenultimam sibi vendicare, vt ὅστις, οὗτινος, ᾧτινι, οἷστισι, sed ὅς sumendum est tanquam separatum non compositum, & τις tanquam enclitica, quæ subsequitur. 10. *Circumflexus quando in antepenultima recipitur.*

ACVTVS, qui propter vltimam breuem, in fine notabatur, in circumflexum mutatur, propter vltimam longam, vt ἀγαθὸς, ἀγαθοῦ, ἀγαθῷ; aut idem acutus, qui vltimam occupabat longam, si accedat syllaba breuis, naturam inflexi induit ἀγελαῖαν, ἀγελαιῶνος, κανοῦς, κανοῦδος, quod in monosyllabis locum non habet, vt φῶς, φωτός. 11. *Exceptio.*

IN superioribus regulis si ratio accentus habeatur, αι, & οι diphthongi in fine dictionis censentur tanquam breues, 12. *αι & οι in fine dictionis censentur breues.*

non sequente in eadem syllaba consonante, quæ claudat dictionem; & ideo nec Accentus mutatur, nec in alteram sedem retrahitur, vt ἔλλογος, ἔλλογοι, ἄνθρωπος, ἄνθρωποι, μῦσαι, μοῦσαι; si autem subsequatur finalis consonans, & retrahitur & interdum mutatur Accentus, vt ἔλλογοι, ἐλλόγοις, μοῦσαι, μούσαις, ἄγκυραι, ἀγκύραις,

1. Exceptio. Excipe ab hac regula Aduerbia, in quibus αι, vel οι, diphthongi vltimam syllabam terminant: tunc enim censentur longæ, vt οἴκοι (οἶκοι verò est nominādi casus ab οἶκος) αι tamen in πύλαι & προπύλαι breuis putatur.

2. Exceptio. Exime quoque à prioribus verbis regulæ, tempora & casus cōtractos, in quibus dictæ diphthongi longę omnino habentur, vt λητόϊ, λητοῖ, σαπφοῖ, sic vocandi casum λητοῖ (λητοί enim est numeri pluralis) à nominib. quartæ Contractorū.

3. Exceptio. Hinc etiam exime Optandi modos, qui in fine αι, & οι, in tertiis personis singularibus sortiūtur, & pro longis habentur, vt φεύγοιμι, φεύγοις, φεύγοι. ποιήσαιμι, ποιήσαις, ποιήσαι. Τυποῖμι, τυποῖς, τυποῖ. In reliquis verò personis & modis breues habentur, vt τύπτομαι, τυφθῶμαι, τύπτεσθε. ποίησαι in aoristo priori verbi Medij in modo imperandi: ποιῆσαι autē penultima inflexa in aoristo priori Infinitiui, in verbo actiuo, & ita de similibus sentiendum est.

13. *Contractio ex acuto & graui circumflectitur.* OMNIS contractio, quæ ex acuto & graui emergit, circumflectitur, vt βοάετε, βοᾶτε, ποιέω, ποιῶ, εὔνοος, εὔνους, διπλόος, διπλοῦς: Hinc excipe Accusandi casus quartæ contractorum λητόα, λητώ, αἰδόα, αἰδώ: non αἰδῶ vltima circumflexa,

1. Exceptio. *Error Vrbani & Antesignani.* vt errarunt Vrbanus & Antesignanus, qui docent accusatiuos quidem à nominibus in ω, vt λητώ acui, à nominibus verò in ως, vt αἰδὼς in accusatiuo αἰδῶ circumflecti, quorum tamē opinioni antiqua, & fide digna exemplaria repugnāt, in quibus acutus in vltima deprehenditur, vt ante Henric. Stephanus obseruauit.

2. Exceptio. Hinc etiā excipe dualia in cōtracta, vt σφῶϊ, σφὼ, νόω, νώ, quæ nunquā circumflectuntur.

14. *Ex contractione grauis & acuti nō exoritur circumflexus.* Ex contractione grauis & acuti nunquam inflexus oritur, sed acutus, vt γεγαὼς, γεγὼς, μεμαὼς, μεμώς, sed hæc similia Participia præteriti perfecti Ionica accentū suorum primitiuorum tuentur; vt ab ἑστηκὼς, fit ἑσταὼς, ἑστώς, à βεβηκὼς, fit βεβαὼς, βεβὼς. Æoles tamen in priorem syllabam Accentum retrahunt βέβως, ἔστως, μέμως.

15. SYLLABA, in quam non incumbit contractio, eundem tonum, quem ante sibi arrogabat retinet, vt Δημοσθένεος, Δημοσθένους, χείρεα, χείρη. ab hac tamen via deflectunt ...

1. Exceptio. Ionica, quæ metalla significant, in quibus ex duobus ... uibus contra reliquorum consuetudinem inflexus ... vt à χρύσεος, fit χρυσοῦς. à χάλκεος, χαλκοῦς, ab ἀργύρεος ... quæ imitatur κεράμεος, κεραμοῦς. Ad hæc accedunt ...

nomina, quæ colores & materiam significant, vt πορφύρεος, πορφυροῦς, λίνεος, λινοῦς, ἐρέεος, ἐρεοῦς. Quæ omnia & similia, vt veteres Grammatici Græci obseruarunt, in neutro in plurali non circumflectuntur ἐρεὰ, λινὰ, ἀργυρεὰ, Attici tamen ea circumflectunt ἀργυρᾶ, χαλκᾶ, πορφυρᾶ, χρυσᾶ. Hæc duo verò nomina ἀδελφιδοῦς ab ἀδελφιδέος, θυγατριδοῦς à θυγατριδέος sunt superiora æmulata. *2. Exceptio.* *Atticismus.*

OMNIA nomina monosyllaba neutra circumflectuntur, vt πῦρ, πᾶν, sicut omnia monosyllaba ex contractione orta, vt παῖς. 16.

MONOSYLLABA, quæ fiunt ex Aphæresi, quæ est elementi à capite syllabæ præcisio, si sint longa, inflectuntur, vt ἔφλω, ἔφης, ἔφη, ablato ε à capite φλῶ, φῆς, φῆ, sic ab ἔφυν, ἔφυς, ἔφυ. φῦν, φῦς, φῦ: (χρὴ autem à χρήμι fit per Apocopen quæ est ablatio litteræ vel syllabæ in fine.) Si verò monosyllaba quæ ex Aphæresi resultant breuia sint, acuuntur, vt ab ἔβαν sublato, ε, fit βάν. 17.

NOMINA monosyllaba quæ fiunt ex Apocope longa circumflectuntur, vt βρῖ pro βριαρὸν: ἦλ apud Eustathium pro ἧλος: κρῖ pro κρίμνον: si verò ea syllaba, in qua erat Accentus abscindatur, in primam migrat, vt γλαφυρὸν, γλάφυ, δῶ pro δῶμα. Nec tamē in huiusmodi monosyllabis acutus mutatur in circumflexum, sed tantum retrahitur, sic reperitur ὅ pro ὅτι. Si autem Apocope iam facta nomē sit duarum vel trium syllabarum, Accentum, quē ante habebat, retinet. vt δάκρυ pro δάκρυον, ἄπολλω pro ἀπόλλωνα, ἱδρῶ pro ἱδρῶτι, si tamen penultima sit natura longa, & vltima breuis, acutus in circumflexum transit, vt ἧπα pro ἥπαρ. 18.

SYNCOPE, quæ est vnius syllabæ in media dictione reiectio, aut Accentum retrahit, aut mutat, vt θυγατέρα, θύγατρα: ἄνδρα pro ἀνέρα: ex οἴμημα verò fit οἶμα Accentu mutato, sic Aoristi passiui dum in Optandi modo patiuntur syncopem, quæ imitatur quodam modo contractionem, circumflectuntur, τυφθεῖμεν, τυφθεῖτε, τυφθεῖεν, pro τυφθείημεν, τυφθείητε, τυφθείησαν. Interdum verò syncope & contractio simul coalescunt, vt ab ἑστήκασι, ἑστάασι, ἑστῶσι. 19.

PROSCHESMATISMVS seu paragoge, quę est vnius litteræ aut syllabæ in fine dictionis collocatio, vix Accētum retrahit, vt Αἰνείησι, pro Αἰνείαις, οὐρανόφι, pro οὐρανία, λόγοισι pro λόγοις, nisi cùm necessariò est dimittendus in antepenultimam ob additam syllabam, vt βημάτεσσι, à βήματα, pro βήμασι, Αἴαντες, Αἰάντεσσι; Aut cum omicron præcedit syllabam finalem, quæ per paragogen adiungitur, In his enim semper Accentus est in penultima, vt πόντος, ποντόφι, κοτυληδών, κοτυληδόνος, κοτυληδονόφι, sic ἐμέθεν pro ἐμοῦ. 20. *Paragoge.*

Error Antesignani. QVA in re lapsus est Antesignanus, qui in similibus tertiam à fine acuit, cui repugnat Lascaris, & correctiora Auctorum exemplaria, hanc quoque regulam sequuntur, ea omnia vocabula, quibus in fine adiicitur δὲ, quæ si à simplicium significatione non discedant, & nihil amplius quam simplicia significent, tonum habent in penultima, vt ἐνθάδε, ἐνθάδε, *hic* τοῖος, τοιόσδε *talis*. Mutatur autem in proschematismo Accentus, cùm superiores regulæ id requirunt, vt τιμὴ, τιμῆφι, στῆθος, στήθεσφι. Quod etiam fit in metaplasmo, qui est, quasi vnius declinationis in aliam traductio, vt τῇ ὑσμίνι tanquam si esset Quintæ, pro ὑσμίνῃ, τῇ ἀλκὶ pro ἀλκῇ, τοῖς ἔγκασι, pro τοῖς ἐγκάτοις, ab ἔγκατον, τοῖς πέταλσι, pro τοῖς πετάλοις à πέταλον, τοῖς προβάσι pro προβάτοις, à πρόβατον, sic τοῖς διλημμάτοις, pro τοῖς διλήμμασι. Quando autem in fine adiungitur iota indicandi gratia, vltima acuitur, vt ὁυτοσὶ, ὁδὶ, δευρὶ, νυνὶ, τουτονί: sic in oratione pro Corona τουτῳὶ pro τούτῳ, & apud Aristophanem ὁπὴ pro ὅπη.

21. SI nomen aut verbum in fine patiatur Apostrophum & Accentus acutus in vocalem, quæ abiicitur, natura sua cadat, idem acutus in præcedentem migrat, vt χαλέπ' ἄλγεα pro χαλεπὰ ἄλγεα. ἀλλὰ tamen & omnes Præpositiones suum Accentũ non retrahunt, sed amittunt, vt ἀλλ' οὕτως, μετ' αὐτὸν, κατ' αὐτὸν, ne si Accentus retrahatur, videatur Præpositio posita pro verbo, vt μέτ' pro μέτεστι. παρ tamen quando poeticè eliditur, ante cõsonantes suum Accentum non amittit, vt Iliad. η, vers. 190.

τὸ μὲν πὰρ πόδ' ἑὸν χαμάδις βάλε —

In nominibus autem & verbis dissyllabis dum penultima est natura sua longa & vltima breuis, nonnulli ante Apostrophum circumflexum collocant, vt πᾶ χεῖρ' ἔλεξε pro πᾶ χεῖρα ἔλεξε, malim tamen in similibus cum Henrico Stephano, ne acutus vllo modo mutetur in circumflexum, ita scribatur πᾶ χεῖρ' ἔλεξε, cui sententiæ fauent antiqui Poëtæ enim olim scripserunt, per Apocopen non dissimili modo δῶ vltima acuta, pro δῶμα: nõ δῶ circumflexa vltima. Cùm verò τὶς, τινὸς, quod non est interrogatiuum elidi, Accentum omnino prætermittendum cum aliquibus dignis exemplaribus censeo. hinc non probo eam scripturam apud Sophoclem in Oedipo:

πόσον τίν' ἤδη δῆθ' ὁ λαΐου χρόνου.

Hic enim scribendi modus τίς interrogatiuum confundit cum altero, & ideo ad euitandam confusionem Accentus debet prætermitti.

22. NOMINA composita vt plurimum accentum in priorem compositionis partem retrahunt, vt ἀγαθὸς, παναγαθὸς,

ἀδελφὸς, μητράδελφος: maximè verò cum hæ particulæ α, δι, δυς, ζα, aut Præpositiones aliquæ compositionem ingrediuntur, vt ἄλογος, εὔθυμος, δύσκολος, σύμμετρος.

VALDE tamen hac in re inconstantes sunt Græci, cum vbique accentum non retrahant, vt ἀγὴς, ὠναγής, διαγὴς: sic ἐπαγωγὸς, δημαγωγὸς, cùm tamen dicant ἀσωμάγωγος, ἀνάγωγος, sed modum artis excederem, & lõgior, quàm par sit, essem, si composita nomina, quæ excipiuntur, insererem, quæ vsus faciliùs subministrabit. Hîc verò obseruãdum est, interdum sex aut plures dictiones ad compositionem concurrere, nec ideo compositum pluribus Accẽtibus notandum, sed vnico contentum esse; quod interdum mirum est in quibusdam compositis, quæ plurima alia vocabula cõplectuntur, quale est illud Aristophanicum Lepidum in fine ἐκκλησιαζουσῶν: λοπαδοτεμαχοσελαχογαλεοκρανιολειψανοδριμυποτριμματοσιλφιοπαραομελιτοκατακεχυμενοκιχλεπικοσσυφοφαττοπεριστεραλεκτρυονοπτεκεφαλλιοκιγκλοπελειολαγῳοσιραιοβαφητραγανοπτερύγων. hoc verò è partibus duodetriginta conflatũ reperies. id est, *ollæ succidiæ cartilaginea, mustelli, caluariarum reliquiæ, vna cum intrito Laser melle interfuso, motacillæ, merulæ, columbæ, Gallorum tosta capitula, motacillarum, columbarum, leporum intinctu inspersa vna cum alis.* Hanc quidem facetam Aristophanis componendi rationem æmulati sunt interdum Lucilius & Plautus, sed infœliciter satis, dum Nugipolyloquides, Argentiextenebronides, Hippocampelephantocamelus & alia ridicula finxerunt. Apud Græcos autem mirum est quãtum lepôris habeant epigrammata ex similibus contexta, quale est illud Hegesandri veteris poëtæ in Sophistás, quod ab Henrico Stephano in Appendice Anthologiæ titulo in Grammaticos mutato, repositum est.

Ὀφρυανασπασίδαι ῥινεγκαταπηξιγένειοι
Σακκογενειοτρόφοι καὶ λοπαδαρπαγίδαι
Ἱματανωβολίπαλλοι νηλιποκαιβλεπέλαιοι
Νυκτιλαθραιοφάγοι νυκτιπαταιπλάγιοι
Μειρακιεξαπάται καὶ συλλαβοπευσιλαβηταί
Δοξοματαιόσοφοι ζητ' ἀρετησιάδαι

Quod Lucilliana imitatione Iosephus Scaliger in suis in Varronem coniectaneis tentauit exprimere hoc modo,

Silonicaperones, vibrissasperomenti,
Manticobarbicolæ, exterebropatinæ,
Planipedatquelucernitui, suffarcinamicti
Noctilatentiuori, noctidolostudij
Pullipremoplagij, sutelocaptiotricæ
Rumigeraucupidæ, Nugicanoricrepi.

QVAE in posteriori parte compositionis accipiunt no- 23.

Notio.

men, quod à præterito medio deriuatur, si actionem significēt, aut per eam resoluantur, Accentu in penultima acuto notantur, vt ὀλιγογόνος pro ὀλιγογογόνος, à γέγονα *paucos generans*, λυκοκτόνος. Si verò passionem significent, aut per eam resoluantur, Accentum in antepenultima acutum sortiuntur vt ὀλιγότροφος *qui pauco cibo & tenui est contentus*, κεφατομος *cui caput est amputatum.*

ALIAE regulæ generales quidem, sed magis singulis orationis partibus propriæ, commodiùs suis locis infrà tractabuntur.

Quomodo Latini à Græcis Accentuum suorum regulas generaliores deprompserint.

TANTA est affinitas inter eas præceptiones, quæ à Latinis de Accentibus traduntur, & superiores Græcorum regulas, quas iam attigimus, vt Latinos iisdem ferè vestigiis Græcos sequutos fuisse non obscurè deprehenderit Fabius. Quod vt facilius contempleris in breues gyros Latinorum de Accentibus præcepta redegi, quę poteris cum Græcorum Canonibus comparare.

Polysyllaba habent penultimã vel	longam vel	Positione, & illã acuunt, vt Camíllus. Natura, & tunc eam inflectunt, vt Românus, si tamẽ vltima longa est, circumflexus vertitur in acutum, vt Románo.
	breuem	Et tunc tertiam à fine acuunt, vt Horténsius, pópulus.
Disyllaba habẽt penultimã vel	longam	Natura, & eam circumflectunt, vt lex lêgis, lêge, mêta, Rôma: si verò accedat vltima longa, acuũt penultimam vt Rómæ, métas, léges.
	breuem	Et tunc penultimam acuunt, vt Déus, sálus.

Latini Æoles secuti. LATINI sunt Æoles sequuti, qui in polysyllabis aut dissyllabis in vltima Accentum non collocabant. Hinc Priscianus & alij antiqui Grammatici dixerunt, in polysyllabis & dissyllabis tenorem in vltima apud Latinos nunquam esse. *Aduerbia in è quare graui notentur.* bi. Nec refert quod iam hæc Aduerbia doctè, peritè, & alia graui notentur: nõ enim est tam Accẽtus, quod facile cernere in pronunciatione, quẽ nemo obseruat, quam quædã distinctionis nota, qua nomina ab Aduerbiis secernimus.

Monosyllaba vel sunt.	longa	Vel Positione, & acuuntur, vt mars. Aut natura, & circũflectuntur, vt ...
	breuia	Et acuuntur, vt sál.

LATINI verò antiqui Accentus non notabant, quemadmodum veteres Græci, quod & nos hoc tempore seruamus, nisi in quibusdam dictionibus.

Veteres Latini accentibus carebant.

QVOT MODIS APVD GRÆCOS
Accentus varietur, & eius locus mutetur.

1. Inflexione, vt ἄγχουσα, ἀγχούσης, ἀγχούσῃ.
2. Quantitate, vt ἶσος pro ἴσος.
3. Variatione terminationis, vt σκληροτὴς apud Eretrienses, σκληρότης apud reliquos. sic anagrammatismo sæpius Accentus mutatur, vt ex ἥρα fit ἀὴρ, vt scribit Eustath. in vers. 55. Iliad. α, ὅτι ἡ ἥρα ὁ ἀὴρ δηλοῦται φασι, καὶ ἐκ τοῦ ἀναγραμματισμοῦ, ἐξ ὧν γὰρ καὶ ἡ ἥρα γραμμάτων ἐκ τούτων καλεῖται καὶ ἀήρ. & paulopost, καὶ τὸ φλύαρος φλαῦρος παρʼ Ἀττικοῖς.
4. Dialecto, vt κάλος Æolicè primâ acuta, pro καλός communiter vltima acuta: sic Attici hæc mutant, μωρὸς, μῶρος, πηρὸς, πῆρος, τρόπαιον, τροπαῖον, ἕτοιμος, ἑτοῖμος, ἔρημος, ἐρῆμος, sic πόνηρος, μόχθηρος contra analogiam. *Atticismus.*
5. Metaplasmo, vt διχομήνῳ, διχόμηνι, μελικράτῳ, μελίκρατι.
6. Elisione per Apostrophum, vt ἐλεεινʼ ὑποβλέπων, pro ἐλεεινὰ ὑποβλέπων.
7. Variatione significationis, vt μόνη *sola* penultima acuta, μονὴ *mansio* vltima acuta σκαφὴ *effossio*, σκάφη *scapha*.

Accẽtus & eius locus variantur.

8. Compositione, vt χάρις, εὔχαρις.
9. Syncope, vt εἷμα pro εἵμημα, θύγατρα, pro θυγατέρα, ἀνῆμεν pro ἀνήκαμεν.
10. Diæresi, vt νηΰς pro νηῦς.
11. Hyperthesi, vt ὄκρυος, pro ὀκρυος.
12. Anadiplosi, vt κέκλυθι pro κλῦθι.
13. Proschesmatismo, vt πόντος, ποντόφι.
14. Systole, vt νέας pro νῆας, εἴδομεν pro εἰδῶμεν.
15. ἐκθλίψι, vt pro ἑταῖρος, ἕταρος.
16. Prothesi, vt ἔηκεν pro ἧκεν.
17. Orthographia diuersa, vt εὐμάθεια, εὐμαθία. τελωνεῖον, τελώνιον, ἑρμήνεια, ἑρμηνία maximè verò variantur ea, quæ ab ἦθος, κέρδος & à παθεῖν & μαθεῖν deducũtur, vt φιλοκέρδεια & φιλοκερδία, ἀήθεια, & ἀηθία, εὐπάθεια & εὐπαθία.
18. Aphæresi, vt βῆ pro ἔβη.
19. Adiũctione dictionis encliticę, vt ἀδελφός τε.
20. Anastrophe, vt λόγων πέρι pro περὶ λόγων.

Quot

Quot sint dictiones, quæ carent Accentu.

Dvo articuli præpositiui accentu carent, ὁ & ἡ. Aduerbia οὐ & οὐκ sequente vocali tenui spiritu notata, & οὐχ in consequutione orationis sequente aspirata vocali.

Præpositiones hæ ab ε inceptæ εἰς, ἐς, ἐν, ἐκ, ἐξ, Coniunctiones εἰ & ὡς.

Ποι Aduerbium cùm significat *aliquò* & non est interrogatiuum sine accentu ponitur.

Notio. Qvando οὐ periodum claudit Accentu acuto notatur hoc modo οὔ: sic cùm ἐξ aut in fine versus apud poëtas, aut in fine periodi apud oratores collocatur, Accentum acutum admittit, sic Theoc. Eidyl. 27. vbi periodus iam terminatur.

δύστεβέων παίδεσσι τὰ λώια, δυσσεβέων δ' οὔ. & Eidyl. 26.

——— *ἐπεὶ οὐ σέ γε φημὶ κακῶν ἔξ ἔμμεναι.*

Et alibi:

——— *ἀμφοτέρων ἔξ*
τείχων ἄνδρες ἔβαινον

De Litteris.

Litterarvm, aut diphthongorum characteres nullo accentu notantur, nisi in aliquam orationis partem, ad quampiam affectionem significandam transferantur. ἆ ἆ ἆ est Aduerbium hominis ridentis apud Eustathium, sic αἴ αἴ *vox hominis dolentis.* Apud Aristophanem autem in Pluto ὖ ὖ est imitatio hominis auidè nidorem haurientis, dum inquit,

ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ

In quem locum Scholiastes hæc annotat *διὰ τῶ ψιλοῦ τούτων ὖ δείκνυσιν, ὅτι χοιρείων κρεῶν ὀσμῆς ᾔσθετο, ἀλλὰ ὖ ὖ τὸ ῥῆμα θαυμαστικὸν ἢ ὁ φραινόμενος τοῦτο φησί:* significat per illa ypsila sycophantam carnes suillas olfactu percepisse. Cæterum ὖ ὖ est quoque aduerbium admirantis, vel v... olfacientis.

De Nomine.

Accẽtuum difficultas. Tota Accentuum difficultas in rectis nominum consistit, quæ tanta est vt vix præceptis comprehendi possit: siue enim ad formationem, siue ad analogiam & similitudinem, siue ad deriuationem te conuertas, vix vllam certam viam reperies, qua artem perfectam formare possis. Hinc qui de Accentibus præcepta aliqua tradiderunt, aut nihil de rectis nominum dixerunt, aut breuiter & cursim aliqua eaque leuia percurrerunt. Etenim si ad vocum & terminationis similitudinem accurras, quæ in hac arte elaboratam

op...

optima est dux & magistra, te in eas angustias & mæandros cõiectum videbis, è quibus vix teipsum Dædalo etiam duce expedire possis, οὐρανός quippe & πεδιόν vltimam acuũt, cùm tamen κούρανος & στάδιον antepenultimam acuant. Quę porrò maior varietas cerni potest, quàm in his tribus αἰγιαλὸς, αἰμύλος, αἴσυλος licet eadem analogia terminentur. Ne tamen hac in re labori pepercisse videamur, regulas, quæ rariùs fallant tibi proposuimus, in quibus interdum vsi sumus exemplis, quæ non passim in Dictionariis occurrunt, qualia sunt quædam propria, à probatissimis tamen & veteribus auctoribus vsurpata, quæ quia interdum magis ad nostrum institutum faciebant quàm alia, ea lubentiùs nostris præceptionibus inseruimus. Nec verò mireris si aliquando ab Accentibus, quos in vulgaribus, & tritis Lexicis deprehendes, dedita opera discedamus; Illa enim non in vno tantum loco, sed in plerisque, mendis scatere obseruauimus. *Lexicorum errata in Accentibus.*

DE ACCENTV SIMPLICIVM DECLINATIONVM.

De Recto nominum primæ declinationis : & primum de penultima acuta.

Acuũt vt plurimũ penultimam terminata in

- **ας** — Dum modo non sint Dorica, vt Αἰνείας, Ἑρμείας, ὑμναγόρας, ἀκανθίας, Ἐπαμινώνδας.
- **ης** —
  - Nomina in ης, vel simplicia, vt χρύσης, Ἀγχίσης, vel aliunde deducta, vt à πέδη fit πεδήτης, ab ἀβρότονον, ἀβροτονίτης. sic dissyllaba verbalia, siue à barytonis, siue à contractis oriantur, vt ῥήτης, κλήτης, κράτης, ψάλτης.
  - Excipe κριτὴς quod vltimam acuit, etiam in compositione, si coniungatur cum aliqua Præpositione, vt ὑποκριτής: si verò cum nomine copuletur retrahit in penultimã, vt δικαιοκρίτης. *Exceptio.*
  - Acuunt quoque penultimam verbalia deriuata à tertia Coniugatione Contractorum, si in penultima omicron retineatur, vt ἀρότης.
  - Acuuntur quoque in penultima, quæ in της desinunt supra duas syllabas, si habeant τ purum & penultimam sortiantur breuem, vt ἐργάτης : excipe εὐεργετὴς. *Exceptio.*

Acuunt

Atticismus.

Acuũt vt plurimũ penultimam terminata in ης | Acuunt etiam penultimam finita in της, quę in penultima aliquam immutabilium, λ, μ, ν, ρ admittunt, vt ὑφάντης, καθάρτης, quæ tamen Attici in vltima acuunt, vt καθαρτὴς. Denique omnia ferè acuunt penultimam quæ iota in eadem penultima habent, vt μεσίτης, ὀξίνης, ὁπλίτης.

De vltima acuta.

Exceptio.

Vltimã ferè semper acuunt terminata in ης | Verbalia polysyllaba, quæ proficiscuntur à verbis Cõtractis, maximè verò à prima, vt ἀγερσιστὴς, ἀκεσθὴς, ab ἀγερέω & ἀκέομαι, sic alia verbalia polysyllaba, quæ penultimã obtinẽt longam, vt βραβευτὴς, & similia, vt μαχητὴς, quorũ normam sequuntur ea, in quibus reperitur ω, in penultima, vt χρυσωτὴς, excipe aliqua ἡλικιώτης, στρατιώτης, ἰδιώτης, πατριώτης, δεσμώτης.

De vltima Circumflexa.

Vltimã circũflectũt terminata in
- ας | Dorica in ας, vt Φωκᾶς, κοσμᾶς, κηφᾶς.
- ης | Dorica in ης, facta à nominibus in ας, θαλέας, θαλῆς, Ἀπελλέας, ἀπελλῆς, quod tamen non fit in omnibus: neque enim recte dic[e]res Ἀνδρέας, ἀνδρῆς.

DE OBLIQVIS PRIMÆ DECLINATIONIS.

De singulari.

GIGNENDI & Dandi casus si Accentus in recto fuerit in penultima acutus, penultimam quoque acuunt, vt Παυσανίας, Παυσανίου, Ἀγχίσης, Ἀγχίσου, Ἀγχίσῃ, sic Παυσανίᾳ in Dandi casu. Si verò in recto sit acutus in vltima, Gignẽdi & Dandi casus circumflectuntur, vt ἀγοραστὴς, ἀγοραστοῦ, ἀγοραστῇ. Dorici verò circumflexum vbique retinent, vt Θωμᾶ, ταμίᾳ, ταμιᾶ.

Genitiuus Ionicus.

GIGNENDI verò casus Ionicus qui terminatur in εω, & sæpe occurrit apud poëtas, si nominatiuus sit Barytonus antepenultimam acuit, vt Αἰνείας, Αἰνείεω: γύγης, γύγεω: Si vero nominatiuus sit oxytonus, vel perispomenus, Genitiuus Ionicus est paroxytonus, vt à ποιητὴς, fit ποιητέω pro ποιητοῦ. βορέω autem apud Hesiodum in Theogonia ponitur per syncopẽ pro βορέεω à Ionico Nominatiuo βορέης pro βορ[ᾶς].

Genitiuus Æolicus & Bœoticus.

Æolicus autem & Bœoticus Genitiuus sequitur normam Ionici: antepenultimam enim acuit si proficiscatur a recto paroxytono, vt ab Αἰνείας fit Æolicus genitiuus Αἰνείαο, [...]

nultimam verò acuit, si fluat à Nominatiuo oxytono, vel perispomeno, vt à ποιητὴς fit ποιητάο.

Accusatiuus singularis.

Accvsandi casus Nominatiuum sequitur, vt Αἰνείας, Αἰνείαν, ληστὴς, ληστὴν, Ionicus verò Accusatiuus qui exit in εα regulam Genitiui Ionici sequitur, nam si in nominatiuo acutus sit in penultima, accusatiuus tertiam à fine acuit, vt Αἰνείας, Αἰνέεα, si autem sit in nominatiuo acutus in vltima, accusatiuus secundam à fine acuit, vt ἀκεσθὴς, ἀκεσθέα.

Accusatiuus Ionicus.

Vocatiuus singularis.

Vocandi casus Nominatiui acutum retinet, præterquam in iis, quorum rectus exit in της, quæ cùm in vocandi casu α breue sortiantur, si cõtingat penultimam esse natura longam Circumflexum recipit, cùm in nominatiuo acutum admittat, vt προφήτης ὦ προφῆτα quorum naturam imitantur poëtica in πης, vt ὁ κυνώπης ὦ κυνῶπα, reliqua. verò in της quæ penultimam natura longam nõ habent, Accentum Nominatiui sequuntur, vt τοξότης, τοξότα, prçterquã hæc, quę antepenultimam acuunt δέσποτα, μηλίστα, ἀνάκητα, εὐρύοπα.

Exceptio.

De duali.

Duales nominatiui non patiũtur Circumflexum.

Licet vltima Nominatiui, Accusatiui, & vocatiui dualis sit semper longa, nunquã tamen circumflexum admittit, quod etiam locum habet in aliis declinationibus, sed nominatiuum singularem sequitur, vt ab ὁ μαθητὴς in duali τὼ καὶ ὦ μαθητὰ non μαθητᾶ vltimâ circumflexa. Si verò in nominatiuo singulari sit acutus, in penultima, erit quoque acutus in eadem sede in nominatiuo & accusatiuo duali, vt ὁ Αἰνείας dualis τὼ καὶ ὦ Αἰνεία. Genitiuus verò & datiuus dualis sequuntur Genitiuum singularem, vt τοῦ Αἰνείου in duali τοῖν Αἰνείαιν τοῦ μαθητοῦ τοῖν μαθηταῖν.

De plurali.

Nominativvs & vocatiuus pluralis sequuntur tonum nominatiui singularis, vt ὁ μαθητὴς οἱ καὶ ὦ μαθηταί. Si verò penultima sit natura longa & nominatiuus singularis sit paroxytonus, in plurali penultima circumflectitur: quia vltima diphthongus, ratione Accentus censetur tanquam breuis, vt ὁ πεδήτης in plurali οἱ καὶ ὦ πεδῆται, ὁ Αἰνείας, οἱ καὶ ὦ Αἰνεῖαι.

Genitiuus pluralis.

Genitivvs pluralis in quibusuis nominibus vltimã circumflectit, Αἰνειῶν, χρυσῶν, μαθητῶν, exceptis his tribus quæ more Æolico cõtra aliorum Canonẽ penultimam acuunt, ὁ χλούνης τῶν χλούνων, ὁ χρήστης τῶν χρήστων, & οἱ ἐτησίαι τῶν ἐτησίων, hinc etiã excipe omnes Æolicos Genitiuos in αων, vt Αἰνειάων & Ionicos, qui eandem rationem seruant, quam Genitiui singulares Ionici, vt Αἰνειέων qua in re imitantur Atticos.

Genitiui Æolici, & Ionici.

Datiuus plur.

Dativvs pluralis datiui singularis accentum retinet,

τῷ

τῷ Αἰνείᾳ, τοῖς Αἰνείαις, τῷ μαθητῇ, τοῖς μαθηταῖς. Accusatiuus pluralis Accusatiuum quoque singularem sequitur, communis quidem communem, τὸν Αἰνείαν, τοὺς Αἰνείας Ionicus autem Ionicum, vt τὸν Αἰνείεα, τοὺς Αἰνείεας.

DE RECTO NOMINVM SECVNDÆ DECLINATIONIS simplicium.

De fœmininis adiectiuorum.

Canon. 1.

ADIECTIVA, quæ à nominibus tertiæ declinationis simplicium deducũtur semper vltimam producunt, & ideo penultimam aut vltimam acuunt: tanta est enim vltima similium fœmininorum, quanta est vltima genitiui singularis masculini, cùm autem in tertia declinatione illa perpetuò protrahatur, vtpotè, quæ in ου, terminatur, longa quoque erit vltima fœminini à nominibus tertiæ declinationis detorti. Quapropter si in recto masculini fuerit Accentus acutus in antepenultima, migrabit in penultimam in fœminino, vt δαιμόνιος, δαιμονίου, δαιμονία, δαιμόνιον: ὄλβιος, ὀλβίου, ὀλβία, ὄλβιον: σοφώτερος, σοφωτέρου, σοφωτέρα, σοφώτερον: excipe πότνιος, ποτνίου, πότνια, πότνιον: & πέπειρος, πέπειρα, πέπειρον, quæ vt dixi in quantitate contra aliorum institutum, vltimam corripiunt. Si verò in recto masculinorum Accentus Circumflexus in penultima, vertetur in acutum in fœminino, vt γυναικεῖος, γυναικείου, γυναικεία, γυναικεῖον: excipe δῖα à δῖος quod vltimam contra aliorum morem corripit. Dum autem in recto masculinorum est tonus acutus in penultima vel vltima, idem quoque acutus in fœminino seruabitur, vt δεινὸς, δεινὴ, δεινόν.

Notio.

Hîc aduertendum est interdum occurrere substantiua, quæ si terminationis ratio habeatur videntur adiectiua, vt ἐχθρὸς, ἐχθρὰ *inimicus, inimica.* ἔχθρα *inimicitia.* Nonnulla etiam alia tyrones turbare possunt quæ sunt tamen merè substantiua, vt δαναὸς, δανάη, ποῖθος, ποθὴ, χόλος, χολὴ, βίοτος, βιοτή.

Fœminina deducta à nominib. quintæ declinationis.

EADEM quoque ratio in fœmininis deductis à nominibus quintę declinationis seruatur, vt μέλας, μέλανος, τάλας, τάλανος, fœminina ἡ μέλαινα, τάλαινα; eandemque viam sequũtur, quædam substantiua à masculinis deducta,

Substantiua à masculinis deducta.

θεράπων, θεράπαινα, λάκων, λάκαινα, λέων, λέαινα. In εις verò masculina

Masculina in εις quorũ fœminina sunt in εσσα.

habent fœmininum in εσσα & antepenultimam acuunt, vt ὁ χαρίεις, χαρίεντος, ἡ χαρίεσσα. εἷς autem propter vltimam longam circumflexum mutat in acutum, εἷς μία.

εἷς.

Nomina autem gentilia, vel quæ illa imitantur, quorum fœminina

Nomina gẽtilia.

in σσα vel σα terminantur si dissyllaba sint, in fœminino

secundam à fine circumflectunt, vt θρᾷξ, θρᾷσσα, κρῆς, κρῆσσα, sic πᾶς, πᾶσα: si verò sint trisyllaba tertiam à fine acuunt, vt κίλιξ, κίλισσα, λίβυς, λίβυσσα, sic βασιλεὺς, βασίλισσα, ἄναξ, ἄνασσα. Quæ verò deducuntur à masculinis in ης præcipit Theodorus in εια proparoxytona esse, εὐγενὴς, εὐγένεια, ἀσθενὴς, ἀσθένεια. Iones autem talia per iota efferunt, ἀσθενία, εὐγενία. Denique fœminina in εια, quæ deriuantur à masculinis in υς declinatis per εος, si in masculino Accẽtus sit in vltima acutus, in fœminino erit circumflexus in penultima, ὀξὺς, ὀξέος, ὀξεῖα, ὀξὺ, παχὺς, παχέος, παχεῖα, παχὺ: excipe ἐλαχὺς, ἐλάχεια, λιγὺς, λίγεια quæ in veteribus & correctis codicibus antepenultimam acuunt. Si autem in masculino acutus occupet vel tertiam vel secundam à fine, vel si penultima circumflectatur, tunc fœminina antepenultimam acuunt, vt ἥμισυς, ἡμίσεια, θῆλυς, θήλεια.

Fœminina in εια à masculinis in ης.

Fœminina in εια à masculinis in υς declinatis per εος.

Exceptio.

De fœmininis quibus more poëtico inseritur αια.

Qvae per paragogen more poëtico in fine αια suscipiunt, si à primitiuo dissyllabo, quod vltimam acuat, deriuentur, facta iam adiectione penultimam acuunt, vt ab αὐλὴ fit αὐλαία: si verò fluant à dissyllabo penacuto, facta paragoge tertiam à fine acuunt, vt φώκη, φώκαια: Si verò primitiuum duas superet syllabas tonus, vt plurimum, erit in penultima acutus, vt σελήνη, σεληναία non circumflexus, cùm illud α finale sit longum.

Canon. 2.

DE ACCENTV RECTI NOMINVM TERMINATORVM IN α.

De antepenultima acuta.

Antepenultimā ferè semper acuunt terminata in

- α: Desinentia in α non purum, & precedente consonante, vt ἄγκυρα, τράπεζα, μέλισσα.
- θα: Multa polysyllaba in θα, vt κίσσαθα, ἄκανθα.
- ρα: Polysyllaba in ρα, dum modo non sint fœminina adiectiuorum, vt ἄγκυρα, ὄλυρα, ὁμήτειρα: si verò sint substantiua, in quibus α præcedat ρ, penultimam acuunt, vt ἑχύρα, πάγρα, κιθάρα.
- ια: Nomina mulierum officia significantia, vt ποιήτρια, συμπότρια.
- εια: Polysyllaba in εια, quæ à verbis in εύω nõ deducuntur, vt συνάγκεια, σεβάστεια: sic antepenultimam acuũt deriuata à nominibus in ης, vt ab ἀληθὴς, ἀλήθεια. veteres autem Attici nomina tàm in εια, tum in εια pro-

ducebant, & acuto in penultima notabāt, vt Ἀναιδεία, προνοία; sed mos ille exoleuit, neque enim locum habet in omnibus.

Antepenultimā ferè semper acuunt terminata in

οια Pleraque, vt ἄγνοια, εὔνοια.

ουσα Participia omnia præsentis temporis in ουσα, vt τύπτουσα: & alia nomina polysyllaba substantiua, vt ἄγχουσα, μέδουσα.

Exceptio. **υια** Polysyllaba, vt ἅρπυια, αἴθυια, his exceptis oxytonis ὀργυιὰ, μητρυιὰ, ἀγυιά.

De penultima acuta.

Penultimam sæpius acuunt terminata in

δα Dissyllaba maximè, vt λήδα.

εα Vt ἰτέα, αἰγανέα.

θα Dissyllaba, vt μόρθα.

ια Polysyllaba etiam, vt ἀνδραγαθία, & ea quę à participiis fiunt, vt ἐξουσία, sic quæ à verbis in ευω manant, vt προεδρεύω, προεδρία, συμβουλεύω, συμβουλία, παρθενεύω, παρθενία, ἀσωτεύω, ἀσωτία, ἡγεμονεύω, ἡγεμονία.

ρα Dissyllaba, quæ monophthongum ante ρ vt η vel ω vel υ sortiuntur, θύρα, χώρα, λύρα:

Exceptio. excipe φθορὰ & πυρὰ, quæ vltimam acuunt. Multa etiam alia dissyllaba, quorū reg[illegible] certa non est, penultimam acuunt, vt [illegible] ἄγρα, quæ in compositione Accentum non retrahit ποδάγρα.

οα Dissyllaba, vt πόα, χρόα, & alia.

αια Polysyllaba, vt ἐλαία, ἀγλαία.

εια Quæ à verbis in ευω deducuntur, vt δουλεύω, δουλεία, πρεσβεύω, πρεσβεία, βασιλεύω, βασιλεία, sic dissyllaba in εια, quæ substantiam non significant, vt μνεία, χρεία.

υα Sæpius, vt καρύα.

σσα Dissyllaba, dum modò non sit penultima natura longa, vt λύσσα.

De vltima acuta.

Vltimā ferè acuunt terminata in

ια Nomina appellatiua, quæ cōgregatio[illegible] significant, vel tanquam loca aliquid con[illegible] tinent, & vulgò appellantur conten[illegible] vt καλιά, παιδιά, vna cum [illegible] quod c[illegible] ruptè in quibusdam Lexicis pen[illegible]

ρα Dissyllaba pleraque si non precedat vel [illegible] vel η, vel υ, vt χαρά, δορά, & aliqua pen[illegible] laba, dum præcedit ω, vt ὀπωρά.

Vltimã ferè acuunt terminata in	εια	Dissyllaba, quæ substantiam significant, vt χειά, ζειά, φειά.
	οια	Dissyllaba, vt ποιά, ῥοιά malum Punicum, ῥοία enim paroxytonum significat volutabrum equorum.

De penultima circumflexa.

Penultimam sępius circumflectũt terminata in	ειρα	Dissyllaba, si habent in penultima diphthongum, vt μοῖρα, σφαῖρα, aliquibus tamẽ exceptis, vt φαίδρα, σαύρα, αὖρα, λαύρα, quorum aliqua corruptè in Lexicis circumflectuntur.
	ουσα	Dissyllaba, quorum penultima est natura longa, vt ᾆσα, μοῦσα.
	αισα	
	τα	Aliqua, quorum penultima est diphthongus, vt οὖντα.
	αια	Dissyllaba, vt μαῖα, γαῖα.
	υια	Participia omnia præteriti perfecti, vt τετυφυῖα: & alia nomina dissyllaba, vt μυῖα.

Exceptio.

De vltima circumflexa.

Vltimã circumflectunt,	ᾶ	Quæ per crasim & contractionem à nominibus in αα deducuntur, vt Ἀθηνᾶ, Ναυσικᾶ, μνᾶ, ab Ἀθηνάα, Ναυσικάα, μνάα.

De nominibus desinentibus in η.

OMNIA nomina Ionica, quæ formantur à nominibus in α, quorum vltima est longa, verso α in η, eundem Accentum retinent, quem terminatio in α sortiebatur, vt ab ἡμέρα fit ἡμέρη. Hic porrò notandum est fœminina Ionica in η aliquando adiectionem ια suscipere, vt Πηνελόπη, Πηνελόπεια, ἐρήμη, ἐρημεια. *Canon. I. Ionismus.*

QVAE habent, ε, in penultima, & quæ deriuantur à verbis, quorum penultima in præsenti est ε, vltimam acuũt, vt à τρέπω, τέτροπα, τροπή, à γείρω, ἤγορα, ἀγορή, sic ἐπαγωγή, & fere omnia quæ à præterito medio deducuntur, vt φεύγω, πέφευγα, φυγή. quando autẽ poëtice in similibus paragoge, id est, adiectio syllabæ φι inseritur, penultima circumflectitur, vt τροπῆφι, ἀγορῆφι, φυγῆφι. In reliquis vero, in quibus Accentus est in penultima paragoge, non mutat Accentum, vt βίη, βίηφι, idem etiam dicendum est de nominibus in α terminatis, vt ἐσχατιά, ἐσχατιάφι: si verò esset circumflexus in penultima, vertitur in acutum paragoge iam facta, vt μοῖρα, μοίρηφι: in his autem, quæ antepenultimam acuunt, Accentus propter paragogen descendit, vt ἄκανθα, ἀκάνθαφι. *Canon. 2. Paragoge syllaba φι.*

QVAE terminantur in η præcedente consonante ad- *Canon de η ...*

minatis in η præcedente consonante. modum ſunt incerta, alia enim tam diſſyllaba, quàm polyſyllaba nunc acuuntur in fine, vt πληγὴ, ἀρετὴ; alia verò penultimam acuunt, vt Ῥώμη, πύγη, ἀγάπη, ἀγαπήτη, μελέτη, ſequentes tamen obſeruationes iuuabunt.

De penultima acuta.

Penultimã ferè ſemper acuũt terminata in	δη	Diſſyllaba, quæ in penultima non habent diphthongum, vt σίδη.
	εη	Ionica quædam, vt παρδαλέη, quæ poſteà circumflectuntur παρδαλῆ.
	ιη	Omnia ferè, vt ἐρεσχίη.
	κη	Polyſyllaba, vt φοινίκη, μυρίκη: paucis exceptis, vt ἀΐκὴ.
	λη	Dum modò in penultima non ſit diphthongus, vt κεκρύφαλη, *reticulum quo coma contegitur.*
	μη	Quando inſeritur aliqua vocalis ante μ, vt φήμη, βρίμη: exceptis paucis, vt τιμὴ.
	νη	Cum inſeritur aliqua vocalis ante ν, vt μελίνη, aut cùm ante ν, ponitur ρ, ſi ſint diſſyllaba: excipe φρενὴ.
	ονη	Si ſubſtantiam ſignificent, vt βελόνη, περόνη.
	υνη	Subſtantiua, & præcipuè actionem ſignificantia, vt παλαισμοσύνη, βοσκοσύνη, ſic alia in υνη, vt ἀβροσύνη.
	ωνη	Vt μεθώνη, & omnia ferè, quę in penultima habent ω exceptis paucis, vt ἀγωγὴ, ἰδωδὴ, ῥωὴ, ζωὴ, θωὴ, φωνὴ, quæ à verbis ῥῶ, ζῶ, θῶ, φῶ deducuntur, vnà cum ἰωκὴ, ἀκωκὴ.
	οη	Si præcedat aſpirata conſonans, vna cum altera, vt χνόη, φθόη, χλόη, & alia maximè diſſyllaba.
	τη	Quæ habent monophthongũ in penultima, vt ἀφροδίτη: exceptis paucis, vt ἀρετὴ.
	υη	Diſſyllaba in υη, vt λύη, φύη.

De vltima acuta.

Vltimã ferè ſemper acuunt terminata in	δη	Diſſyllaba, quorum penultima eſt diphthongus, vt σπουδὴ, αὐδή.
	λη	Diſſyllaba, vbi eſt in penultima diphthongus, vt αὐλὴ.
	μη	Quæ ante μ habent aliquam conſonantem, vt γραμμὴ, ἀκμὴ, ὀσμὴ.
	ονη	Quæ rem nõ ſubſtantẽ ſignificant, vt ἡδονὴ, κηδεμονὴ.
	οη	Quæ deriuantur à verbis in εω, vt πνοὴ à πνέω, χοὴ à χέω.
	φη	Præcedente υ, vt κορυφὴ, γλυφὴ.

De

De vltima Circumflexa.

Vltimā circumflectunt ἢ { Nomina pellium, aut quæ propriè sunt Ionica & patiuntur contractionem, vt παρδαλέη, παρδαλῆ: sic nomina arborum Ionica, ἀμυγδαλέα, ἀμυγδαλῆ, & alia quædam, quæ morem Ionicum imitantur, vt γαλέα, γαλῆ, νέα, νῆ.

DE ACCENTV OBLIQVORVM.

De singulari.

SI in nominandi casu sit acutus in antepenultima, in Genitiuo & Datiuo erit in penultima, propter vltimam lōgam, vt ἐνέργεια, ἐνεργείας, ἐνεργείᾳ. Si verò sit acutus in penultima, remanebit Accentus in eadem sede, vt ἀφροσύνη, ἀφροσύνης, ἀφροσύνῃ; σοφία, σοφίας, σοφίᾳ: excipitur ἡ μία τῆς μιᾶς, τῇ μιᾷ. Si autem sit circumflexus in penultima, vertetur in acutum, vt μοῦσα, τῆς μούσης, τῇ μούσῃ, σφαῖρα, σφαίρας, σφαίρᾳ. Denique si sit acutus in vltima, vertetur in circumflexum, vt τιμὴ, τιμῆς, τιμῇ, si verò sit circumflexus, seruabitur in reliquis casibus, vt ἀθλωᾶ, ἀθλωᾶς, ἀθλωᾷ. Accusatiuus & vocatiuus Accentū nominatiui sequuntur, vt τὴν τράπεζαν, τὴν τιμὴν, τὴν ἐνέργειαν: Vocatiuus ὦ τράπεζα, ὦ τιμὴ, ὦ ἐνέργεια. *Exceptio.*

De duali.

SI Accentus fuerit in antepenultima in nominatiuo singulari, erit in nominatiuo vocatiuo & accusatiuo duali in penultima, quia cùm α in duali sit semper longum, in penultimam Accentum trahit, vt ἡ τράπεζα, in duali τὰ καὶ ὦ τραπέζα, τὰ καὶ ὦ ἐνεργεία: Hinc si fuerit in nominandi casu singulari circumflexus in penultima, in duali vertetur in acutum, vt ἡ μοῦσα: dualis nominatiuus accusatiuus & vocatiuus τὰ καὶ ὦ μούσα. Si verò in nominatiuo singulari fuerit acutus aut in penultima, aut in vltima, eundem retinebit in duali, vt ἡ σωφροσύνη, ἡ καλὴ: in duali τὰ καὶ ὦ σωφροσύνα, καλά. Genitiuus & datiuus dualis genitiui & datiui singularis Accentum amplectuntur, vt τῆς τραπέζης, τῆς μούσης, τῆς τιμῆς, In genitiuo duali ταῖν τραπέζαιν, μούσαιν τιμαῖν.

De plurali.

NOMINATIVVS & vocatiuus pluralis tonum nominatiui & vocatiui singularis retinent, vt ἡ τράπεζα, ἡ μοῦσα, ἡ τιμὴ: nominatiuus & vocatiuus pluralis αἱ καὶ ὦ τράπεζαι, μοῦσαι, τιμαί. Si tamen penultima nominatiui singularis esset acuta, & natura sua longa, in plurali penultima circumflectetur, quia diphthongus αι censetur tanquam breuis, vt ἡ *Exceptio.*

φήμη, ἡ ὀλκαία nominatiuus & vocatiuus pluralis αἱ καὶ ὦ φῆμαι ὀλκαῖαι. Fœminina autem ab adiectiuis tertiæ declinationis deducta Accentum suorum masculinorũ sequuntur; & talis est Accẽtus in nominatiuo plurali fœminino, qualis est in plurali masculino, vt ὄλβιος, ὀλβία, ὄλβιον in plurali ὄλβιοι & in fœminino ὄλβιαι in antepenultima non ὀλβίαι vltima acuta, licet deriuetur ab ὀλβία.

Genitiuus pluralis. GENITIVVS pluralis omnium substantiuorum in vltima circumflectitur, vt ἡ τράπεζα τῶ τραπεζῶν, ἡ μοῦσα τῶ μουσῶν, *Exceptio.* excipitur vnicum substantiuum, quod penultimam acuit, ἡ ἀφύη τῶ ἀφύων. Genitiuus autem fœmininorum adiectiuorum, à nominibus tertiæ declinationis descendentium eodem Accentu notatur, quo genitiuus pluralis masculinus, vt ὄλβιοι τῶ ὀλβίων, sic αἱ ὄλβιαι τῶ ὀλβίων; reperitur tamen apud Pindarum ποινᾶν pro ποινῶν, sed hoc fit Doricè. *Exceptio.* Excipitur verò τῶν πορνῶν à πόρνη quod à πόρνος deriuatur, nisi malis dicere non esse adiectiuum. Reliqua verò fœminina ab adiectiuis, iisque imparibus, nominibus vel participiis facta, vltimam Genitiui pluralis inflectunt, vt ὁ βαρὺς ἡ βαρεῖα, τῶ βαρειῶν, ὁ μέλας, ἡ μέλαινα τῶ μελαινῶν, ὁ τύπτων ἡ τύπτουσα τῶ τυπτουσῶν.

Datiuus pluralis. DATIVVS pluralis datiui singularis Accentum retinet vt ἡ μοῦσα τῇ μούσῃ, in plurali ταῖς μούσαις: τῇ τιμῇ, ταῖς τιμαῖς.

Accusatiuus pluralis. ACCVSATIVVS pluralis communiter vltimam semper habet longam, & ideo necessario tonus est, vel in penultima, vel in vltima acutus, vt τὰς μούσας, τὰς τραπέζας, τὰς τιμάς. Dores tamen, tam in nominibus primæ, quàm secundæ simplicium vltimam syllabam ας corripiunt, & ideo secunda declinatione si penultima sit natura longa, eam circumflectunt, vt ἡ κελώνη ἡ φήμη, τὰς κελῶνας τὰς φῆμας in accusatiuo plurali Doricè.

DE TERTIA DECLINATIONE SIMPLICIVM NOMINVM.

De Recto.

Canon. 1. NOMINA appellatiua dissyllaba ferè omnia penultimam acuunt, vt λόγος: Adiectiua verò vt plurimum dissyllaba vltimam acuunt, vt χρηστός. Omnia autem interrogatiua dissyllaba penultimam vel acuunt, vel circumflectunt vt ποῖος, πόσος, si verò ab interrogationis vi & significatione recedant, vltimam acuunt, vt ποιός, ποσός.

De Nominibus deriuatis & compositis.

Canon. 2. DERIVATA à præteritis passiuis circumflexis, vltimam acuunt, vt ἀγαπητός, ab ἠγάπημαι, ... ἀγαπητός ab ἀγα...

Composita verò & deriuata à verbis Passiuis quintę coniugationis antepenultimam acuunt, vt ἄφαντος, ἄσπαρτος. Composita autem à verbis χέω, βάλλω, πλέω, cum Præpositione quidem acuunt antepenultimam, vt πρόχοος, ἀμφίβολος, πρόπολος: cum alia verò parte orationis acuunt penultimam, vt οἰνοχόος, ἐκηβόλος, ὀνειροπόλος. Composita ab ἔχω, si habent in penultima diphthōgum, ου, eam circumflectunt, vt ὀφιοῦχος: si verò in penultima habeant tantum simplex ο omicron, antepenultimam acuunt, vt αἰγίοχος. Composita autem ab ἔργομαι, vltimam acuunt, vt δημιουργός: legitur tamen πανοῦργος, μηχανοῦργος, κακοῦργος.

De Antepenultima acuta.

Acuunt ferè semper antepenultimā terminata in

ατος	Quæ, à nominibus descendunt, vt à τρίτος fit τρίταιος.	
ιος	Vt λύδιος, ἀέριος, ἅγιος.	
ηλος	Quæ, in penultima habent η, dum modò sint propria, aut appellatiua, vt κάμηλος: quorum rationem communia imitantur, vt ὁ καὶ ἡ βέβηλος.	
αμος	Si sint tribracha, vt κάλαμος: aut habeant primam positione longam, vt ὄρχαμος, τύξαμος: aut si sint nomina propria, quæ antepenultimam natura producant, vt πύραμος: à priori tamen parte regulæ quædam excipiuntur, vt ποταμὸς, ἰταμὸς.	*Exceptio.*
εμος	Vt πόλεμος, ἄνεμος.	
ιμος	Adiectiua maximè, vt ὠφέλιμος.	
ινος	Cùm, ν, finale non concurrit cum aliqua consonante præcedente, vt ἀνθρώπινος, ξύλινος: aliqua tamen excipiuntur, vt ἐλγῖνος, ἐχῖνος, γελασῖνος, φιλῖνος, παλλακῖνος, ἀγαθῖνος, πραξῖνος, πυκινὸς, καρκῖνος, ἀληθινὸς.	*Exceptio.*
τερος	Adiectiua in ετερος, quæ assumunt τ, quo in primitiuo carebāt, vt ab ἀγρὸς fit ἀγρότερος, sic ἡμέτερος: si verò in primitiuo sit, τ, acuitur vltima, vt κρατερὸς à κράτος. Comparatiua autem antepenultimam acuunt, vt σωφότερος.	
σσος	Præcedente duplici σσ, vt νάρκισσος, excipe ἰλισσὸς nomen proprium.	*Exceptio.*
τος	Vt ἀμείλικτος, nisi fuerint simplicia, vel ante ε habent π, vt ἰαπετὸς: vel fuerint à verbis inflexis deriuata, vt ἐπαινετὸς.	*Exceptio.*

Acuunt ferè semper antepenultimam terminata in	τος	Superlatiua, vt κάλλιστος.
	αιος	Quæ in tertia à fine syllaba ιῶτα habent, & à fœmininis secũdę declinationis descendunt, vt à τιμὴ fit τίμαιος, sic βίαιος, acuũt quoque antepenultimam deducta à verbis, vt μάταιος, λύαιος.
	ειος	Possessiua, vt ἀνθρώπειος.

De penultima acuta.

Acuunt vt plurimum penultimã terminata in	τος	Quæ fiunt à tertia persona præteriti passiui, vt à λέλεκται, fit λεκτέος.
	ιος	Tribracha in propriis, vt Κλονίος: excipe Ἄλιος, Κόγνιος, Ἄνιος, Ξένιος, si tamẽ non sint propria acuuntur in antepenultima.
	κος	Si sint vnius tantum generis, & dibracha sint, vt κοίκος: κακος, enim est adiectiuum, & trium generum.
	λεος	Vt θαρσαλέος: excipe ea, quæ fiũt à nominibus in ειος: vt δαιδάλεος à δαίδαλος.
	ολος	Dissyllaba, quæ habent ο ante λ, vt στόλος: excipe θολός.
	ιλος, υλος	Vt ποικίλος, αἱμύλος: excipe ea quorum penultima est longa natura, vt πῖλος: multa tamen in υλος, quæ priorem producunt, antepenultimam acuunt, vt δάκτυλος, ἄσυλος.
	ος	Omnia fere dissyllaba appellatiua, vt λόγος, maximè si ab ο initium sumant, vt ὄκνος: aut si penultima habeant ορ, vt χόρτος: excipe φορμὸς, ὀρθὸς.
	οος	Dissyllaba, & pleraque polysyllaba, vt πλόος, νόος, ὀγδόος: paucis exceptis, vt θοὸς, cùm compositis πάνθοος.

De vltima acuta.

Acuunt sępius vltimã terminata in	ζος	Ab aduerbiis facta, vt περιζός.
	θος	Quæ habent innatum τὸ θέω, vt ἀγαθός, βοηθός.
	αλος	Vt ὁμαλός: quibusdam tamen exceptis, vt παύταλος, ἄτταλος.
	ακος	Adiectiua polysyllaba præcedente α, vt μαλακός, sic possessiua, & quæ illa imitantur, vt ἀττικὸς, ὀφθαλμικὸς, ἀγανακτικός.
	ηλος	Adiectiua, vt σιγηλὸς, μιμηλός.
	ωλος	Masculina, vt ἁμαρτωλὸς, πακτωλός.

Acuunt sępius vltimã terminata in

- **μος** Quæ ante μ, θ, sortiuntur, vt πορθμὸς: excipe κρῆθμος, vel κρῆθμον, de quo Lycophronis, & Homeri interpretes certant: alij enim volunt esse oxytonum, alij paroxytonum: putarim tamen melius circumflecti acuunt quoq; vltimã, quę ante μος habẽt, vel α, vel λ, vel σ, vt φωριαμὸς, αἰγιαλὸς, ὀφθαλμὸς, συλλογισμὸς: quæ pleraque alia in μος sequũtur, vt ἀγερμὸς, αἰνιγμὸς: quibusdam tamẽ exceptis, vt ὄλμος.
- **ανος** Propria, vt Ἰουλιανός, Κλαυδιανὸς.
- **νος** Adiectiua trium generum non composita, quæ consonantem aliam ante ν habent, vt πυκνὸς, πυκνὴ, πυκνὸν, quorum normã alia pleraque imitantur, vt ἀκμηνὸς; substantiua verò multa variè notantur, vt ὕμνος, αἶνος.
- **σσος** Dissyllaba pręcedẽte duplici σσ, vt κισσὸς, excipe Νέσσος proprium nomen.
- **εος** Quę à verbis in εύω manant, vt à σπερεύω, σπερεός.
- **ιος** Nomina auium, quæ tres excedunt syllabas, vt ἐρωδιὸς.
- **πος** Vt ἀλλοδαπός.
- **ρος** Dissyllaba fere omnia, vt ἀφρὸς, ἀγρός, δαρὸς: & polysyllaba habentia penultimam, vel natura, vel positione longam, vt ἐλευθερὸς, ἰσχυρός: quibusdam tamen exceptis, vt ἄγειρος, ὀλίγορος.
- **στός** Quæ numerum significant, vt εἰκοστός.
- **ψος** Polysyllaba, vt χρεκψὸς, καλυψός.
- **αιος** Dissyllaba trium generũ, vt βαιὸς, σκαιός.

De penultima circumflexa.

Ferè semper circumflectunt penultimã terminata in

- **κος** Quæ penultimam natura producunt, & dissyllaba sunt, nec formant à se fœminina, vt σῦκος: excipe σηκός.
- **ηλος** Dissyllaba propria, vt Τῆλος, Μῆλος: nõnulla tamẽ acuuntur in vltima, vt Χηλός.
- **ουλος** Vt δοῦλος.
- **ινος** Gentilia, aut propria, vt σκοπελῖνος.
- **ρος** Substantiua præcedente ω, vt Δῶρος, nomen proprium, aut præcedente ου in dissyllabis, vt κοῦρος: σωρός autem positum pro σωρεὸς.

Exceptio.

Ferè semper circumflectũt penultimã terminata in		
	ιτος	Dissyllaba vnius generis præcedente quod sit natura longum, vt σῖτος, κοῖτ[os]
	αιος	Quæ deriuantur à fœmininis in α ve[l η] vt ab ἀγορὰ, ἀγοραῖος, ab ἀγέλη, ἀγελαῖ[os] vel quæ habent ante αι, χ, vt ἀρχαῖ[os] aut quæ in priori syllaba habent imm[u]tabilem, vt χερσαῖος, ὀρφναῖος, excep[tis] paucis, vt ἀχαιὸς, δύρυσιχαιός.
	οιος	Polysyllaba, vt ἀλλοῖος.

De Neutris in ον.

Canon. 1. NEVTRA ab adiectiuis deducta suorũ masculinor[um] tonum retinent, vt χρηστὸς, χρηστὴ, χρηστὸν; ἅγιος, ἁγία, ἅγιον[.] [Se]quentes autem obseruationes quid in substantiis statu[en]dum sit indicabunt, si prius aduerteris sæpius substan[tiua] polysyllaba antepenultimam acuere, vt ἀγκύλιον, ἀσ[...] ἄγκιστρον, θερήγανον.

De antepenultima acuta.

Acuunt sępi⁹ antepenultimã terminata in		
	ανον	Quæ à verbis fiunt, vt ὄχανον, φεύγανο[ν]
	ιον	Diminutiua, vt ψυχίδιον, γραφείδιον, [...]κιον: & quæ sunt trium syllabarum [...]uium, vt φλέβιον, [illegible]: & quæ [...] verbis, vt παίγνιον à παίζω.

De penultima acuta.

Acuunt sæpi⁹ penultimã terminata in		
	ον	Dissyllaba, quorum penultima no[n] natura longa, vt κέντρον.
	ιον	Diminutiua deducta à nominibus [inci]pientibus à longa, vt à τυρὸς, fit τ[υρίον] τεῖχος, τειχίον: sic polysyllaba dactylo [...] κυμίνιον, ψωμίον, si tamen sit ante [...] immutabilis sæpissimè antepen[ultima] acuto notatur, vt ἴχνιον.

De penultima circumflexa.

Circumflectunt sæpi⁹ penultimã terminata in		
	ον	Dissyllaba, quorum penultima [na]tura longa, vt λῦτρον, φῦλον.
	ειον	Quæ à nominibus in εὺς, vel [...] εύω manant, vt [illegible] à [illegible] [...]ματεῖον à γραμματεὺς. [illegible] [...]iectiuum est. Eandem ferè ration[em se]quuntur omnia substantiua in [...] ptis quibusdam propriis, vt [...] δρόμειον, χλούνειον, λαύρειον.

De Accentu obliquorum.

SI in nominandi casu fuerit Accentus, aut circumflexus in penultima, aut acutus in antepenultima; in Genitiuo & datiuo tam singulari quàm duali & plurali, nec non in nominatiuo & accusatiuo duali, sicut & in accusatiuo plurali erit acutus in penultima, vt ὁ ἄγγελος, τοῦ ἀγγέλου, τῷ ἀγγέλῳ: dual. nominatiuus & accusatiuus τὼ ἀγγέλω, genit. & datiuus τοῖν ἀγγέλοιν, Genitiuus pluralis τῶν ἀγγέλων, Dat. τοῖς ἀγγέλοις, Accusat. τοὺς ἀγγέλους, sic ἀγελαῖος, ἀγελαίου, ἀγελαίῳ, Dual. ἀγελαίω, ἀγελαίοιν. Pluralis ἀγελαίων, ἀγελαίοις, ἀγελαίους: si tamen sit neutrum, circumflexus in accusatiuo plurali, non mutabitur in acutum, vt τὰ γραμματεῖα. *Genitiuus & Datiuus.*

ACCVSATIVVS autem singularis cum vocatiuo tam singulari quàm plurali, vna cum nominatiuo plurali accentum recti non mutat, ὁ ἄγγελος, ὦ ἄγγελε, τὸν ἄγγελον. Pluralis οἱ & ὦ ἄγγελοι, sic ὁ ἀγελαῖος, τὸν ἀγελαῖον ὦ ἀγελαῖε, pluralis οἱ καὶ ὦ ἀγελαῖοι: Si verò in nominandi casu sit acutus in vltima, in Genitiuo & Datiuo tam singulari quàm duali & plurali vertetur in circumflexum, vt ὁ Θεός, τοῦ θεοῦ, τῷ θεῷ, Dual. τοῖν θεοῖν, Plural. τῶν θεῶν, τοῖς θεοῖς. Accusatiuus autem singularis, dualis & pluralis vna cum nominatiuo & vocatiuo vtriusque numeri tonum recti singularis retinet, vt ὁ Θεός, τὸν θεόν, ὦ θεέ, dualis τὼ θεώ; Pluralis οἱ καὶ ὦ θεοί. Porrò notandum est ex hortis Adonidis, maximè ex Chœrobosco, Dorienses veteres in proparoxytonis Accentum perpetuò retraxisse in penultimam, maximè in nominatiuo plurali, vt φιλοσόφοι penultima acuta, quod etiam seruarunt in participiis passiuis, vt κεκλεμμένοι, τετυμμένοι. *Accusatiuus.* *Nota.*

De Accentu Quartæ declinationis.

QVARTAE declinationis nomina seruant prorsus eundem tonum quem communia tertiæ declinationis, à quibus formantur, obtinebant, vt à λαος fit λεώς, à Μενέλαος, Μενέλεως. excipe ὀρφώς nomen piscis ab ὄρφος, paroxytono, non oxytono, vt corrupte in quibusdam Lexicis legitur. Et Λαγώς Ptolomæi pater à Λάγος paroxytono, teste Herodiano, qui hæc duo ὀρφώς & Λαγώς excipit. Alia verò reperiuntur, quæ a communibus non deriuantur, sed aliunde proficiscuntur, quæ si sint dissyllaba penultima breui, acuuntur in penultima, vt γάλως, ἅλως; si verò polysyllaba in antepenultima. Sin autem monosyllaba, quaIia sunt quædam fœminina vt plurimum propria, circumflectuntur, vt τρῶς, κῶς, θῶς, ῥῶς. *Exceptio.*

De

De obliquis.

OBLIQVI Accentum recti in hac declinatione sequuntur, neque enim in Genitiuo & Datiuo acutus retrahitur in penultimam, vt ὁ Μενέλεως, τοῦ Μενέλεω, τῷ Μενέλεῳ. Dualis τὼ Μενέλεω, Plural. τῶν Μενέλεων: nec acutus qui erat in vltima in circumflexum vertitur, vt ὁ νεὼς τοῦ νεώ, λεὼς τοῦ λεώ, sed vbique seruatur acutus. ω enim finale apud Atticos nunquam circumflectitur, nisi in Apocope Attica, vt cùm dicimus in quinta declinatione ποσειδῶ pro ποσειδῶνα.

DE QVINTA DECLINATIONE ET RELIQVIS CONTRACTIS.

De Adiectiuis.

Canon. I. Adiectiua in ων.

ADIECTIVA in ων in masculino acuũt penultimam: vt μείζων, ἀρείων, βελτίων: in neutro autem quia vltima est breuis, aut Accẽtus retrahitur in antepenultimam in polysyllabis, vt βέλτιον: excipe εὔδαιμον ab εὐδαίμων quod tamen à multis in antepenultima acuitur; aut in dissyllabis si penultima sit longa, vertitur in circumflexum, vt τὸ μεῖζον. Reliqua autem adiectiua se inuicem sequuntur, vt μέλας, μέλαινα, μέλαν, πᾶς, πᾶσα, πᾶν, εὔχαρις τὸ εὔχαρι, ὀξὺς, ὀξεῖα: in quibusdam autem retrahitur, vt προσπίντης τὸ πρόσ... sic ὁ χαρίεις τὸ χάριεν, quod inscitè Grammatici aliqui in penultima acuunt.

CAETERVM in rectis huius declinationis tanta varietas, vt de omnibus regulę certę tradi non possint. Cum maior dissimilitudo potest elucere quàm in nominibus in ων quorum alia acuunt penultimam, vt πρίων, alia vltimam, vt ἀμπελών, alia circumflectunt, vt Ξενοφῶν? Quanto maior etiam varietas potest deprehendi, quàm in nominibus in ης, & υς, quorum alia antepenultimam acuunt, vt ..., alia sunt paroxytona, vt λέοντες, alia sunt properispomena, vt θῶλυς, alia oxytona, vt πολλὴς, ὀξὺς; sequentes tamen animaduersiones facilitatem aliquam suppeditabunt.

De Antepenultima acuta.

Antepenultimã sæpius acuũt terminata in		
	α	Polysyllaba, vt ποίημα, ἀλήθεια.
	αρ	Polysyllaba, vt δέλεαρ.
	ι	Vt σινάπι.
	ις	Polysyllaba, vt αἵρεσις: & maxime composita, vt πρόμαντις, ἄδακρυς, reliqua
	υς	omnia declinata per δ, vel τ, acuunt antepenultimam, vt Ἄδωνις, ἔπηλυς.

DE PENVLTIMA ACVTA.

Penultimam sępius acuunt terminata in	α	Dissyllaba, si penultima non sit natura longa, vt γράμμα.
	αξ	Dissyllaba maximè, vt ἄναξ.
	αν	Composita, vt ἐρμόπαν.
	αρ	Dissyllaba, vt μάκαρ.
	ας	Quæ in obliquis per ντ, vel per ν inflectuntur, vt αἴας, αἴαντος; πικίας, πικίαντος, μέλας, μέλανος, excipe ἀνδριάς factum ab ἀνδρός genitiuo.
	ι & υ	Dissyllaba dum modò non sit penultima longa natura, vt μέλι, ἄστυ, δόρυ, γόνυ.
	ην	Adiectiua, vt τέρην, & quædam composita, vt ἐριαύχην.
	ηξ	Vt μύρμηξ, πήληξ.
	ης	Nomina propria, vt Δημοσθένης: exceptis cōtractis, vt Δαφνῆς, Ἡρακλῆς, acuūt quoq; penultimam dissyllaba iambica, vt λάχης.
	ρης	Vt τριήρης, exceptis paucis, vt ἀχρηής.
	της	Vt κομήτης: exceptis paucis, vt παχυτὴς, βραδυτὴς, ἀδροτὴς, δηϊοτὴς, ἐσθής.
	λων	Polysyllaba, vt ἀσκάλων: paucis exceptis; vt βαβυλὼν, μιμαλλὼν, ἀμπελών.
	ιν	Composita, vt τριγλώχιν.
	ις	Dissyllaba, vt ὄφις, πόλις: & omnia simplicia, quæ vltimam corripiunt, vt λέξις: excipe ea fœminina, quę producunt iota in obliquis: illa enim acuunt vltimam, vt σφραγὶς, σφραγῖδος, κανονὶς, κανονῖδος.
	ιξ	Vt ἕλιξ.
	ος	Neutra ferè omnia in ος dissyllaba, maximè ea quę ab oxytonis in υς deducuntur, vt à παχύς, πάχος.
	υξ	Vt ἄντυξ.
	υρ	Dissyllaba, vt μάρτυρ.
	ψ	Vt κίνυψ, si tamen penultima sit natura longa circumflectitur, vt λαῖλαψ.
	ωδης	Vt πηλώδης.
	ων	Non contracta, propria, gentilia & appellatiua, vt θέων, τεύτων, εὐδαίμων, & cōposita, vt χαλκοχίτων: nisi significent locū, (vt προθυρών.
	ρως	Masculina, vt ἥρως.
	ωρ	Βλάχωρ, νέστωρ: paucis exceptis, vt ἰχώρ.
	εις	Vt χαρίεις: excipe participia, vt τυφθεὶς, & Bœotica à nominibus in ης, vt εὐγενεῖς.

De vltima acuta.

Acuunt sæpiꝰ vltimâ terminata in

αι	Dum modo non ſint compoſita & adiectiua, vt παιὰν, τιτὰν.
ας	Quæ in obliquis aſſumunt δ, vt λογὰς, λαμπὰς, ἀγριὰς.
αις	Vt δαῒς, σαῒς: excipe παῖς.
ειρ	Monoſyllaba non contracta, vt χείρ.
γων	Quę in genitiuo mutant, ω in ο, vt στα-
δων	Si habent ι, aut η ante δ, vt χελιδὼν, ἀη-
δυς	Vt αἰγιαλοῦς: Æoles tamen talia in antepenultima acuunt, Dores verò paroxytonως efferunt.
ην	Simplicia, vt ποιμὴν, λιμὴν.
ηρ	Monoſyllaba non contracta, vt πήρ: & alia, quæ in penultima habent α purum, vt ἀνήρ.
θηρ	Vt αἰθὴρ.
τηρ	Vt πατὴρ: excipe μήτηρ, θυγάτηρ, & δημήτηρ.
ης	Adiectiua, vt ἀληθής.
ιν	Simplicia, vt δελφὶν, ἀκτὶν.
ις	Fœminina, quæ in obliquis producuntur, vt κρηπὶς, κρηπῖδος: & vt plurima quæ à vocali initium ducunt, vt ἐλ- vel quæ fiunt à verbis Barytonis, vt ἐν- λίς à βασιλεύω: ſic in ις declinata per ίδος quæ ante iota habent immutabilem, vt τριγλίς: ſic omnia ferè Patronimica in ις, excipe νεᾶνις.
εις	Præcedente ο, vt μελιτόεις: excipe λάχν- εις, ὑπόεις, τόμοεις.
ξ	Monoſyllaba non contracta, vt πλὶξ: aliqua tamen circumflectuntur, vt πλῶξ βῶξ.
υς	Adiectiua, vt ὀξὺς & ſubſtantiua per δ declinata, vt χλαμὺς, & quę longam habent vltimam, vt πληθύς, quibus exceptis reliqua penultimam ferè acuunt, vt βότρυς.
ω	Vt λητὼ.
ων	Monoſyllaba, vt χθὼν: & non monoſyllaba, quæ contentiua à Grammaticis appellantur, vt κοιτὼν, ἀπιτεὼν.
ως	Fœminina, vt αἰδώς.

Exceptio.

De

De penultima circumflexa.

Circunflectunt ſępius penultimã termina ta in	α	Diſſyllaba, ſi penultima ſit longa natura, vt σῶμα, αἷμα.
	αξ	Fœminina, penultima exiſtente natura longa, vt πίδαξ.
	αρ	Diſſyllaba penultima natura producta, vt ἧπαρ.
	ις	Aliqua etiam polyſyllaba penultima exiſtente natura longa, vt ἑλικῶπις.
	υ	Diſſyllaba non adiectiua penultima exiſtente longa, vt πῶϋ.

Quæ in vltima circumflectuntur, non ita multa ſunt, vt ex his poſſint certæ obſeruationes elici, vt πτῶξ, πλακοῦς, πῦρ, πᾶς, ναῦς, γραῦς, παῖς, δαφνῆς, ex contractione, & nonnulla alia.

DE OBLIQVIS.

De Singulari.

SI fuerit circumflexus in penultima in Genitiuo & Datiuo ſingulari, erit in antepenultima acutus, vt δῶμα, δώματος, δώματι: ſi verò ſit circumflexus in vltima, in monoſyllabis, erit acutus in vltima, in Genitiuo & Datiuo, vt πῦρ, πυρὸς, πυρί: ſi verò ſint polyſyllaba, & inflexio id poſtulet, circumflexus retinebitur, vt τιμῆς, τιμῆντος: ſecus penultima erit acuta. Dum autem in recto in penultima: in Genitiuo & Datiuo erit acutus in antepenultima, vt πάρις, πάριδος. excipe μήτηρ, μητέρος: θυγάτηρ, θυγατέρος, & γυναικός. Si verò ſit acutus in vltima, & illa ſit natura longa, quæ retineatur in obliquis: acutus vertetur in circumflexum, vt κνημὶς, κνημῖδος; ἀγὼν, ἀγῶνος; ἱδρὼς, ἱδρῶτος: ſecus vbi non eſt longa, retinetur in penultima acutus, vt ὠκὺς, ὠκέος. Diſſyllabi autem Genitiui & Datiui vltimam ſemper acuunt, vt ὁ κτεὶς, κτενὸς, κτενί; κλεὶς, κλειδὸς, κλειδί; δαὶς, δαιτὸς, δαιτί; ποῦς, ποδὸς, ποδί. Hinc excipe participia, quæ penultimam acuunt, vt στὰς, στάντος; βὰς, βάντος, & Genitiuos, ex craſi factos, vt λᾶος, κῆρος, ἦρος.

ACCVSATIVI verò diſſyllabi contra Genitiui normam penultimam, aut acuunt, aut circumflectunt, vt δαὶς, δαιτὸς, δαιτί, τὴν δαῖτα; ποῦς, ποδὸς, ποδὶ, πόδα. Accuſatiuus verò monoſyllabus circumflectitur, vt νοῦς, νοῦν, σοῦς, σοῦν, μῦς, μῦν. Quod ſi fuerit plurium ſyllabarum, dum modò non ſit neutrius generis, Accentum Genitiui ſequitur, vt αἶας, αἴαντος, αἴαντα; λαμπὰς, λαμπάδος, λαμπάδα. Cæterum Accuſatiuus nominum in ως Quartæ contractorum nunquam in vltima

Accuſatiuus.

Notio.

vltima circumflectitur: sed acuitur (vt sentit Henricus Stephanus) αἰδῶ: licet alij vulgares Grammatici circumflectant.

Vocatiuus. VOCATIVVS & nominatiuus eodem tono afficiuntur, vt ἡ παλλὰς, ὦ παλλὰς: excipe vocatiuos, qui in εῦ & ε exeunt, quorum vltima est semper circumflexa, vt βασιλεῦ; vocatiui verò in ες à propriis in ης acuũt antepenultimam, vt ὁ Δημοσθένης, ὦ Δημόσθενες, sic à contractis ὁ Ἡρακλῆς, ὦ Ἡράκλεες, & Ἡράκλεις crasi facta. Composita quoque in ων quorum vocatiuus in ον desinit sunt proparoxytona, vt ὦ Ἀγάμεμνον, ὦ κακόδαιμον: excipe Λακεδαῖμον, Πυλαῖμον, ἱκεταῖον, Μαχᾶον, ὀρεταῖον, εὐδαῖμον, ne coincidat cum εὔδαιμον adiectiuo; excipienda quoque sunt, quæ à φρὴν, φρενός componuntur, vt ὦ δαΐφρον, ὦ περίφρον: illa enim acuũt penultimam. Comparatiua verò priori regulæ parte includuntur & antepenultimam acuunt, vt ὦ βέλτιον, ὦ ἄρειον, à nominatiuo βελτίων, ἀρείων: Quædam verò quæ in ερ exeunt, morem Æolicum sequuntur, & à nominatiuo hoc modo deflectunt.

	δᾶερ			δαήρ
	θύγατερ			θυγατήρ
	πάτερ			πατήρ
Vocatiuus ὦ	αὖερ	à rectis ὁ		ἀνήρ
	δήμητερ			δημήτηρ
	σῶτερ			σωτήρ
	εἴνατερ			εἰνάτηρ

De Duali.

NOMINATIVVS & vocatiuus dualis, si duas excedant syllabas, non mutant Accentum genitiui singularis, ἡ χλαμὺς, τῆς χλαμύδος, dualis τὼ χλαμύδε: sic ὁ πτὴν, τοῦ πτηνὸς dualis τὼ πτῆνε. Cùm verò nominatiuus dualis est duarum tantùm syllabarum, contra naturam genitiui singularis penultimam acuit, vt πὼς, ποδὸς, ποδί: dualis τὼ πόδε: vel circumflectit, si penultima sit natura longa, vt à μὴν dual. μῆνε. Genitiuus & datiuus dualis pluralem genitiuum sequuntur, his exceptis παιδοῖν à παίδων & μηκοῖν aliquorum opinione, sed potius est sic contrahendus quasi μηκέοιν τῶν μηκέων μηκῶν.

De Plurali.

Nominatiuus. PLVRALIS nominatiuus est similis duali, vt λαμπάδε Plural. λαμπάδες, πτῆνε plural. πτῆνες, sic πόδε πόδες, χεῖρε χεῖρες. Dorienses tamen veteres dixerunt in plurali γυναῖκες & pro inflexe acutum posuêre γυναίκες, χέρες pro χεῖρες.

Genitiuus. Genitiuus autem pluralis trium aut plurium syllabarum penultimam acuit, vt τιτάνων, λαμπάδων, πωμάτων: excipe χαλκεῶν: & excipe Atticos genitiuos, qui antepenultimã acuũt

vt λέξεων hinc fit, vt interdum apud poëtas τριήρων per contractionem Atticam & similia legantur, quæ verò contractionem Atticam non sequuntur, sed communem, sunt perispomena, vt τριχῶν, ἀληθῶν. Genitiui autem plurales dissyllabi vltimam circumflectunt, vt μῆνες μηνῶν, βόες βοῶν: his decem exceptis πάντων, τρώων, δμώων, παίδων, φώτων, θώων, λάων, κράτων, οὐατων, φῳδων. Dores tamen dicunt παιδῶν, τρωῶν, παντῶν. Monosyllaborum nominum datiui plurales sunt oxytoni, vt χεὶρ, χερσὶ, βουσί: excipe πᾶσι omnibus, ne cõcurrat cum πασὶ nomine proprio Dei pastorum. In participiis tamen penultima est circumflexa, vt θᾶσι, στᾶσι. In reliquis omnibus datiuus pluralis est similis datiuo singulari, vt λαμπάδι, λαμπάσι; βότρυϊ, βότρυσι.

Datiuus pluralis.

ACCVSATIVVS & vocatiuus tonum nominatiui pluralis sequuntur, vt αἰμακες, αἴακας. Hîc porrò notandum est, Dores interdum vltimam accusatiui producere, & vel Accentum propter vltimam longam in penultimam retrahere, vt αἰπόλας, vel circumflexum mutare in acutum, vt τιμάς penultima acuta. Sciendum quoq; est ex Eustathio accusatiuũ pluralem Quartæ contractorũ malè à multis acui, cùm tamen potius ex ipsius sententia sit circumflectendus, vt σηπίας: scribit siquidem Aristophanem eodem modo dixisse ἰχθῦς; non tamen putandum est accusatiuum singularem ideo circumflecti.

Accusatiuus & vocatiuus.

De Verbis.

VERBORVM Accentus facillimè deprehenduntur, si obserues tempora verborum, τύπτω, ποιέω, & τίθημι, & videas in quibus sedibus tonus reponatur, indeque regulas generales elicias.

De Verbis.

VLTIMA existente longa si Accentus sit in penultima est acutus, vt τύπτω, κρύφω, εἴδων, τύπτετω, ἐτυπτόμην, ἐτυπτέτην: si verò vltima sit breuis & Accentus sit in penultima, quæ sit natura longa erit circumflexus in penultima, vt ποιοῦμαι, τυπτοῦμαι, τιθεῖο, τιθεῖσο; Secus si Accentus cadat in vltimam natura longam, illa inflectetur, vt τυπῶ, τυφῶ, ποιῶ: participiis exceptis in ς desinentibus, vt τετυφώς, εἰδώς: illa enim acuuntur & breuia imitantur. Si verò vltima sit breuis, & eo Accentu notetur, acuitur, vt δὸς, δότε, θὲς, θέτε. Omnes autem personæ, & tempora, quæ numero syllabarum excedunt præsens, si vltimam corripiant, & polysyllaba sint, antepenultimam acuunt, τύπτω, τύπτομαι, ἐτύπτετον, ἔτυψα, τέτυφα, τετύφαμεν, τέτυπτε, τίθετε: excipe præteritum passiuum participii, quod penultimam acuit, γεγραμμένος; sed si sint

Canon. 1.

dissyllaba, quia ferè semper penultima est natura longa, eam circumflectunt, vt αἶρω, ἦρον, ἦρκα. Notandum est hoc loco finales ancipites α & ι, in verbis semper corripi, vt ἔτυψα, τέτυπα, δίδωμι: υ autem produci, vt ἐζεύγνυ: αι vero diphthongum finalem corripi, vt τύπτομαι, præterquam in priori aoristo verbij Medij in imperandi modo, vt τύψαι, τυψάσθω; & in tertia Aoristi prioris vocis actiuæ in Optandi modo, τύψαιμι, τύψαις, τύψαι. In participiis verò masculinis desinentibus in ας ratione Accentus α producitur, vt ποιήσας acuta penultima, At in neutro α corripitur, ποιῆσαν penultima circumflexa.

Canon.2. TEMPORA extra Indicatiuum, temporum, à quibus formantur, quantum ratio patitur, Accentum sequuntur; vt à futuro secundo τυπῶ, fit Optatiuus τυποῖμι, τυποῖς, & in passiuo τυποίμην, τυποῖο, τυποῖτο. personæ quoque inflexæ primam, à qua deducuntur, imitantur, nisi cùm Accentus ob additam syllabam aliam sedem occupat, vt τύπτω, in duali τύπτετον, aut cùm retrocedit, vt τύπτομαι, τυπτόμεθα, vel cùm ob vltimam longam in posteriorem descendit, vt γέγραφε, γεγραφέτω. Interdum tamen propter vltimam correptam acutus in circumflexum transit, vt πεποιήμην, πεποίηο, πεποίητο, τεθείμην, τεθεῖο, τεθεῖτο. sed facilitatis gratia ad singulos modos descendamus.

De Indicatiuo.

VERBORVM Barytonorum themata in ω terminata penultimam acuunt, vt τύπτω, σείω, in μι autem polysyllaba antepenultimam, quia vltima est breuis, vt ζεύγνυμι, dissyllaba verò quia penultima est natura longa, circumflectunt penultimam, vt τίθημι, δῶμι: demptis duobus, vltimam acuunt, φημί & εἰμί. Quæ autem ex contractione oriũtur, vltimam inflectunt, vt λαλῶ, à λαλέω αὐδῶ ab αὐδάω & cùm themata vocis passiuæ ab actiuis formentur, & syllaba μαι, quæ breuis est, augeantur, tonum actiuæ conseruant, vt τύπτω, τύπτομαι; λαλῶ, λαλοῦμαι: [illegible] Imperfectum, præteritum perfectum, vterq; aoristus actiuæ significationis, si sit plurium quàm duarum syllabarum, antepenultimam acuit, vt ἔτυπτον, τέτυφα, ἔτυψα, ἔτυπον, a dissyllabis, vbi penultima est natura longa, illa eadem circumflectitur, vt ἦγον, ἦρον. Imperfectum autem contractum vna cum imperfecto & Aoristo secundo verborum [illegible] propter vltimam lõgam penultimam acuit, vt [illegible] ἐτίθην, ἐθῶν, ἐδίδων, ἔδων, ἐζεύγνυν. Plusquamperfectum, futurum primum actiuæ significationis, ob vltimam [illegible] penultimam semper acuunt, vt ἐτετύφειν, τύψω [illegible]

prima à verbis Quintæ coniugationis orta, vt νικῶ, & præter Dorica, vt τυψῶ, & preter Attica, quę à verbis in ζω vltra duas syllabas formantur, ablato σ, ὀνειδίζω, ὀνειδίσω, communiter & reiecto σ Atticè ὀνειδιῶ. Attici tamen hoc futurum non formant, vbi penultima est natura longa, non enim dicunt δανείζω, δανείσω, δανειῶ. Cæterum obseruandum est, Dores acutum è tertia in fine in secundam traducere in Aoristis, vt ἐστάσαν, ἐφάσαν, ἐλάβον, ἐφάγον.

Passiva autem & media tempora, quorum vltima in ην terminatur, acuuntur in penultima, vt ἐτυπτόμην, ἐστησάμην, ἐτύφθην, ἐτύπην, ἐτιθέμην, ἐθέμην. Si exeat in μαι Accentus est in antepenultima acutus, vt τυφθήσομαι, τυπήσομαι, τετύψομαι, τεθήσομαι, θήσομαι: excipitur tamen futurum posterius verborum mediorum, quod est perispomenon, vt τυποῦμαι, vna cum futuro priori verborum Quintæ coniugationis, quod pariter inflectit penultimam, vt σπεροῦμαι.

De Compositione.

Oxytona in compositione aut penultimam, aut antepenultimam acuût, vt εἰμὶ πάρειμι, ἐστὶ πάρεστι, φημὶ σύμφημι, χρὴ ἀπόχρη. Imperfecta autem & perfecta trochaica dissyllaba, quorum prior est longa, posterior verò breuis, non transferunt tonum, vt εἶχον κατεῖχον, εἶκα ἀφεῖκα. excipe σύνοιδα à præterito οἶδα & σύνοιδα ab οἶδα, & κεῖμαι, πρόσκειμαι, κεῖσθαι, tamen non transfert, legitur enim προσκεῖσθαι penultima inflexa. Si tamen more poëtico in similibus trochaicis perfectis & imperfectis in compositione vltima vocalis alicuius Præpositionis non elidatur, licet Accentum transferre, vt εἶξα, ὑπόειξα, pro ὑπεῖξα, εἶκον, ὑπόεικον. Quod si fiat πρόσθεσις alicuius litteræ, vt ἧκεν, ἴηκεν, Spiritus idem seruabitur, sed Accentus retrahetur. Acuitur quoque antepenultima si reiiciatur tempus, quod initio augmenti gratia collocabatur, vt ἕλκε reiecto ε, ἔφελκε: Si verò talia tempora non sint trochaica, Accentum retrahunt. Exceptio.

De Imperatiuo.

Imperativi polysyllabi sunt προπαροξύτονοι, vbi vltima est breuis, ἔρυσσε, ἐρυσσέτω ab ἐρύσσω, sic τέτυφε, τετυφέτω; vbi verò est lõga sunt παροξύτονοι, vt ὀνειδίζου. Dissyllabi sunt παροξύτονοι, vt τύπτε, τύψαι, τύψον. Monosyllabi acuuntur, θές, δός. Indefinitum tamen secundum verbi Medij vltimam circumflectit, vt τυποῦ: tribus demptis paroxytonis πρόσελθε, ἐπιλάβου, & ἀφίκου.

Exceptio.

Qvinqve Aoristi secundi contra aliorum dissyllaborum naturam vltimam acuunt εἰπὲ, ἐλθὲ, εὑρὲ, λαβὲ, ἰδὲ, ...

tamen in compositione antepenultimam acuunt, vt πρόσ-πε, κατάλαβε. διέλθε, ἔξελθε, id quod efficiunt alij dissyllabi in breuem desinentes, quoties compositionem ingrediuntur, vt στῆθι, βῆθι, ποίει, ἀνάστηθι, ἀνάβηθι, κατάστρεψε. Monosyllaba in compositione penultimam acuunt, vt ἕς, ἄφες, θές, ἀπόθες. ἕ autem Aoristi secundi pro ἕτω, vel ἕο, id est, *mittito*, cum monosyllaba præpositione circumflectitur, προσοῦ, & πρόσ qua in re lapsus est Antesignanus, qui penultimam acuit cum dissyllaba tamẽ præpositione penultimã acuit, vt ἀπό

Antesignani error.

De Optatiuo.

OPTATIVI in μι antepenultimam acuunt, vt τύπτοιμι, τετύφοιμι, solum autem futurum secundum penultimam circumflectit, vt τυποῖμι, τυποῖς, ad discrimen Aoristi prioris. Sed si desinant in ην penultimam acuũt, vt τυπείημεν, τυπείης [illegible]: sola autem controuersia est de plusquam perfecto Optatiui verborum inflexorum, quæ scitè Lascaris contra reliquorum opinionem in tractatu de vocalibus subiunctis proparoxytonos inflectendo scripsit, πεποιήμην, πεποίῃο, πεποίητο. βεβοήμην, βεβόῃο, βεβόητο. κεχρυσώμην, κεχρύσῳο, κεχρύσωτο.

De Subiunctiuo.

SVBIVNCTIVVS Indicatiuum sequitur, vt τύπτω, τύπτω: [illegible], ἐὰν [illegible]: nisi impedimentum interferit, vt ab ἔτυψα, τέτυφα, [illegible], τύψω, τετύφω, τύπω [illegible] igitur vocis tempora sunt paroxytona; Passiuæ vero paroxytona, vt ab ἐτυπόμην, ἐὰν τύπωμαι, ab ἐτυψάμην, τύψωμαι. veruntamen præterita passiua Subiunctiui modi verborum inflexorum penultimam circumflectunt, vt [illegible] μαι, δεδοῶμαι; πεποιῶμαι, πεποιῶμαι: vterque autem Aoristus vocis passiuæ vltimam circumflectit, vt τυπῶ, [illegible] Imò non tantum indefinita, sed etiam præsentia vocis actiuæ verborum in μι eandem analogiam sequuntur, [illegible] διδῶ, ἐὰν [illegible], ἐὰν ἱῶ, ἐὰν στῶ, quorum passiua inde formata eadem syllaba Accentum eundem retinent, sed [illegible] gentur, penultimam circumflectunt, vt ἱῶ, ἱῶμαι, [illegible] Si tamen sint aliqua verba, quæ actiua voce carent, [illegible] nultimam acuunt Barytonorum more, vt ἐὰν [illegible] hanc regulam accedunt Aoristi secundi verbi M[illegible] in actiui, cùm compositionem ingressi tres syllabas [illegible] tales enim antepenultimam acuunt, vt [illegible] compositione vero Subiunctiuus monosyllabus in [illegible] in secunda à fine cum participium per ν effertur, vt [illegible] participium per ν, efformat, σχῶν; si componatur [illegible] mam acuit, vt ἀνάσχω; si verò participium in σ [illegible]

desineret, quod contingit verbis in μι, in ipsa etiam compositione remanet Accentus circumflexus in vltima, vt ἀποδιδῶ, στῶ, καθιστῶ; eorum enim participia per ς, efferuntur, hoc modo, δούς, στάς.

De Infinitiuo

PRAESENS infinitiui, perfectum, Aoristus primus, & futurum primum penultimam acuunt, vt τύπτειν, τετυφέναι, τύψαι, τύψειν: Aoristi tamen primi Actiuorum circumflexorum penultimam circumflectunt, quia est longa natura, vt ποιῆσαι, βοῆσαι, χρυσῶσαι; Aoristus verò secundus, & futurum secundum vltimam circumflectunt, vt τυπεῖν, τυπεῖν. Tempora autem omnia tam verbi passiui, quàm Medij in σθαι terminata sunt προπαροξύτονα, vt τύπτεσθαι, τυφθήσεσθαι; τυπήσεσθαι, τετύψεσθαι, τύψεσθαι, τύψασθαι; tria tamen inde excipe, perfectum quod communiter semper notatur acuto in penultima, vt τετύφθαι: si tamen penultima esset natura longa esset ibidem circumflexus, vt πεποιῆσθαι sic τεθεῖσθαι; excipe quoque futurum secundum Infinitiui Medij quod circumflectit penultimam, vt τυπεῖσθαι; & Aoristum secundum medium, qui acuitur in penultima, vt τυπέσθαι. Indefiniti autem passiui sunt προπαροξύτονοι, vt τυφθῆναι, τυπῆναι. Cæterùm obseruandum est Æoles Infinitiuos circumflexos paroxytonως efferre, vt κάλλην, φίλλην, φρόνην, pro καλεῖν, φιλεῖν, φρονεῖν teste Corintho: Dores autem tales in vltima circumflectere, κοτιλῆν apud Theocritum Idyl. 15. Sciendum quoque est Æoles in perfectis passiuis verborum Quintæ cõiugationis, quæ habent ε in penultima Accentum in tertiam à fine, mutato ε in ο, reuocare, vt à τείρω, τέτορθαι antepenultima acuta, à μείρω, μέμορθαι.

De Participiis.

PRAESENS, Aoristus primus, & futurum primum acuunt penultimam, vt τύπτων, τύψας, τύψων: excipio tamen futurum primum Quintæ cõiugationis, quod vltimam circumflectit, vt ψαλῶν, futurum verò secũdum vltimam semper inflectit, vt τυπῶν. Theodorus Gaza & alij à superiori regula tria excipiunt præsentia ἰών, κιών & ἐών, sed ἰών est Aoristus ab εἶμι, sicut & κιών Aoristus secũdus, ἐών autem Ionicè dicitur pro ὤν, & propter regulam monosyllaborũ acuitur in vltima. nec obstat quod reliqua duo reperiantur in significatione præsentis: Græci enim maximè Attici, vt in Syntaxi ostenditur elegantissimè his temporibus interdum abutuntur. Horum vero temporum fœminina in recto antepenultimã acuunt, vt τύπτουσα, τύψασα, τύψουσα, in obliquis verò maximè in Genitiuo & Datiuo acutus est in penulti-

ma, τυπίϑσης, τυψάσης, τυπίϑση; fœmininum vero fut. 2. penultimam circumflectit, τυπῦσα. Præteritum verò actiuæ vocis & Medię vna cum Aoristo posteriori eiusdem actiuæ significationis vltimam acuit, vt τετυφὼς, τετυπὼς, τυπὼν, rectus autem fœmininorum penultimam circumflectit τετυφυῖα, τυπῦσα. Hîc verò notandum est, Æoles in præteritis mutare ς in ν & Accentum in penultimam retrahere, vt τετύφων pro τετυφώς. Reliqua participia verborum passiuorum in αμϑμ@, ομϑμ@, & ϑμϑμ@ antepenultimam acuunt, vt τυπόμϑμ@, τυφϑησόμϑμ@, τυψόμϑμ@, τυψάμϑμ@, τυπϑμϑμ@: fœminina autem penultimam acuunt, τυπϑμϑμὴ, τυπϑμϑμὴ. Sola præterita in masculino & neutro penultimam acuunt, vt τετυμμϑμὸ@, πεποιημϑμὸ@. Æoles tamen incrementis sublatis tonum ad antepenultimam transferunt, vt βλήμϑμ@ pro βεβλημϑμὸ@, δέγμϑμ@ pro δεδεγμϑμὸ@. Indefinita verò passiua vna cum indefinito & præsenti verborum in μι semper in εις oxytonum desinunt, vt τυφϑεὶς, τυπεὶς, τιθεὶς, ϑείς, quorum omnium fœminina penultimam circumflectunt, τυφϑεῖσα, τιθεῖσα. Sciendum quoque est in compositione participia Accentum non retrahere, vt τὸ συμφέρον penultima acuta.

Notio.

Notio.

De Accentu Articulorum.

IN articulo præpositiuo in recto nullus est Accentus, nisi præcedat τ vt τὸ, quoties autem præcedit τ & syllaba longa est, toties est inflexa, vt τοῦ, τῆς, τῷ, τῇ, τοῖν, τῶν, ... excipio solos accusatiuos τὸν, τὰ & τὰ in duali, & in plurali τοὺς. ὃ tamen apud Homerum in masculino reperitur ... acuto notatur, ac pro, *hic*, & sæpius pro, *qui* vsurpatur, ... vt ait Eustathius est pro ὃς detracto σ, & metro sic postulante. ὅς, ἥ, ὅ articulus subiunctiuus in omnibus nominatiuis & accusatiuis acuitur, in omnibus autem datiuis ... genitiuis circumflectitur.

Exceptio.

De Pronominum Accentu.

PRONOMINA primitiua & deriuatiua, quæ non excedunt duas syllabas in nominatiuo singulari, & duali acuuntur, vt ἐγὼ, in omnibus aliis casibus Accentus est in vltima, acutus in breui, inflexus in longa. Poëtæ tamen ex inflexis acutos formāt, metri gratia ἡμίν, ἥμιν, sic ὑμίν & poëtice ... Cùm tamē casus poëticè & Ionicè dissoluuntur, penultimam acuunt, vt ἡμεῖς, ἡμέες, ἡμῶν, ἡμέων. Quoties vero per paragogen additur aliqua syllaba, quam præcedat omicron ... nes penultima, vt scitè vult Lascaris, acuitur, vt ἐμοῦγε pro ἐμοῦ: quamuis reliqui ferè Grammatici Accentum in antepenultima collocent ἔμοιγε, sed correctiora & antiqua exēplaria illis repugnant. Dualis verò desinens in ω ...

circumflectitur vt superius attigi. Datiuus tamen singularis οἷ à Pronomine ὅς tertiæ personæ circumflectitur, licet dictum sit suprà οι ratione Accentus censeri tanquam breuem diphthongum, vt ἐμοί & μοί, φιλόσοφοι. Nec ignorandum est Apollonium in sua Syntaxi interdum scribere oxytonως σφεάς Ionicè pro σφᾶς, cùm tamen sæpius & apud eundem & apud alios legatur, paroxytonως σφέας. *Notio.*

QVOTIES Attici in fine addunt iota, toties est acutus in vltima, vt ὁυτοσί, τουτουΐ.

OMNIA deriuata, quæ excedunt duas syllabas si vltima sit breuis, habent acutum in antepenultima, vt ἡμέτερος.

PRONOMINA demonstratiua inflexum habent in penultima, si vltima sit breuis, vt οὗτος; si verò sit longa acutũ, vt ἐκείνη: αὐτός autem in vltima acuitur. De reliquis Pronominibus dicere superfluum videtur, cùm eorum Accentus satis cognoscantur.

De Præpositione.

PRAEPOSITIONES monosyllabæ, quæ à vocali initium ducunt, Accentu carent solo Spiritu contentę, vt εἰς, ἐκ, ἐξ, reliquæ verò omnes in fine acuuntur, vt περὶ, κατὰ.

OMNES Præpositiones dissyllabæ de suo naturali loco deturbatæ, & suis nominibus postpositæ tonum in priorem syllabam remittunt, vt νεῶν ἄπο, τούτων πέρι, quod familiare est poëtis, oratoribus autẽ minimè, nisi in περὶ vt λόγων πέρι. Cùm tamen inter Præpositionem & verbum vel nomen ad quod refertur Prępositio aliqua alia particula interponitur, tonus nõ remittitur, vt τοῦ ἐπὶ Τυδείδης ὦρτο, & ἐκ δὲ ἀπὸ παιδὸς κελεύθου. Dum verò Præpositiones, quæ verborum compositionem ingrediuntur pro verbis ipsis vsurpantur, tunc tonum in priorem syllabam transferunt, vt πάρα, ἔπι, ἔνι, μέτα pro πάρεστι, μέτεστι, ἔπεστι, ἔνεστι: διὰ & ἀνὰ nunquam Accentum retrahunt ne ambiguitas nascatur propter Δία Iouem & ἄνα à ζεῦς & ἄναξ *Rex*, licet parum apta videatur ratio. Notandum etiam est Æoles nunquam in Præpositionibus Accentum remittere, cùm tamen id in reliquis orationis partibus præstent.

De Aduerbiis.

CVM variæ sint aduerbiorum species & vniuscuiusque aduerbia permulta, ideo certos aliquos Canones præscribere difficile est, & potius vsu quàm arte discuntur; hæc tamen præcipua sint præcepta.

ADVERBIA quæ à genitiuis formantur conuerso ν in ς genitiuorum Accentum retinent, vt καλῶς, σοφῶς, μόνως, ἀπὸ τῶ καλῶν σοφῶν μόνων. Hinc verò excipe αὐτάρκως, νουνεχῶς, *Canon. 1.* *Exceptio*

ϰαϰοήθως. quæ licet à genitiuis circumflexis oriantur acuuntur tamen in penultima, vt sentiunt veteres Grammatici Græci & illis antiqui fauent Codices: horum vero aliqua imò ferè omnia in Lexicis quibusdam inscitè & corruptè in vltima inflectũtur, vt ϰαϰοηθῶς, αὐτομαθῶς, αὐτοπροσώπως, νεωστῶς. Dores autem aduerbia omnia inflexa à genitiuis facta, in penultima acuunt, vt ϰάλως pro ϰαλῶς, σόφως pro σοφῶς: & contracta in ως, ac circumflexa à nominibus in ης & neutris in ες deducta Iones dissoluunt Accentu retracto, vt ἀτρεκέως pro ἀτρεκῶς: Contra verò Dores quædam aduerbia, quæ deberent esse paroxytonona perispomenωs efferunt, vt παντῶς, ὄντως, αὐτομάτως.

2. ADVERBIA terminata in θεν & θι tonum primitiuorum, à quibus deriuantur seruant, vt à πάντες, πάντοθεν, ab ἄλλο, ἄλλοθεν, ab ἀγρός, ἀγρόθεν & ..., ab ἔξω, ἔξωθεν, ab ἄνω, ἄνωθεν, ab αὐτὸς, αὐτόθι; quæ vero habent η, in penultima, si veniant à Barytonis aut circumflexis, penaflectuntur, vt ... θεν, ἀρχῆθεν: πόθεν autem à πῶ vndenam, acuit penultimam ad discrimẽ ποθέν, quod est oxytonũ & indefinitũ, alicunde.

3. ADVERBIA interrogatiua monosyllaba sunt περισπώμενα, vt πῶς ἔχεις; qui vales, si verò indefinitè sumantur sunt enclitica, vt οὐκ οἶδά πως. Dissyllaba verò sunt paroxytona vt πότε, πόθεν, πόσον, quæ si non interrogatiuè sed indefinitè accipiantur encliticarum naturam induunt, vt τοῦτο ... ποθεν *hoc accepit alicundè.*

4. NOMINA neutra aduerbia facta tonum suum seruant vt συνεχὲς, ταχὺ *velociter*, τάχιστα *velocissimè*: ἡδὺ, ἥδιον, ... *iucundè, iucundiùs, iucundissimè*, τελευταῖον *denique*. πολὺ *multùm*, μικρὸν *paulum*, sic πλεῖον *plus* excipiũtur Attica quædam, quę Accentum retrahunt, vt ἄληθες, ἐπίπεδος, ἔπιπεδα.

5. ADVERBIA finita in ζε antepenultimam acuunt, vt Ἀθήναζε, θύραζε: excipe χαμᾶζε.

6. QVAE terminantur in δα antepenultimam acuunt, maximè aduerbia ludorum, vt κύνδα, διαπέτινδα. Aduerbia autem in δην penultimam acuunt, vt λογάδην à λέγω, γράβδην à γράφω, ἀριστίνδην, ἀγχιστίνδην: Quæ verò in δον exeunt vltimam acuunt, vt βουστροφηδὸν *more boum arantium*, κυνηδὸν *canis instar*, ἀγεληδὸν *gregatim.*

7. ADVERBIA positionis verbalium, à quibus descendunt Accentum retinent, & penultimam acuunt, vt λέλεκται λεκτέον, τέτυπται τυπτέον, γέγραπται γραπτέον, vt apertè Latinè innuit.

8. DESINENTIA in υ circumflectuntur, vt ... ῦ apud Aristophanem. finita autẽ in ι, quibus ι, est additum demonstrandi gratia, vltimam acuunt, vt νυνί, οὑτοσί, αὑτηί,

reliqua

reliqua verò sunt grauitona, vt νόσφι, ἶφι, quia vltimum ι est breue. excipias tamen περὶ quod vltimam acuit. Quæ verò in diphthongum exeunt circumflectuntur, vt οὐδαμοῦ: demptis οὐ, ἰδοὺ ecce, & ἰού. οὔτε autem non circumflectitur, sicuti nec εἴθε & εἴτε, quia encliticæ cum aliis coniunctæ tonum non mutant, sed solum transferunt aut amittunt.

In ις dissyllaba grauantur, vt μόγις: excipe χωρὶς & ἀμφὶς; sic trissyllaba quæ in penultima habent α penacuũtur, vt οἰκάδις: sic sæpiùs desinẽtia in κις à neutris facta, vt πολλὰ, πολλάκις. sicut & desinentia in χα dissyllaba, vt τρίχα: si tamen sint polysyllaba antepenultimam acuunt, vt τέτραχα. 9.

Adverbia in ξ acuuntur in fine, vt λάξ: excipe ἅπαξ & πέρξ. 10.

De Coniunctione.

Coniunctiones copulatiuæ acuuntur in vltima μὴν, δὲ, τὲ, ἀλλὰ, ἠμὴν, ἠδὲ, ἰδὲ, ἀτὰρ, αὐτὰρ, κὲν, αὖ; excipio ἤτοι, quę penacuitur: acuuntur quoque in vltima Continuatiuæ, vt ἐπειδὴ, & ἐπεί: addita etiam particula περ idem seruatur Accentus, vt ἐπείπερ, ἐπειδήπερ, in quibus longa natura ante breuem acuitur, nõ circumflectitur: quia accessiones, quæ fiunt ad voces inflexibiles, nulloque casu variatas nunquam Accentum, neq; eius sedem mutant, vt εἴθε vtinam, ναίχι certè, εἴτε & οὔτε aduerbium: vnica tamen coniunctio ἄρα deflectit ab hac regula. Canon 1.

Disiunctivae acuuntur in vltima ἤ, ἠέ: ἦ autem pro affirmatiua certè, circumflectitur. 2.

Causales, quæ monosyllabæ non sunt, censentur paroxytonæ, vt ἵνα, ὅπως, ὄφρα: si autem sint plurium syllabarum antepenultimam acuunt, vt ἕνεκα, οὕνεκα. 3.

Adversativae penacuuntur, vt καίτοι, καίπερ, ἔμπης, ὅμως. 4.

Expletivae multæ monosyllabæ acuuntur, δὴ, ῥὰ, πὲ, πὼ, γὲ, μὲν, οὖν autem, quæ est illatiua circumflectitur, sicut γοῦν. 5.

Dubitativa ἆρα, & κᾆτα circumflectitur; sed ἄρα *igitur* penacuitur. Reliquas verò omnes sicut & aduerbia recensere ac regulis includere, longius, quàm par sit, esset: talium enim particularum prolixa enumeratio potius confusionem, quam facilitatem pareret, cùm interdum quælibet particula regulam propriam postularet. 6.

DE ENCLITICIS CANONES

Quid sit Enclitica.

Enclitica dictio est, quæ vel Accentum proprium

in dictionem præcedentem refert, vel quæ proprio ſpo[...] Accentu, pręcedentem dictionem propter orationis iunc[...]ram Accẽtu graui in vltima notatam, eam oxytonam fa[...] vt σῶμά ἐστι. Θεός τε, καλός τε. Synencliticæ ſunt, quan[...] in ſerie orationis plures Encliticæ dictiones concurrun[...] quæ cùm tonum in præcedentem reiiciant, fit vt omn[...] acuto notentur, vltima verò Accentu deſtituatur: vt ἤ, [...] πού δέ ποῦ ἔχει.

DE NVMERO ENCLITICARVM.

Nomen.

VNICVM eſt nomen encliticum τίς videlicet, in omn[...]bus caſibus & numero & in omni genere, dum modo in[...]nitè ſumatur, vt γράφεταί τις, *ſcribit quiſpiam*; dum verò tan[...]quam ſignum interrogationis ponitur, ſemper acuitur, vt [...] γράφεις; *quid ſcribis? τίνος ἕνεκα; cuius rei cauſa? τοῦ* vel τ[...] aut apud Euſtathium ὅτεω & ὅτεων Accentu Atticè in ante[...]penultima collocato, infinitè ſumptum inclinat, licet ſit cõ[...]trouerſia an ὅτεω & ὅτεων triſſyllabum inclinet; ſumptum autem pro interrogatiuo nunquam inclinat.

Pronomen.

TRIA primitiua Pronomina in certis caſibus cenſen[...] enclitica, vt ἐγώ, eſt encliticum in iis caſibus, in quibus [...]perit ſcilicet, μου, μοι, με. Secundæ autem perſonę Pronom[...] in his caſibus σου, σοι, σε, Pronomen verò tertiæ οὗ, οἷ, ἕ: & [...] numero duali σφὲ & σφωέ, ſiue σφω pro σφὲ, cùm eſt ter[...] perſonæ: σφω enim ſecundæ perſonæ non eſt enclitic[...] In plurali verò σφισι, σφιν, ſiue σφι, pro σφισι, & σφεας pro [...] enclitica ſunt. Caſus verò & perſonæ ex alia dialecto [...] communi deprompṭæ, quæ ſuperioribus æquiualent [...]bentur encliticæ, vt μεῦ pro μου, σεῦ pro σου, ἑθεν & [...] p[...] τυ pro συ, ſæpius tamen in codice correcto apud Theo[...]tum legi τυ non encliticum. Hæc autem omnia Pronom[...] ſunt enclitica cùm abſolutè dicuntur, nec aliò referu[...] ſed cùm per appoſitionem ad aliam perſonam conne[...]tur, encliticarum dictionum naturam exuunt, quod [...] præſtant, cùm iunguntur cum his particulis ἕνεκα, [...] εἵνεκα, aut cum Coniunctionibus diſiunctiuis aut cum [...]poſitionibus, tunc enim non cenſentur enclitica, vt [...] non ἕνεκά μου, ſic ἢ μέ, ἢ σέ, ſic διά σέ, περὶ σοῦ, κατ' ἐμέ, non διά σε. Recipiunt quoque Accentum & enclitica non [...] ſi ante aliud Pronomen collocentur, vt σφίσιν αὐτοῖς pro ἑαυτοῖς, σφέας αὐτοὺς pro ἑαυτούς.

Verbum.

Dvo verba sunt enclitica εἰμί & φημί in toto præsenti: εἶ, verò secunda persona cùm Accentu circumflexo notatur, non est encliticum, εἷς autem secunda quoque persona encliticum est, cùm Accentu acuto notatur, sic ἐστί & εἰσί: φῄς verò secunda persona à verbo φημί, quia est circumflexa, non est enclitica: Cæterùm ἔασι Ionicè pro εἰσί non est encliticum: in verbis enim dictio, quæ duas excedit syllabas enclitica non est. Hinc composita, non censentur enclitica, vt σύμφημι: licet φημὶ simplex sit encliticum.

Aduerbia.

Haec aduerbia cùm infinitè sumuntur, enclitica habentur, ποθέν, ποθί, ποτέ, πώς, πώ, πῄ, πού, vt ἦλθέ ποτε *venit alicundè*: si tamen interrogatiuè sumantur enclitica non sunt, vt πῆ ἔχεις; *quónam modo habes?*

Coniunctiones.

Coniunctiones quæ copulatiuæ sunt encliticæ κέ, κέν, & τε, vt ἅγιός τε, ἄγγελός τε. Aliæ verò sunt expletiuæ, quæ passim à poëtis ad carmen explendum elegantissimè tamen vsurpantur, vt ῥα, νυ, περ, τοι, γε, θην, νυν, πω, & aliæ similes: νῦν autem aduerbium, vt notat Aristophanis interpres, circumflectitur: νύν verò expletiua acuitur & breuis est, vt notat idem interpres. Inclinatur etiam ἂν post οὐκ si tantum neget, vt οὐκ ἂν *non*, si verò vel concludat, vel interroget, retinet suum Accentum, vt οὐκοῦν *ergo, igitur*. δὲ etiam inclinatur cùm in dictionibus cum articulis posita apostrophen patitur, vt [illegible]. Hic verò notandum est interdum encliticas dictiones cum quibusdam vocabulis ita cohærere, vt in scribendo separari non debeant, qua in re multi labuntur, vt ὅστε, οἷοί τε & οἷόντε, si enim seiungas huiusmodi voculam τε & scribas οἷός τε, ac dicas οἷός τε εἰμί, potius significabis *qualis sum*, quàm *potens sum*.

Quot modis Enclitica tonum reyciat.

Qvinqve modis encliticæ dictiones reiiciunt tonum in vltimam syllabam præcedentis dictionis.

Primo si dictio quæ præcedit encliticam penultimam acutam habeat, eamque longam, quam vltima breuis consequatur, vt λάμπέ τε, φύλλά τε. 1.

Secvndo si dictio, quæ antecedit encliticam habeat Accentum acutum in antepenultima, vt κέκληνταί σου, κέκλυτέ μου. 2.

3. TERTIO si dictio, quæ encliticam præit, inflectatur in penultima, vt σῶμά σου.

4. QVARTO si post dictionem in penultima acutam, si illa sit breuis, siue lōga subsequatur enclitica ab σφ incipiens vt τόξά σφεων, ἵνά σφιν.

5. QVINTO cùm præcedit aliqua monosyllaba dictio que natura sua tono destituitur: illa enim encliticæ sequentis Accentum mutuatur, vt ὥς σεο ὅγε, εἴ σφων, οὔ φησι.

Quot modis Enclitica dictio suum tonum seruet.

ENCLITICA dictio, & quæ eam præcedit, duobus modis Accentum suum retinet.

1. PRIMO cum præcedit in concursu orationis aliqua dictio graui in vltima notata, & enclitica dissyllaba sequitur, vt Ἰουλιανὸν φημί. Hoc tamen perpetuò verum non deprehenditur: legitur enim in correctis codicibus ἀεί ποτε.

2. SECVNDO cùm multæ encliticæ vnum in locum conueniũt: singulæ enim acutos habent tonos præter vltimam quæ nuda remanet, vt τίς σέ μοί φησί ποτε.

Quot modis Enclitica suum Accentum non retinet nec remittit.

ENCLITICA suum Accentum amittit, nec tamen præcedenti dictioni tribuit tribus modis.

1. PRIMO si monosyllaba enclitica postponatur dictioni oxytonæ, vt ἀδελφός μου: grauis enim tantum, qui esse debuisset in concursu orationis, in acutum mutatur.

2. SECVNDO cùm dictio, quæ encliticam præcedit in vltima circumflectitur, vt καλῶς τε, σοφῶς τε.

3. TERTIO si præcedat dictio, quæ penultimam acuit & non sit trochaica, vt ἄναξ τε, ἀτρείδης τε.

Canones particulares de tertia persona ἐστί.

ἔστι est acutum in penultima post	εἰ	εἰ ἔστι
	οὐκ	οὐκ ἔστι
	ἀλλὰ	ἀλλ' ἔστι
	ὡς	ὥ ἔστι
	καὶ	καὶ ἔστι
	τοῦτο	τοῦτ' ἔστι, & initio orationis τοῦτο.

ἐστί est acutum in vltima post	Dictionem quæ acuit secundam à fine vt πόνος ἐστί.
	Secundam à fine circumflexam in vltima sit positione longa, vt ...

ἐστὶ est encliticum post dictionem, quæ Accentum habet in
- Vltima { θερμός ἐστι, ἑρμῆς ἐστι } & tunc Accentum amittit.
- Tertia / Secunda } à fine { Acutũ, vt ἄνθρωπός ἐστι. Circumflexum, modò extrema sit breuis οἶκός ἐστι.

HAEC Baillius de Accentibus. Reliquum est vt, quemadmodum antea sumus polliciti, paucis quoque perstringamus, quo Spiritu, asperóne an tenui, vocales & diphthongi notentur. Horum enim alterutro sunt semper afficiendæ, quoties dictionis initium occupabunt. Primùm itaque de his generalia quædam præcepta trademus, nulla ratione habita literarum, quę initiales has vocales vel diphthongos subsequantur. Posteà verò explicabitur, quem Spiritum vnaquæque ante has vel illas literas obtineat.

SPIRITVVM RATIO.

SPIRITVS Nominatiui retinetur in obliquis. sic in verbis omnia tempora seruant spiritum pręsentis, quamuis vocalis mutetur; vt ἁμαρτάνω, ἡμάρτανον, pecco, peccabam: ᾄδω, ᾖδον, cano, canebam. Excipe ἔχω, cuius futurum est ἕξω, 304,1. & 381,13. *Regula.* *ἔχω, μ. ἕξω.*

2 Composita, retinent Spiritum simplicium: sic deriuata primitiuorum, modò principalis litera seruetur. Excipe ἱδρώς, *sudor*; ab ἰδίω, *sudo, laboro*. ἄμυδις, *simul*; ab ἅμα, *simul*, Æolicum est. Æoles autem spiritum asperum omnino respuunt, 120,33. *Composita.* *Deriuata.* *Æolismus.*

3 Numeralia aspirantur, præter ὀκτὼ, *octo*: ἐννέα, *nouem*: & εἴκοσι, *viginti*. sic eorum deriuata, ὄγδοος, *octauus*: ἔνατος, *nonus*: εἰκοστὸς, *vicesimus*, &c. *Numeralia.*

4 Relatiua vel redditiua, facta per aphæresim consonantis aspirantur; vt τόσος, ὅσος, *tantus, quantus*: πηνίκα, ἡνίκα, *quãdo, quum*. Excipe τῆμος, ἦμος, *tum, quum*. *Relatiua siue redditiua.*

5 Pronomina ab ε inchoata, leuigantur; præter ἓ, *se*; cum composito ἑαυτοῦ, *suiipsius*: & ἕθεν atque εἷο, pro οὗ, *sui*: & ἑὸς, pro ὅς, *suus*. Quæ ab alia vocali quàm ε incipiunt, aspirantur; præter αὐτὸς, *ipse*. aspiratur & αὑτοῦ pro ἑαυτοῦ *Pronomina.*

6 Articuli notantur spiritu aspero. nam ὦ nõ est articulus, sed aduerbium vocandi. *Articuli.*

7 Augmentum ε præpositum consonanti, leuigatur, præterquam in præterito perfecto & plusquamperfecto verbi ἵστημι, *sisto*: ἕστηκα, ἑστήκειν, 234,25. & 369,31. *Augmentũ Syllabicum.*

8 Quum

8 Cum verò ε Atticè præponitur vocali, seruat Spiritu[m] præsentis, 298, 20.

Præpositiones. 9 Præpositiones leuigantur, præter ὑπὸ & ὑπὲρ.

Coniunctiones. 10 Coniunctiones leuigantur, præter causales; vt ἵνα, ὥ[ς], ἕνεκα & ἕνεκεν, & Ionicè εἵνεκα & εἵνεκεν, *causâ, gratiâ*: ἵνα tamen (id est, *vt*) leuigatur.

Regula. 11 Quæ à vocali aspirata incipiunt, si υ assumant, aspirationem abiiciunt; vt ὅρος, οὖρος, *terminus*. significat etiam ὄρος *montem*; sed tum fit à τὸ ὄρος, Spiritu tenui.

Notio. 12 Hoc notatu dignum, Latinos sæpenumero Spiritum Græcorum asperum per h exprimere: Ἕκτωρ, *Hector*. interdum per s: ὑπὲρ, *super*: ὑπὸ, *sub*: ὗς, *sus*: ἕρπω, *serpo*: ἕξ, *s[ex]*: ἑπτὰ, *septem*. nonnunquam etiam, sed rariùs, per v con[so]num: vt ἑσπέρα, *vespera*: ἕλω, *vello*: ἕλκος, *vulnus*.

υ vbique aspiratum. Sed iam aperiamus quo spiritu vnaquæque vocalis a[c] diphthongus ante has vel illas literas afficiatur. Atque υ quidem, semper ante quascumque literas aspiratur: aliæ autē vocales ac diphthongi omnes, tenui magis quàm aspero spiritu gaudent. De aspiratis igitur sunt solùm tradendæ regulæ, & earum exceptiones. vbi enim de omnibus vocabulis aspirandis constiterit, reliqua omnia leni Spiritu afficiēda censebūtur. Primùm itaq; α ante βρ. aspiratur: Nam:

Ante quas literas α aspiretur.

ἁβρὸς, *delicatus mollis*, cum deriuatis, siue ea simplicia sint, siue deriuata aspirari solet, vt ἁβρὸς, ἁβρότης, & cōposita, ἁβρόκαρπον, *abrotonum herba*, ἁβρότονον, & ἁβροτόνιον, *nomē meretricis*, quorum quædam Æolicè aliquando tenuantur, vt ἄβρα, & ἀβρότονον, *cum est herbæ nomen*.

γι: ἅγιος, *sanctus*, ab ἅζω.

δρο: ἁδρος, *adultus, plenus*.

λι: ἅλις, *satis*: †ἁλία, *mare*.

λκυ: ἁλκυὼν, *halcyon auis*.

λμ: ἅλμη, *salsugo*.

λοσ: ἁλοσύδνη, *mare*.

λουρ: ἁλουργὸν, *purpureum*.

λσ: ἅλσις, *saltus, palpitatio*: hæc quidam leuigant: quę omnia ad secundam regulam generalem aptius reuocari possent: nam deriuata sunt ab ἅλς & ἅλσις ab ἅλομαι.

λω: ἁλῶναι, *capio*: ἅλως, *area*.

μαξ: ἅμαξα, *plaustrum*, ab ἅμα, *simul*: & ἄγω, *duco*. alij deducunt ex ἄμητος, *messis*; & ἄγω: ac ideo a[le]uigant: vt Hesiodus, [ἐς] ἄμαξαν, *in plaustrum*.

μαρτ: ἁμαρτάνω, *pecco*.

μιλλ: ἅμιλλα, *certamen*.

παλο: ἁπαλὸς, *tener, delicatus*.

πανταχ: ἁπανταχῆ, *vbique*.

πλο: ἁπλόος & ἁπλοῦς, ἁπλόη & ἁπλῆ, *sim[plex]*.

ρμ: ἅρμα, *currus*: ἁρμόζω, *congruo*.

ρπ: ἁρπάζω, *rapio*.

ψικ: ἀψίκορος, *mox [satia]tus*.

ψιμ: ἁψιμαχία, *pugnæ [præ]ludium*.

AB HIS REGVLIS EXCIPE COMPOSITA EX α: VT

Ἀγίγαρτος, *vinaceis carens*; vuæ species.

Ἀλίαστος, *ineuitabilis.*

ἀλιθὴς, έος, & ἄλιθος, ου, *non calculosus, sine calculis.*

ἄλιμα, τὰ, *pharmaca quæ famem obrepere prohibent.*

ἀλίμενος, *importuosus, portu carens*: vnde ἀλιμενία, *importuositas.*

ἀλίπαντα, τὰ, *medicamenta non pinguia.*

ἀλιπαρὴς, έος, *non pinguis.*

ἀλίπαστον, *genus carnis sine pinguedine*: * at ἁλίπαστος, *mari seu sale aspersus*, aspiratur.

† ἀλίπηρα, τὰ, *impinguia.*

ἀλιπὴς, έος, *pinguedine carens.*

ἀλώβητος, *illæsus.*

ἀλώφητος, *indesinens.*

Ἀμάρτυρος, *testibus carens.*

ἄπαλον, *indutiæ, cessatio à palæstra.*

Ἄπλοια, *nauigandi incommoditas.* sic ἄπλοιος, *nauigio carens*: ἄπλοος, *nauigationi ineptus.*

ἄπλοκος, *non implicatus.*

ἀπλέστεραι, *minus valẽtes nauigare.*

ἄπλουτος, *inops, sine diuitiis.*

Et si quæ sint alia composita ex α quæ possint in eas regulas cadere, siue illud α significet priuationem, siue intentionem, siue simul, siue malum & difficultatem, siue modicum; siue sit abundans semper enim α in compositione leuigatur; præterquam in ἄλυσις, *catena arcta & solida*, aut *vinculum intortum & inextricabile*, ex α priuatiuo, & λύσις, *liberatio, solutio*: (vnde ἀλύσιον, *catenula*: ἀλυσίδετος, & ἀλυσιδωτὸς, *catenatus*) & præterquam in ᾅδης, ου, *Pluto, inferus*, ex α, & ἰδεῖν, *videre.* Sunt & alia à prædictis regulis degenerantia; eaque partim composita ex α, sed quorum compositio non satis est nota: partim ex α non composita. Leuigantur autem, quod nullam habeant affinitatem cum aspiratis. Veruntamen non omnia in genere, quorum initium est αγι, αδρο, &c. ab eodem capite manant: neque etiã omnia aspirãtur: nam sequẽtia omnia in emendatissimis variorum & bonorum authorum exemplaribus leuigata deprehendi.

Ἀγιγαῖος, *Agigæus* proprium viri.

Ἀγινέω, & ἀγινέσκω, *veho, duco.*

Ἆγις, *Agis*, rex Lacedæmoniorũ: à quo & alij reges vocabantur ἀγιάδαι.

ἀγιστμὸς, *via, semita.*

ἀγιστὴς, οῦ, *iniurius*: sunt qui aspirent.

Ἀλίαρτος, * vrbs Bœotiæ: at ἁλίαρτος, spiritu aspero, est *herbosus.* vel rectius, vt apud Homer. etiam nomen vrbis.

ἀλίγκιος, *similis.*

ἄλιθες, αἱ, *alliorum & ceparum capita & nuclei.* Hesych. Etymol. & Suidas habent ἄγλιθες.

Verius est ἀλίπαντον ex α & λιπαίνω pinguefacio, vt & ἀλιπαρὴς, ab α, & λιπαρὴς pingu. Pro ἀλίπηρα, etiã Hesych. habet ἀλιπαρῆ, idq; exponit, squalida.

Tenuem spiritũ habẽtia, quamuis incipiant ab ἀγι, &c.

** Inanem esse hanc [illegible] nẽ arguit versus Homeri,* Κορώνειαν καὶ ποιήεντ' Ἁλίαρτον [illegible]

Ἀλι

ἔχειν: aspirari. n. probat θ ex τ factum in ποιήενθ pro ποιήεντα.

Ἀλιλὰτ, Alilat: sic dicitur Vrania ab Ægyptiis.
ἁλινδέομαι, voluor.
ἁλινδήθρα, volutabrū, locus in quo se volutant iumenta.
ἅλιξ, alica.
ἁλίσαια, τὰ, robusta.
ἁλίσβη, deceptio, fraus.
ἁλίσγημα, contaminatio.
ἁλίσγω, polluo, Hesych.
ἅλισμα, alisma, plantę genus.
ἁλίστρα, volutabrum.
Ex me vt aliquis occurrens, te beatum diceret.

Cùm verò tollitur altera vocalis, quæ cum alia coalescens in primitiuo diphthongum efficiebat, anceps α, ι, υ, quæ sola remanet in verbo deducto sæpius breuis euadit: vt à μαίνομαι fit μανία, detracto ι, à φεύγω, φυγὴ, sublata præpositiua vocali ε, in vtroque vocabulo prima breui. Tyrteus:

Μηδὲ φυγῆς αἰσχρῆς ἄρχετε, μηδὲ φόβου.
Neque turpis fugæ, aut timoris initium facite. Solon,
Δείξει δὴ μανίην μὲν ἐμὴν βαιὸς χρόνος ἀστοῖς.
Breue sane tempus meam ostendet ciuibus insaniam.

Iste tamen canon de deriuatione vbiq; non seruatur, nam μανικὸς primam retinet longam, quamuis μανία eandem correptam habeat. Ideò Etymologia tanquam fallax à Galeno appellatur ἀλάξων μάρτυς. Sic apud Latinos lucerna corripitur, licet primitiuum eius verbum luceo producatur. Horat.Od.8.lib.3.Carm. *Notio.*

Sume Mæcenas cyathos amici
Sospitis centum: & vigiles lucernas
Perfer in lucem.

& Od.21.eiusdem libri:

Viuæq; producent lucernæ,
Dum rediens fugat astra Phœbus.

Sic verba circumflexa, quæ à Barytonis proficiscuntur, & ex diphthongo posita in penultima syllaba, alteram vocalem amittunt, ancipitem in penultima relictam corripiunt: vt à πείθω fit πιθῶ, à δαίω fit δαῶ, sic mutato accentu à τίω fit τιῶ, à κύρω fit κυρῶ, à φύρω φυρῶ, quæ omnia penultimam corripiunt.

3 COMPOSITIONE. Cùm simplex breue censetur, compositum eandem legem seruabit: vt βαρὺς, & βαρέω primam corripiunt: sic compositum οἰνοβαρὴς penultimam corripit. Homer.Iliad.α.vers.225.

Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων.
O vino grauis, canis oculos habens.

Eadem ratione particulæ quædam in compositione occurrentes suas ancipites corripiunt: particulæ autem tales sunt, ἐρι, ἀρι, ἀ, ἄγα, ἀγαν, βρι, δις, ζα: vt ἀρίδηλος, ἐρίτιμος, ζα-

μῆνις, & alia permulta. Nec ab hac lege deflectunt vo[...] ancipites, quæ mediam compositionem ingrediuntu[r:] prius enim corripiuntur, vt καλλιπάρῃος. Homerus Ili[...] vers. 184.

Πέμψω ἐγὼ δὲ κάγω βρισηΐδα καλλιπάρῃον.

Mittam, ego autem duco Briseidem pulchram genis.

Nonnunquam tamen anceps in medio compositionis sita producitur, vt τιμαλφήτης.

4 DIALYSI diphthongi propriæ, vel impropriæ [...] enim per diæresin diphthongus dissoluitur, vocales an[...]tes dissolutæ breues euadunt, vt πάϊς, pro παῖς. Hesi[od.] ἔργων, versu 50.

Κρύψε δὲ πῦρ, τὸ μὲν αὖτις ἐῢς πάϊς Ἰαπετοῖο.

Abscondit verò ignem, quē quidē rursus bonus Iapet[...]

Id verò sæpius solet euenire, his particulis in composit[ione] dissolutis, & duobus apicibus notatis, ἐῢ pro εὖ, ἠΰ pro [...] vt apud Hesiod. ἔργων. vers. 164.

Ἐς Τροίην ἀγαγὼν Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο.

Ad Troiam ducens Helenæ pulchricomæ causa.

Sic Tryphiodorus in excidio Ilij, vers. 50.

Καὶ Σκῦρον μὲν ἔβαινε λιπὼν ἐϋπάρθενον ἄστυ.

Scyrum quidem profectus est relinquens vrbem pulc[hras] virgines habentem.

Theocritus tamen dum dissoluit ᾳ diphthongum im[pro]priam in αϊ, α producit in dictione ῥάϊστα. Eidyll. 11.

Οὕτω γοῦν ῥάϊστα διᾶγ' ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἡμῖν.

Sic igitur vixit facillime Cyclops apud nos.

Sic apud Dionys. in lib. de Situ orbis, versu 322. & 323. [...] deductum à Θρᾷκες, ex quo deriuatum est Θρῆκες, & pe[r dis]solutionem Θρήϊκες, ϊ dissolutum producitur:

Αὐτοί τε Θρήϊκες ἀπείρονα γαῖαν ἔχοντες.

Ipsiq; Thraces immensam terram habentes.

Latini vocales in diæresi nunc producunt, nunc breuiant.

Nicander tamen in Theriacis eandem syllabam nunc [pro]ducit, nunc corripit. Latini dum diæresi vtuntur partim [vo]cales diuisas corripiunt, vt Catull. in hoc hendecasyll[abo]:

Si linguam clauso tenes in ore.

Partim producunt, vt in illo Virg.

Diues opum, diues pictaï vestis, & auri.

Quod in locis tātum quatuor, more Græco, à Virg. [...] Probus annotauit. A Lucretio vero sæpissimè vsu[rpari] nemo nescit, vt in his versibus: lib. 8. vers. 88.

Aulide quo pacto Triuiaï virginis aram
Iphianassaï turparunt sanguine fœdè.

& Ouidius ad Liuiam:

Debuerat fusos euoluisse suos.

& Catullus:

Verbosa gaudet Venus loquela.

5 REDVPLICATIONE. Cùm enim ι ponitur in ἀναδιπλασιασμῷ, id est, geminatione, quę locum habet in verbis in μι, & in aliis, quæ illa imitãtur, illud corripitur, vt δίδωμι, τίθημι, πιτάινω. Homer. Iliad. α. de Chriseide:

Πατρὶ φίλῳ ἐν χερσὶ τίθει. ——
Charo patri in manibus ponebat.

Et Nonnus Poëta Panoplitanus:

—— *χάριν γενετῆρι πιταίνων.*
agens gratiam patri.

Si tamen verbum oriatur ab alio, in quo persona thematis sit positione longa, & ab eo detrahatur positio, ι remanet productum: vt à γιγνώσκω, quod oriebatur à γνόω, fit γινώσκω prima longa, & à γίγνομαι, quod deducebatur à γείνω, vel γεννάω, fit γίνομαι prima etiam longa. Hesiod. ἔργων, vers. 278.

Γίνε... εἰ γάρ τις κ' ἐθέλῃ τὰ δίκαι' ἀγορεύειν.
Est bona iustitia: si verò quis voluerit iusta dicere.

Et in eodem libro, versu 279.

Γινώσκων, τῷ μέν τ' ὄλβον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς.
Cognoscẽs, huic quidẽ felicitatẽ largitur latè videns Iuppiter.

6 THEMATIS PRIVILEGIO. Anceps siquidem in principio thematis collocata, sæpius fit breuis, vt ἱκάνω. Homerus Iliad. α. versu 254.

Ὢ πόποι, ἦ μέγα πένθος ἀχαιΐδα γαῖαν ἱκάνει.
O dij immortales, certè magnus luctus Achiuam terram inuadit.

Anceps tamen in capite præteritorum, augmenti gratia, extenditur:

Καρπαλίμως δ' ἵκανε θοὰς ἐπὶ νῆας ἀχαιῶν.

Quamuis per systolen, interdum licentia poëtica corripiatur, Iliad. ψ. vers. 2.

Ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο. Et Iliad. α. vers. 3.

—— *ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν.*

7 TERMINATIONE. In οεις. Adiectiua siquidem in οεις desinentia, antepenultimam corripiunt, vt ὑδατόεις, φοινικόεις, σιγαλόεις. Hesiod. in clypeo Heculis, vers. 95.

Ὦ φίλος, ἀλλὰ σὺ ῥίμφα ἔχ' ἡνία φοινικόεντα.
O amice, sed tu celeriter contine habenas rutilantes.

Homer. Iliad. ε. versu 226.

Ἀλλ' ἄγε, νῦν μάστιγα, καὶ ἡνία σιγαλόεντα.
Sed age, nunc scuticam, & habenas mirificas cape.

CAPVT secundum syllabas longas complectitur, his verbis: Omnis, inquit, syllaba longa cognoscitur: vocalibus longis, & α. vt ἀτενίζω. Homer. Iliad. χ. 182.

Caput secundum de syllabis longis.

Οὐδ᾽ ὄθομαι κοτέοντος, ἀπειλήσω δέ τοι ὧδε.

Nec aduerto irascentem: minabor autem tibi sic.

Diphthongus producitur. 2 DIPHTHONGO qualibet. Omnis enim diphthongus producitur. Hom. Iliad. χ.

Αὐτὰρ ἐγὼ, κἀκεῖθι, φίλου μεμνήσομ᾽ ἑταίρου.

Tamen ego, & illic, dilecti recordabor socij.

Accentus circumflexus. 3 ACCENTV circumflexo. Omnis enim syllaba circumflexa producitur: vt πῖνε, δῖος. Hom. Odyss. ζ 242.

Ἤτοι ὁ πῖνε, καὶ ἦσθε, πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς

Atque ille bibebat, & edebat astutus diuus Vlysses.

Contracta producuntur. 4 CONTRACTIONE. Contracta enim omnia producuntur: vt ἶφι pro ἴφι. Eandem autem vim sortitur Crasis in orationis concursu posita, quæ fit per Apostrophen minime. & ideo præuidendum ne confundantur. Crasis enim quam afficit syllabam producit: Apostrophe verò eam sibi vim nõ vendicat, vt lib. 2. Anthol. τἀμὰ δὲ σώματα. – Si tamen per Apostrophen scribas τὰ 'μα corripitur: sic τἄνω per crasin longum est pro τὰ ἄνω.

[Po]sitio triplex. 5 POSITIONE. Fit autem positio apud Græcos tribus modis. Primus est, cùm vocalem in eadem dictione sequuntur duæ consonantes, aut aliqua ex duplicibus ζ, ψ, ξ: vt θύρσος, ψάλλω, φράζαι, τύψω, λέξω. Alter est, cùm vna dictio in consonantem desinit, & sequens ab altera consonante initium sumit: vt in hoc versu Homerico,

Αὐτίκ᾽ ἄρ᾽ Ἥφαιστον προσεφώνεεν ὃν φίλον υἱόν.

Confestim Vulcanum allocuta est suum filium.

Tertius denique est, cum aliqua vocalis breuis, existit in fine dictionis, & dictio quæ sequitur, aut duplicem literam aut duas consonantes sortitur: vt in illo Lini Poëtæ antiquissimi versu,

Τὰς μὲν ἀπὸ ψυχῆς εἴργειν φυλακαῖσι νόοιο.

Has tu custodia mentis, ab animo arceto.

Orpheus in Argonauticis,

Λῆμνόν τε ζαθέην. ——

Lemnúmque diuinam.

Theognis in suis sententiis:

Ἐν δὲ σπουδαίῳ πρήγματι παυρότερος.

In serio verò negotio paucior es.

Non ignoramus à Probo, Diomede, Donato, Mario Victorino, plures cõstitui positionis modos, nunc octo, nunc ... Verùm imprimis vnum ex illis nunquam recipiunt Græci, cùm videlicet j, & v, degenerant in consonantes positionemque iuuant: reliquos verò modos omnes, in hos tres superiores reuocauimus.

HAS porro tres positionis formas Græci quidem poëtæ

fa-

ſamiliariſſimas habẽt. Latini duas priores retinent, tertiam familiarem non habent, imitantur tamen nonnunquam. Catullus in Hymenæo:

Nulla fugæ ratio, nulla ſpes: omnia muta.

Tibul. lib. primo:

Pro ſegete ſpicas, pro grege ferre dapes.

Catullus in Iambico trimetro puro, qui continet Faſeli dedicationem:

Propontida, trucémve Ponticum ſinum.

In quo verſu extremæ ſyllabæ dictionis (*Propontida*) Iambum efficiunt, propter dictionem ſequentem, quæ à duabus conſonantibus initium ſumit, vt recte annotauit Muretus.

C v m autem poſitio poſteriore modo fit, Poëtæ Græci ad nutum & arbitrium, vel illam producunt, ſi id carmen poſtulet, vel corripiunt, quamquã rarius. Hom. Odyſſ. ι. 24.

Δουλίχιόν τε, Σαμή τε, καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθος.

Dulichiumq́ue Sameq́ue, & nemoroſa Zacynthus.

Nec mirum: in vera enim poſitione, nonnunquam vocalis neglecta poſitione corripitur: Homer. Iliad. ρ.

ὡς οἱ μὲν μάρναντο σιδήρειος δ' ὀρυγμαδὸς. Et Aratus,

Καὶ πτεαὶ ὄρνιθες καὶ ἀλέκτορες ἐξερχόμενοι.

Interdum etiam λ, μ, ν, ρ, naturam duplicium induunt: vt quiuis facilè perſpiciet ex iis, quæ de liqueſcentia docebimus. Hinc quoque fit, vt litera σ, quæ pro liquida aliquando cenſetur, in fine alicuius pedis, ſequente etiam vocali producatur. Homer. Odyſſ. α. 5.

Ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν, καὶ νόστον ἑταίρων.

Magna cura ſeruans ſuam animam, & reditum ſociorum.

Quid ſi dicãt aliqui, eſſe hic cæſuram, aut Lagarum pedem? Et in illo verſu, qui eſt apud Euſtathium;

Δὸς ἄρτον πτωχῷ, καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῷ.

Da panem mendico, atque abſonij vice pugnum.

In illo inquam verſu, ſyllaba (δὸς) longa eſt, propter σ, quãquam vir eruditiſſimus Marcus Antonius Muretus variarũ lectionũ lib. 13. cap. 4. hunc verſum eſſe ἀκέφαλον exiſtimet.

6 S Y M P H O N E S I S, quæ Synecphoneſis, & Synizeſis vocatur, quæ fit, vt ait Hepheſtio ὁπόταν δύο συλλαβαὶ, σύμφωνον μὴ ἔχουσαι μεταξὺ ἀλλήλων, ἀντὶ μιᾶς παραληφθῶσιν. id eſt, Quando duæ ſyllabæ nullam interiectam habentes conſonantem, pro vna ſyllaba ſumuntur. Ea autem figura, vel oritur, ex duabus longis ſimul poſitis, vt apud Apollonium, lib. 2. Argonaut. 1254. συνίζησις longa.

Ἰλλόμενος χαλκείῃσιν ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθεὺς.

Vinctus æreis compedibus Prometheus.

Vel ex breui & longa: Heſiodus ἔργων, 582.

Δενδρέῳ ἐφεζόμενος, λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδήν.

Arbori insidens, stridulum effundit cantum.

Hunc morem Virgil. secutus ita canit lib. 10. summi ope

Hic finis fandi, solio tum Iuppiter aureo.

Ferreiq́; Eumenidum thalami, & discordia demens.

& multis aliis in locis.

Vel ex longa & breui. Hesiodus:

Βουσὶ, καὶ ἡμιόνοισιν ἐπηέτανον, αὐτὰρ ἔπειτα.

Bobus, & mulis continuum, sed post hac.

Sic Virg. lib. 6.

Fixerit aëripedem ceruam licet, aut Erimanthi

Placarit nemora. ——

vbi pro aëripedem, alij æripedem legunt.

Vel ex duabus breuibus. Hesiod. ἔργων, 109.

Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων.

Aureum quidem primum genus mortalium hominum.

Sic Virg. lib. 1. Georg.

Cæumq́; Iapetumq́; creat, sæuumq́; Typhoëa.

Denique tales permultæ Synecphoneseos formæ, Theognidi, Tyrtæo, & Soloni sunt familiares. Obseruandum tamen ex peritiorum sententia α nunquam pati συνίζησιν, sed tantum ε.

Cæsura producta apud Græcos.

7 CAESVRA, quæ potestate sua syllabam producit, locum habet, apud Græcos, post primum, secundum, tertium, quartum, & quintum pedem. Exempla illud facient perspicuum. Post primum quidem, quæ vocatur Græcis τριμερὴς, quæ pedem vnum & syllabam continet. Hom. Od. α.

Ζηνὸς ἐνὶ μεγάροισιν Ὀλυμπίου ἀθρόοι ἦσαν.

Iouis in regia Olympi congregati erant.

Post secundum, & vocatur, πενθημιμερὴς, Latinè à M. Varrone apud Gellium, quintus semipes, à Prisciano Semiquinaria. Hesiod. ἔργων, 552.

Τὸν φθάμενος, ἔργα τελέσας, οἶκον δὲ νέεσθαι.

Hunc præuertens opere perfecto, domum redi.

Post tertiũ, quæ cæsura ἑφθημιμερὴς dicitur, Hom. Od. α.

Μνηστῆρες δ' ὁμάδησαν, ἀνὰ μέγαρα σκιόεντα.

Proci autem tumultuabantur, per ædes obscuras.

Post quartũ, quæ vocatur ἐννεημιμερὴς. Homer. Od. β.

Ἔνθα, καὶ ἠματίη μὲν, ὑφαίνεσκε μέγαν ἱστόν.

Tum verò interdiu quidem, texebat magnam telam.

Post quintum. Iliad. ξ. 185.

Καλῷ, νηγατέῳ, λευκὸν δ' ἦν ἠέλιος ὥς.

Pulchra (vita) nouiter facta, candida autem erat sicut...

Aliquis tamen posset obiicere, σ hic vel liquescere, vel duplices subire. Hinc cùm Maximus Planudes, ...

Homerum, talia exempla reperisset, ausus est dicere, finem cuiuslibet dictionis, Homero esse communem. Latini hanc quoque licentiam à Græcis sumpserunt. Producunt enim cæsuras, etiam breues, quas Diomedes mansiones, sectiones, & incisiones vocat, post primum, secundum, tertiũ, quartum pedem: post quintum vero rarissimè. Exempla subiiciamus. Post primum. Virg. lib. 3. Georg.

Latini cæsuras producũt, etiam breues.

Inualidus, etiamq; tremens, & iam inscius æui.

& lib. 4. Æneid.

Pectoribus inhians, spirantia consulit exta.

Post secundum: Virg. 5. Æneid.

Olli serua datur, operum haud ignara Mineruæ.

Hic Priscianus, alij Grammatici dicunt fieri Trochaicam, cum post duos pedes primos sequitur Trocheus dictionem terminans: vt, *Infandum regina.* Verùm hæc non est propriè cæsura.

In Gellium & Varr. animaduersio.

Monui superius M. Varronem apud Gellium, libro duodeuicesimo, capite vltimo, semiquinariam cæsuram vocare quintum semipedem, quẽ in longis versibus, qui hexametri vocantur (siue etiam Heroïci, Pythij, Epici, Bucolici à Diomede) omni modo verbum finire docet; quæ regula si vera sit, non video, qua tandẽ ratione, altera regula quam paulò ante tradidit Gellius, possit vnquam vera videri: ait enim in huiusmodi versibus, & in senariis, duos primos pedes, singulas posse integras partes orationis habere. hæc ille. Ergo aliquando non occurrit ille quintus semipes, verba igitur Varronis (omni modo) perpetuam veritatem non significant, quamquam Priscianus in tractatu de duodecim carminibus, dicat necesse esse cæsuras in carmine reperiri; quã regulam tamen cum Mureto, inanem vocare nolim, præsertim cum præstantissimi poëtæ eam tam diligenter obseruarint, & versus, in quibus cæsuræ desint, minus certè suaues, aut etiã inculti videantur. Qualis est ille Ennianus:

Romæ mœnia terruit impiger Hannibal armis.

& Homericus primus versus. Odyss.

Ἄνδρά μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ.

Virum dic mihi Musa multorum morum qui valde multum (errauit.)

Post tertium. Virg. 3. Æneid.

Dona dehinc auro grauia, sectoq; elephanto.

Diomedes libro 3. hic addit τετραποδίαν, seu βουκολικὴν, quæ fit, si hepthemimeri duas breues syllabas adiungas. Bucolica dicitur, quia Theocrit. Bucolici carminis auctor, ea plurimum sit vsus: sed meritò Priscianus eam ex numero cæsurarum reiicit.

Post

Post quartum. Virg. 7. Æneid.

Sustinet ac natæ, Turnique canit hymenæos.

Verùm in hoc vltimo versu, Grammatici aiunt H. vice consonantis subire, quod quàm sit rationi consentaneum intelligent ij, qui Agellium legerint. Is enim lib. 2. cap. magis spiritum, quàm literam esse dicit, & vidisse se librum mirandæ vetustatis, Virgilij αὐτόγραφον, in quo scriptũ erat hoc nomen (ahenum) aspiratione suprapositа, non vt iam scribitur lateri præfixa. Non poterat igitur temporibus Virgilij aspiratio esse consonans, vtpotè quæ literis non annumeraretur, nec vocalibus præfigeretur. Nec verò cœpit esse consonans litera, cùm post tempora Virgilij, literis nõ supposita, sed præfixa est, sicut nec apud antiquissimos Græcos, ideo litera cēsebatur olim, antequam de medio dictionum textu, in apicem esset reiecta, vbi hoc tempore apud eos visitur aspiratio. Illis enim contrarium accidit, atq; Latinis in aspirationis nota depingenda. Quod aliqui probant ex antiquis nummismatis Heracliensium, & nõ obscurè Athenæus lib. 9. ostendit: διόπερ, inquit, καὶ Ρωμαῖοι πρὸ πάντων τῶν δασυνομένων ὀνομάτων τὸ H προγράφουσι. Quamobrem Romani omnibus aspiratis nominibus H præfigunt.

8 COMPOSITIONE. Dum simplex est longum, & compositum longum censebitur, vt à τιμὴ, prima longa, fit ἄτιμος secunda longa.

Τὸν δ' ἔφαθ' ὅστις ἄτιμος ὑπὸ Κρόνῳ ἠδ' ἀγέραστος,
Τιμῆς καὶ γεράων ἐπιβησέμεν ἣ θέμις ἐστί.
Illum etiã dixit, qui sub Saturno fuerit honoris expers, &
Ad honores & præmia accessurum, veluti fas est.

9 DERIVATIONE cùm primitiuum est productum, quæ inde deriuantur, si nulla abiiciatur, aut mutetur litera, producuntur: vt à νικάω, fit νίκημα, νικητὴς νικητήριον, quæ omnia primam producunt, quia νικάω eandem productam habet. Hom. Iliad. γ. 138.

Τῷ δέ κε νικήσαντι φίλη κεκλήσῃ ἄκοιτις.
Et vincenti chara vocaberis vxor.

Eadem ratione, si vocalis anceps fuerit longa, in masculino producetur etiam in fœminino: vt πᾶσα primam habet productam, quia πᾶς longum est. vt Homer. Odyss. α. 53.

Πάσης βένθεα οἶδεν· ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς.
Omnes maris profunditates nouit: sustinet autem columnas

10 TERMINATIONE, Quæ vel cernitur in Adiectiuis in οεις, quatuor syllabarum, quæ primam producunt: vt σιγαλόεις, & numerosè claudunt versum hexametrum, dum in obliquis collocantur. Homer. Odyss. ε.

Ἐν θρόνῳ ἱδρύσασα φαεινῷ σιγαλόεντι.

In throno collocatum, candido, stupendo.

Et ἠμαθόεις, Ionicè, pro ἀμαθόεις. Odyss. β. 214.

Εἶμι γὰρ ἐς Σπάρτην τε, καὶ ἐς πύλον ἠμαθόεντα.

Proficiscor enim in Spartam, & Pylum arenosam.

Vel cernitur in gentilibus in ανος Dionys. de Situ orbis:

Γερμανοί, Σαμάται τε, Γέται θ' ἅμα, Βαστάρναι τε.

Germani, Samatæque, Getæque quæ simul, Bastarnæque.

In quem locum Eustathius Thessalonicensis his verbis sic docet: Ὅτι τὰ διὰ τοῦ ανος ἐθνικὰ ὀνόματα ἐκτείνει παρὰ τῷ Διονυσίῳ τὴν παραλήγουσαν, οἷον Βρεττανὸς, Γερμανὸς, Ἀλανὸς, Καρμανὸς, Λευκανός. τὸ Ἠριδανὸς οὐκ ἔθνους ὄνομα· ποταμὸς γὰρ, διὸ συστέλλει τὴν παραλήγουσαν: ὡς καὶ τὸ Ὠκεανός. id est: Nomina Gentilia in ανος desinentia penultimam producunt apud Dionysium: vt Bretanus, germanus, Alanus, Carmanus, Leucanus: Eridanus autẽ non est nomen Gentile, sed nomẽ fluuij, propterea penultimam breuem habet, sicut & Oceanus.

Ἠγνοίησεν, ἰδοῦσα καλυψὼ δῖα θεάων.

Ignorauit, conspicata Calypso diua dearum.

Caput tertiũ de Syllabis communibus.

TERTIVM verò caput, de Syllabis communibus sic incedit. Omnis Syllaba communis cognoscitur, LIQVESCENTIA, quæ cùm alioqui non sit valde positioni dissimilis, ab ea tamen in quibusdam differt. Primum quidem, quòd positionem efficiunt omnes litteræ duplices, & omnes consonantes geminatæ: at liquescentia non fit, nisi cùm aliqua ex nouem mutis, π, κ, τ, β, γ, δ, φ, χ, θ, præcedit aliquam ex liquidis λ, μ, ν, ρ. Deinde positione, syllaba solum producitur, at liquescentia ad arbitrium Poëtæ vel corripitur vel producitur, cùm alioqui natura sua esset breuis: nam syllaba quæ natura sua longa est, non corripitur. Tertiò, cùm positio tribus modis fieri soleat, vt superius dictum est, liquescentia duobus tantum modis fit: nam secundum positionis genus, liquescentiæ conuenire non potest, scilicet cùm vna dictio exit in consonantem, & sequens incipit ab alia consonante, cùm enim apud Græcos nulla dictio litera muta possit terminari, & liquescentia fiat, cùm muta præcedat liquidam, necesse est in hoc genere liquescentiam à positione discrepare. Reliqua sunt igitur duo genera liquescentiæ, si propriè sumatur.

VNVM est, cum in eadem dictione muta præcedit aliquam ex liquidis λ, μ, ν, ρ. Quæ vt facilius intelligantur, exempla omnium liquidarum ante oculos constituemus, ac vt certo ordine procedamus, primum de liquida λ agamus. Theocr. Eidyll. 27.

Ἰνὼ δ' αὖτ' ἐξέῤῥηξε σὺν ὠμοπλάτᾳ μέγαν ὦμον.

Ino auulsit vna cum scapula grandem humerum.

Idem

Idem in Epigram. hoc pentametro,

Σύκινον εὑρήσεις ἀρτιγλυφὲς ξόανον.

Ficulneam inuenies recens sculptam statuam.

In quibus versibus λ liquida, mutis ϖ & γ postposita quescit.

De μ exempla sunt apud eundem Theocritum epigrammate in Tripodem Bacchi,

Καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτον ἔχω πότμον· ἀντὶ δὲ πολλᾶς.

Nam ego talem habeo interitum: & pro magna.

& Eidyll. 27.

Λὰξ ἐπὶ γαστέρα βᾶσα· καὶ Αὐτονόας ῥυθμὸς ωὑτός.

Pedibus ventrem calcans: & Autones idem tenor erat.

& in epigrammatis,

Εὕδεις φυλλοστρῶτι πέδῳ Δάφνι σῶμα κεκμακώς.

Dormis in solo foliis constrato ô Daphni corpore defesso.

Quibus versibus liquida μ, postposita mutis τ, θ, κ, liquescit.

Quod Latini Poëtæ in nominibus iis, quæ a Græcis sumpserunt, imitantur. Horat. Ode 4. lib. 2. Carm.

Mouit Aiacem Telamone natum,

Forma captiua dominum Tecmessæ.

De ν liquida. Theognis in γνώμαις, versu pentametro,

Καὶ δάκνομαι ψυχὴν, καὶ δίχα θυμὸν ἔχω.

Et mordeor mentem, & dupliciter animum habeo.

Theocrit. Eidyll. α. 116.

Χαίρεθ᾽ ὁ βουκόλος ὔμμιν ἐγὼ Δάφνις οὐκέτ᾽ ἀν᾽ ὕλαν.

Valete. ego Daphnis bubulcus nõ amplius in syluis ero.

Idem in epigrammatis, hoc pentametro,

Πᾶνα τὸν αἰγιβόταν ὀρφανίσωμεν ὕπνου.

Pana Caprarium priuauerimus somno.

Idem ibid. versu item pentametro,

Μισθὸν· ὁ δ᾽ εἰς ἔργον πᾶσαν ἀφῆκε τέχνην.

Mercedem (pollicitus.) Ille verò ad opus omnem artem contulit.

& in Epitaphio Eusthenis,

Πάντων ὧν ἐπέοικεν ἔχει τεθνεὼς ὁ σοφιστής.

Omnia quæ par est, habet mortuus Philosophus.

Quibus versibus ν liquiescit post mutas κ, φ, π, χ, θ. Sic Horat. Od. 3. lib. 4. Carm.

—— *O mutis quoque piscibus*

Donatura cycni: si lubeat sonum

Silius lib. 8.

Ecce inter primos Therapnæo à sanguine Claus

Martial. lib. 7. Epigram.

Delectat Marium, si perniciosus Ichneumon.

Quibus versibus litera n, more Græco liquescit post p. Quamquam non est silentio prætereundum

Latiños rarum esse, idque in Græcis dictionibus dumtaxat. Nam versus ille Ouidij 8. Metamorphos.

Debuit illius misereri, & ignoscere nobis.

Quo quidam docent in verbo (ignoscere) n, liquescere, more Græco, perperam legitur; si quidem in correctis libris, Coniunctio (&) expuncta est, hoc pacto.

Debuit illius misereri, ignoscere nobis.

De litera ϱ. Theocritus in simulachrum Veneris,

Ἡ Κύπρις, οὐ πάνδημος, ἱλάσκεο, τὴν θεὸν εἰπών.

Venus ista, non est vulgaris, cole eam, deam vocans.

Idem in Epigrammatis, versu pentametro,

Καὶ τόδ' ἀπ' εὐώδους γλύψατ' ἄγαλμα κέδρου.

Et istud ex odorata sculpsit simulachrum cedro.

Et ibidem versu pentametro,

Ὀστέον οὐδὲ τέφρα λείπεται οἰχομένας.

Nec os quidem, nec cinis relictus sit abeuntis.

In his versibus liquescit ϱ, post π, δ, φ.

Admonendum te hic duxi, lector candide, hanc primam regulæ partem, quæ est de liquescentia in eadem dictione, locum non habere, cùm muta & liquida sunt in diremptione; id est cùm in vna, & eadem dictione, muta pertinet ad præcedentem vocalem, liquida verò ad sequentem; tunc enim vocalis præcedens mutam & liquidam, pro longa tantum habetur: vt ἐκλέγω, ἐκλύω. Hom. Odyss. κ. 286. *Notio.*

Ἀλλ' ἄγε δή σε κακῶν ἐκλύσομαι, ἠδὲ σαώσω.

Sed age certè te ex malis soluam, atque seruabo.

Quod etiam Latini diligenter obseruant in similibus verbis, vt obruo, negligo. Horat. Od. 6. lib. 3.

Di multa neglecti, dederunt
Hesperiæ malè luctuosa.

Vt verò intelligas, quo pacto muta & liquida, vel quæuis aliæ duæ consonantes, sint in diremptione, vel non sint, lege Commētarios Antesignani in Clenardum, vbi de mutis & earum numero.

SECVNDVM liquescentiæ genus fit, cum postrema syllaba alicuius dictionis, est vocalis natura correpta, & principium sequentis dictionis, constituunt muta & liquida. Tunc enim Græci ad arbitriū, vel producunt, vel corripiunt illam syllabam. In hoc Hesiodi versu 3. ἔργων. producunt,

Ὅντε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε, φατοί τε.

Quem per hunc mortales homines sunt pariter obscuriq;, clariq;.

Corripiunt vero in hoc Cratini antiqui Poëtæ versu,

Ἀλλοτριογνώμοις ἐπιλήσμοσι, μνημονικοῖσι.

Diuersas sententias complectentibus, obliuiosis, memoria valentibus.

Latini

Latini poëtæ idem aliquando faciunt, producunt enim finalem vocalem dictionis, natura breuem, si dictio sequens in capite, mutam & liquidam habeat. Ouid.

Officij causa pluribus esse dati.

Interdum verò, idq; sæpius, corripiunt. Maro 1. Georgic.

Et medio tostas æstu terit area fruges.

Dixi superius liquescentiam, si propriè accipiatur, fieri duobus modis, nam impropriæ liquescentiæ, multo plura sunt genera, quæ deinceps subiiciemus; si prius tamen monuerimus tyrones, ne sibi existiment licere in scribendis carminibus, quæcumque magni illi poëtarum heroës, pro singulari authoritate, sibi arrogarunt, in hisce liquescentiæ generibus. *Notio.*

PRIMVM igitur sit genus impropriæ liquescentiæ, cùm inuerso ordine liquida mutam præcedit, vocalemque præcedentem communem reddit, vt in hoc Solonis pentametro ν ante τ,

Ἀττικὸς οὗτος ἀνὴρ τῶν Σαλαμῖν' ἀφέντων.

Atticus hic vir vnus ex fugientibus Salamina.

Sic apud Homerum μ ante π, hoc versu in hymno ad Cybelen: vt legit Muretus,

Ηκροβόλων, τυμπάνωντε, ἰαχὴ, σιώτε τρόμος αὐλῶν.

Crepitaculorum, tympanorumq; sonitus, & clangor tibiarum.

Quod cùm vidisset Catullus ab Homero factum ipse in eodem vocabulo primam corripere non dubitauit, vt docte notauit M. Antonius Muretus, in carmen de Berecynthia & Atti, in quo legitur:

Niueis citata cœpit manibus leue tympanum.

SECVNDVM genus est, cùm liquida alteri liquidæ postposita, liquescit, vt in illis versibus Solonis, qui referuntur, à D. Clemente Alexandrino lib. 6. Stromat.

Πέμπτη δ' ὥριον ἄνδρα, μεμνημένον ἐς γάμον εἶναι.

Quintus maturum iam virum nuptias moliri suadet.

Quod Latini poëtæ etiam sectati sunt. Propert. lib. 3.

Te scelus accepto Thracis Polymnestoris auro.

Ouid. lib. 13. Metamorph.

Vadit ad artificem diræ Polymnestora cædis.

In quibus versibus nomen (Polymnestor) secundam corripit, more Græco, quamquam fortasse Polymestor scribendum sit, vt Græci Πολυμήστωρ.

Sic Catullus in Galliambo de Berecynthia, & Atti primam syllabam corripuit in nomine (gymnasiis) vt obseruauit Muretus.

Abero foro, palæstra, stadio & gymnasiis.

Sic Plantini editio: & eruditi quidam viri legendū cen-

apud Horat. Ode prima.

—— Si neque tibias
Euterpe cohibet, nec Polymneïa.

Ita vt hoc nomen deducatur à πολὺ, & μνεῖα, vt sit multæ memoriæ (nam Iouis & Memoriæ filias esse Musas testatur Hesiodus in Theogonia) & dissoluta diphthongo πολυμνεία πενταστυλλάβως, καὶ Ἰωνικῶς πολυμνηΐα, vnde Polymneïa secunda syllaba breui Græcorum more.

Tertivm genus est cùm aliæ quædam consonantes, sibi inuicem coniunctæ, vt κl, πl, naturam liquidarum induunt, & vocalem præcedentem, indifferentē faciunt, modò ea sit natura sua breuis. Orpheus in Argonaut. 32.

Θρῆνός τ' Αἰγυπτίων, καὶ Ὀσίριδος ἱερὰ χύτλα.
Lamentationesq; Ægyptiorum, & Osiridis sacra libamina.

& iterum 43.

Ἠδ' ὅσον Αἰγυπτίων ἱερὸν λόχον ἐξελόχευσα.
Atque quantum Ægyptiorum sacrum agmen amplificaui.

Hesiod. in Clypeo Herculis.

Ἀλκμήνη θυγάτηρ λαοσσόος Ἠλεκτρύωνος.
Alcmene filia populorum seruatoris Electryonis.

Sic apud Comicos hæc duo nomina, *voluptas*, & *venustas*, vocales ante pt, & st, correptas habent, exemplo Græcorum. Sic etiam Martial. lib. 5. in dictione (smaragdos) penultimam contraxit, hoc versu:

Sardonychas, Smaragdos, adamantas, iaspidas, vno
Portat in articulo. ——

Qvartvm genus est cum sola liquida, vocalem præcedentem, natura breuem, indifferentem facit. Sic apud Nicandrum in Theriacis, nomē βάλσαμον, secundam syllabam producit, propter liquidam μ.

Σπέρματα, βάλσαμόν τε, καὶ ἐν κινάμοιο βάλοιο θα.
Semina, balsamumq; vnà cum cinnamomi semine conijcias.

Sic apud Homerum Iliad. α. versu 3. nomen (ἑλώρια) primam producit propter liquidam λ.

—— Αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν.
Ipsos autem laniamenta fecit canibus.

Et apud eundem, nomen μέλος ob eandem causam primam producit, Hymno in Mercurium, versu 495.

—— ἡ δ' ὑπὸ καλὸν
Ἱμερόεν κονάβησε· θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄεισε.
Hæc autem pulchrè
Amabiliterq; sonuit: Deus autem cantum cecinit.

Ad cuius imitationem Persius in præfatione suarum Satyrarū, in eadem dictione (melos) primam produxit, ait enim:

Cantare credas Pegaseium melos.

Qui versus quoniam trimeter σκάζων est, seu vt Victor. vocat, Choliambus in vltimo loco, spondeum sibi vacat, nec alium pedem admittit.

Politian. Miscellan. cap. 44. scribit, nec apud Græcos, apud Latinos, primam syllabam, huius nominis (me. produci. Certè quod attinet ad Græcos hallucinatus. quod verò pro (melos) reponit nectar, id non solus facit: sed quàm illud quadret, vel vnus Marullus suo mine ostendit:

Sed neque diuinus malè μέλος ἄειπεν Homerus,
Nec nisi qui laudat, nectar, ineptè canit.

Hinc fit, vt παρὰ & συὼ Præpositiones, sequente vocali, diphthongo, producantur, beneficio liquidæ Hom. Il. λ.

Παρειπὼν· ἀγαθὴ ἢ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου.
Admonens: bona autem admonitio est amici.

& Aratus.

——συνεχὲς αἰεί.
Continuum semper.

QVINTVM genus est, cum sola liquida, diphthongum, vel vocalem natura longam, indifferentem facit.

Sic apud Apollonium lib. 3. Argonaut. 81. Diphthongus ει corripitur ante ρ, licet circumflectatur:

Ἤ ἔπος ἠέ τι ἔργον, ὅκεν χεῖρες αἵγε κάμοιεν.
Vel verbum, vel opus, quod manus hæ operatæ sint.

Et apud Homerum. Odyss. π.

Εἴδ' ὑμῖν ὅδε μῦθος ἀφανδάνει
Ἀλλὰ βούλεσθε—— vbi βου ante λ corripitur.

Sic apud Phocyl. in γνώμαις, ᾶ circumflexum ante ι corripitur, vers. 182.

Μήδ' ἐς ἔρωτα γυναικῶν ἅπας ῥεύσῃς ἀνεπιεικῶν.
Neque amore mulierum totus diffluas perdito.

SEXTVM genus est cùm litera σ vice liquidæ fungitur: tunc enim aliquando diphthongum, vel vocalem præcedentem natura longam corripit. Sic apud Apollon. Argonaut. lib. 3. 118. in emendatioribus codicibus αι diphthongus correpta reperitur ante σ.

Λάινεος. χαλκείαις ἐνὶ γλυφίδεσσιν ἀρήρει.
Lapideus. in æreis sculpturis cohærebat.

SEPTIMVM genus est, cùm quædam monosyllabæ dictiones τέ, κὲ, δὲ, γὲ, μὴν, γὰρ, τὶς, & similes, vice liquidæ subeunt, & interdum seipsas producunt. Hesiod. ἔργων

Δείξω δὲ τοι μέτρα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.
Ostendam autem tibi mensuras resonantis maris.

Eodem pacto apud Virgil. enclitica particula (que) producitur 3. Æneid. hoc versu.

Limináque laurúsque Dei, totúsque moueri.

Quod post Seruium notauit vir eruditissimus Adrianus Turneb. Aduersar. lib. 4. cap. 22. idque præsertim fieri sequente liquida aliqua.

INTERDVM verò hæ monosyllabæ particulæ, syllabas præcedentes, etiam diphthongos, communes reddunt. Hesiod. ἔργων 645.

Βούλῃαι δὲ χρέα τε προφυγεῖν, καὶ λιμὸν ἀτερπῆ.

Voluerisque debita effugere, & famem inamœnam.

Idem ἔργων 634. vt in antiquis codicibus legitur:

Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει δ' ἀργαλέῃ, οὐδέποτ' ἐσθλῇ.

In Ascra, vico hyeme malo, æstate molesto, nunquam bono.

& in versu 310. vt in antiquis item legitur codicibus:

—— Ζηλώσει κ' ἀεργός.

Æmulabitur & iners.

Quibus in versibus, vel nulla habetur ratio, harum particularum δὲ, καὶ, vt paulò post significabitur: vel diphthongi αι & ει, ante δὲ, ει ante καὶ, corripiuntur. Sic idem ἔργων 5. particulam μὲν ante γὰρ corripuit:

Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει.

Facilè enim extollit, facilè etiam elatum deprimit.

Interdum hæ particulæ, syllabas præcedentes natura breues, communes reddunt. Apollon. lib. 4. Argon. 278.

Τῶν δ' ἀνδρῶν, οὓς ὅγε καθίσσατο, ναιέμεν αἶαν.

Virorum, quos ille constituit incolere terram.

Dionys. de Situ orbis 343.

Ὅν ῥά τε κικλήσκουσι Ἀπέννιον, ἐκ δὲ Βορείης.

Quem Apennium vocant, ex Boreali verò.

Nec mirum, si eiusmodi monosyllabæ dictiones abundent in carmine Heroïco, cùm sæpius apud Tragicos, & Comicos poëtas, aliquæ dictiones, quæ legitimum carminis numerum excedunt, depræhendantur, vt obseruauit Muretus lib. 3. Vari. lect. cap. 3. eas autem dictiones ex sententia Demetrij, in libro de Interpretatione, histrionibus acceptas refert, qui dum fabulas recitarent, vt magis popularis videretur oratio, aliquas voces proprio Marte addebant.

ET hæc quidem hactenus de liquescentia. Nemo verò miretur, me non esse complexum nonnullas alias liquescẽtiæ formas, quas in versibus Latinis Venerabilis Beda obseruauit: partim quia Græcam quantitatem persequimur potissimum: partim etiam quia eas ex quibusdam poëtis Ecclesiasticis collegit: qui in vita & moribus religiosiores fuerunt, quàm in carminibus scribendis.

2 VOCALIBVS ancipitibus α, ι, υ, quæ interdum apud Poëtas in vna, & eadem dictione communes depræhen-

duntur: vt Ἀπόλλων, φίλος, καλὸς, Ἄρης. Theocrit.

— Τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται.

Non pulchra, aliquando pulchra visa sunt.

Homerus Iliad. ε.

Ἄρες, Ἄρες, βροτολοιγὲ, μιαιφόνε.

Mars, Mars, homicida, sanguinarie.

Sic in eodem versu eandem syllabam corripere, & pro cere, solebant Latini veteres, quamquam rarius: Lucret.

Crassaq; pugnabant liquidis, & liquida crassis.

Horat. Od. 3. lib. 4.

Me fabuloso vulture in Apulo,
Altricis extra limen Apuliæ.

Dixi hanc licentiam apud Latinos raram esse: apud Græ autem multò frequentiorem esse docent scripta Poëtar. Hinc illi Martialis hendecasyllabi lib. 9. quibus de Lat rum in fingendis versibus religione cõqueritur, cum tam nihil Græcis negatum esse affirmet.

Dicunt Earinon tamen Poëtæ,
Sed Græci quibus est nihil negatum:
Et quos ἄρες ἄρες decet sonare.
Nobis non licet esse tam disertis,
Qui Musas colimus seueriores.

Hoc idem exprimit elegantissimus Terentianus.

Nec mihi Græcorum ratio est attingere κοινάς,
Quarum rarus inest nostris in versibus vsus:
Nec tanta in pedibus venia conceditur vti.

3 CONCVRSV vocalium longarum, aut diphtho rum, ante alias vocales vel diphthongos, vel in eade ctione, vel in diuersis. Etenim quotiescunque η & ω n sua vocales longæ, vel diphthõgi, aliam vocalem, aut d thongum præcedunt, vel in vno, & eodem vocabulo, diuersis, toties eandem syllabam ad nutum, vel produ vel corripiunt: & quidem in diuersis dictionibus fre tissimè. Mimnermus Poëta antiquissimus:

Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ τοῦτο τέλος παραμείψεται ἄρης.

At postquam terminus huius vitæ præterijt.

Idem:

Πολλὰ γὰρ ἐν θυμῷ κακὰ γίγνεται. ἄλλοτε τ' οἶκος.

Multis enim malis animus efficitur, interdum domestica.

Homerus Iliad. ψ.

Ἂν δ' ἔβαν ἐν δίφροισι παραιβάται, ἡνίοχοί τε.

Conscenderúntque currus domini aurigæ.

In eadem dictione non ita frequenter corripiunt. Ap lib. 4. 221.

Ἀσπίδας ἡμίσεας, δήϊον θοὸν ἔχμα βολάων.

Clypeos dimidios hostilium telorum velox fulcimētum.

Tyrtæus in hoc pentametro:

Μὴ καταλείποντες φεύγετε τοὺς γεραιούς.

Grandæuis relictis ne fugiatis.

Theocritus Eidyll. 3. vers. 9.

——Ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς.

Facies vt me enecem.

Latini Poëtæ, eadem ratione, Græcos secuti in eadem, & diuersis dictionibus, suas diphthongos & vacales longas aliquando corripiunt. In diuersis. Virg.

Insulæ Ionio in magno, quas dira Celæno, & alibi,

Victor apud rapidum Simoënta, sub Ilio alto.

Idem in Bucolicis,

Et longum formosè vale, vale, inquit, Iola.

In eadem dictione: Ouid. 12. Metamorphoseon.

Raptaturq́; comis per vim noua nūpta prehensis.

Virg. 7. Æneidos.

Stipitibus duris agitur, sudibus-ve præustis.

& sic multis in locis.

MIROR autem ab Henr. Stephano tomo primo sui Thesauri, D. Gregorium, multis partibus eo doctiorem, & natione Græcum reprehendi, quod in enumeratione plagarum Ægypti, primam huius nominis (ἀὴρ) licentia, vt ipse ait, non concessa, corripuerit, dum dixit:

Τὸ τρίτον αὖ σκνίπεσσιν ἀὴρ, καὶ γαῖα καλύφθη.

Tertiò rursus culicibus aër, & terra operta sunt.

Sed versus quos superius attuli, ostendunt Græcos ab huiusmodi licentia non abhorrere. Et Demetrius Triclinius Scholiastes Sophoclis in Oedipod. ἀὴρ primam sortiri ancipitem testatur.

OBIECTVM fuit aliquando mihi hanc regulam non habere locum, cùm vocalis, aut diphthongus circumflexa, aut contracta, pręcedit aliam vocalem, aut diphthongum: Tunc enim illam nunquam posse corripi. Sed neque hac ratione regula nostra infringitur, ac primum ostendo diphthongos circumflexas corripi. Dionys. de Situ orbis,

Ἰσσοῦ ἄχρις πόληος, Κιλίκων χώραν παραμείβων.

Issum ad vsque vrbem, Cilicum regionem præteriens

Homerus Iliad. ξ. 213.

Ζηνὸς γὰρ τοῦ ἀρίστου, ἐν ἀγκοίνῃσιν, ἰαύεις.

Iouis enim optimi, in vlnis cubas.

Apollon. lib. 2. Argonaut. 841.

Αὐτῷ ὁμοῦ βασιλῆϊ.—

Ipsi simul regi.

Eadem eſt ratio in dictionibus contractis: vt ὄφι pro ..
αὔδα pro αὔδας. Apollon. lib. 2. Argonaut. 464.

Αὔδα ἐνὶ μέσσοισι τεὸν νόον.

Loquere in medio tuam ſententiam.

Quanto magis enim ſyllaba contracta, ſequente vocali, diphthongo, corripietur, cùm Synecphoneſis, conſeque vocali, aut diphthongo, poſſit breuis eſſe. Hom. Iliad. α.

Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιούς.

Aureo cum ſceptro, & obſecrabat omnes Achiuos.

Quo in verſu χρυσέῳ α, dactilum format. Hic porrò ... maduertendum eſt, ex ſuperioribus exemplis, Poëtas G... cos, nunquam in dimetiendis carminibus, elidere voc... & diphthongos, ſe mutuo in carminis curſu ſequẽtes, e... in diuerſis dictionibus. Quem etiam morem Latini Poë... æmulati ſunt. Horat. Od. vltima lib. 2. Carm.

Iam Dædaleo ocyor Icaro,

Viſam gementis littora Boſphori.

Et apud Virgiliũ quadraginta talia carmina numerauimus quorum aliqua citabimus. vt Eclog. 6.

Clamaſſent, vt littus Hyla, Hyla omne ſonaret.

& Eclog. 3.

Munera ſunt lauri, & ſuaue rubens hyacinthus.

& lib. 3. Æneid.

Nereïdum matri & Neptuno Ægæo.

& 10. Æneidos,

Externo commiſſa duci Æneïa puppis.

Cùm verò apud Grecos, alicuius vocalis, fit eliſio: illa o... no deletur, & dictio apoſtropho notatur, hoc modo, ... ὀρέων. Aratus in imaginibus cœleſtibus 127.

Ὣς εἰ πεῦσ᾽ ὀρέων ἐπεμαίετο. —

Sic locuta montes inquirebat.

Interdum verò ante conſonantes, poëtæ vocales elid... Heſiod. ἔργων 87.

Δέξασθαι παρ Ζηνὸς Ὀλυμπίου, ἀλλ᾽ ἀποπέμπειν.

Vt non acciperet à Ioue Olympio, ſed remitteret.

Homerus, Iliad. η. 190.

Τὸν μὲν παρ πόδ᾽ ἑὸν χαμάδις βάλε, φώνησέν τε.

Hunc quidem ad pedem ſuum humi iecit, dixitque

In quibus verſibus α in Præpoſitione παρὰ eliditu... conſonantem.

LATINOS idem facere ſolitos eſſe, ante vocales... ſonantes, nemo ignorat: taleſque hos Virgilij verſ... docet Marius Victorinus. Ex primo libro Æneidos

Hæc ſecum: men' incœpto deſiſtere victam? & ex ...

Ten', inquit, miſerande puer, cùm læta veniret.

In quibus tamen locis, iam legitur *méne*, & *téne*, perperam, contra venerandam antiquitatem. Persius quoque Satyra 1. ante consonantem, *ten'* pro *téne* dixit:

Ten' cirratorum centum dictata fuisse.

Quod & alij Poëtæ, præsertim antiqui factitarunt.

Est & aliud genus Apostrophi, nō solum Poëtis Græcis, verum etiã antiquissimis Latinis Ennio, Lucilio, Liuio Andronico, Lucretio, & aliis vsitatum. Quod fit cum initium dictionis, est aliqua vocalis, & finis item dictionis præcedentis, est altera vocalis, vel in Latinis, littera m. Theognis in *γνώμαις*,

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι.
In iustitia verò summatim omnis virtus est.

Sophocles. Electra.

Ἃ 'γὼ κατ' ἦμαρ, καὶ κατ' εὐφρόνην ἀεί.
Quas ego diebus singulis, & noctibus semper.

Inde sunt illa quæ passim apud Græcos occurrunt: ὦ 'ναξ, ὦ 'νερ, ὦ 'νθρωπε. pro ὦ ἄναξ, ὦ ἄνερ, ὦ ἄνθρωπε. Lucret. lib. 1.

Quæ quoniam per se nequeunt constare necesse 'st.

& eodem libro.

Nil igitur fieri de nilo posse fatendum 'st.

Terent. in Eunucho.

Sin autẽ falsum, aut vanũ, aut fictum 'st, continuò palam 'st.

Hoc tempore huiusmodi vocales, aut consonans m, in contextu depinguntur, & τῇ συναλοιφῇ, καὶ ἐκθλίψει, inter scandendum eliduntur. Aliquando verò in fine versus fit apostrophus, dum in principio versus sequentis est aliqua vocalis: vt Iliad. ξ. 265.

Ἦ φῂς, ὡς Τρώεσσιν ἀρηξέμεν εὐρύοπα Ζῆν',
Ὡς Ἡρακλῆος περὶ χώσατο παιδὸς ἑοῖο;
An dicis, ita Troianis auxiliari latoculum Iouem
Sicut propter Herculem filium suum iratus est?

In aliquibus tamen codicibus legitur,

—— εὐρύοπα Ζῆν
Ὡς.

vt ν pertineat ad syllabam ὡς non ad Ζῆ, ita vt hoc vocabulum Ζῆνα diuidatur. Hoc affectauit Horat. Od. 2. lib. 3. Carm.

Virtus repulsæ nescia sordidæ
Incontaminatis fulget honoribus.

Quo in loco nonnulli, quod minimè Græcam licentiam animaduertant, reponunt, *intaminatis*. Sic Od. 2. lib. 1.

—— Vagus & sinistra
Labitur ripa, Ioue non probante, V-
xorius amnis.

Sic apud Dionys. Halicarnasseum, libro de Structura oratio-

nis, in cantico Veneris, hæc Sapphûs carmina legunt...

Τὰς ἐμᾶς αὔδας ἀίοις ἄς πολλάκ'
ἔκλυες.

Si quando meam orationem audiueris, quam ...
Audiuisti.

Et apud Dionys. Longinũ, libro περὶ ὕψους, id est, de su... genere dicendi, hæc eiusdem Sapphûs carmina legun...

Ὀμμάτεσσιν δ' οὐδὲν ὄρημι βομβεῦ-
σιν δ' ἄκοαί μου.

Quod Catullus ita vertit,

Tinniunt aures, gemina teguntur
Lumina, nocte.

Qua etiam ratione Horat. Od. 16. lib. 2. Carminum.

Grosphe non gemmis, neque purpura ve-
nale nec auro.

4 LICENTIA quæ consistit in vocabulis peregr... qualia sunt Hebræa, Latina, Celtica, & similia, non Græ... quorum quantitas ad nutum, & arbitrium anceps habet... Tutius tamen erit in similibus nominibus, regulas Lati... rum sequi, quàm interdum ineptè pronunciare. Sic apu... Græcos nomina Iuliani, Claudiani, Luciani leguntur p... nultima correpta: vt 4. lib. Florilegij,

Εὗρεν Ἰουλιανὸς χερσὶν ἀδωροδόκοις.
Inuenit Iulianus manibus incorruptis. & lib. ...
Τοῦτον Ἰουλιανὸν Τυρίης βλάστημα τιθήνης.
Hunc Iulianum germen Tyriæ nutricis. & l...
Κλαυδιανὸν Ῥώμη, καὶ βασιλεῖς ἔθεσαν.
Claudianum Roma, & reges posuerunt.

Lucianus quoque hoc Epigrammate, in suos libros p... fatus est,

Λουκιανὸς τάδ' ἔγραψε παλαιά τε μωρά τε.
Lucianus hæc scripsit & fatua & stulta.

Romani Poëtæ ad hanc normam, nomina in anus so... interdum corripere: quod ne cui ἄπιστον videatur, subiici... verba viri doctissimi M. Antonij Mureti. Is enim explica... illud epigramma Catulli (*Firmano saltu non falsò*) ita... quitur. Pro Firmano in nonnullis legitur, Formiano. ... verius sit haud facilè dixerim, quin enim *Formianus* ... que penultima breui dici queat, dubitari non oportet.

5 NECESSITATE, quæ oritur ex concursu, vel ... rium syllabarum longarum, vel plurium breuium: ... enim tres vel quatuor syllabæ breues in medio voca... occurrunt, licet primam natura sua breuem, producer... Πριαμίδης. Homer. Iliad. η.

Πριαμίδης μὲν ἔπειτα μέσον σάκος οὔτασε δουρί.

Pria...

Priamides quidem postea læsit medium scutum, hasta.

In illo versu Πελαμίδης primam habet longam, ex concursu trium breuium, cùm enim Patronymicum sit, & à nomine Πέλαμος descendat, æqualem cùm suo primitiuo, id est, breuem primam syllabam deberet habere. Hom. Iliad. η.

Δαρδανίδης Πρίαμος θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος.

Dardanides Priamus Deo consiliarius similis.

Eodem pacto Latini cùm in nomine Priamus, primam corripiāt, tamen in Patronymico Priamides Græco more primam producunt. Virg. 2. Æneid.

Forsitan, & Priami fuerint quæ fata requiras. Horat.

Hectora Priamidem, animosum atque inter Achillem.

Eodem pacto cum in nomine, Italia, prima natura sua corripiatur, Poëtæ nihilominus metri causa, eam producunt. Virg. 1. Æneid.

Italiam fato profugus.

Sic breuis inter duas longas posita producitur, metri causa. Hesiod. ἔργων, 317.

Αἰδὼς τοι πρὸς ἀνολβίῃ, θάρσος δὲ πρὸς ὄλβῳ.

Pudor quidem ad paupertatem, audacia verò ad diuitias.

Quo in versu in vocabulo ἀνολβίῃ penultima producitur, quamquam natura sua breuis sit, eo quòd posita sit inter duas longas. Empedocles apud Laërtium.

Ταινίαις τε περίστεπτος, στέφεσί τε θαλείοις.

Formosis vinctus vittis, roseisque corollis.

In quo versu, vocabuli (ταινίαις) penultima longa est ob eandem rationem.

INTERDVM tertia syllaba producitur cum aliæ subsequūtur breues, vt συνέσια, aut media syllaba inter breues posita extenditur, vt πολιος. Multæ tamen aliæ apud poëtas reperiuntur, necessitate quadam inductæ licentiæ, quibus vel productæ corripiūtur, vel correptæ extenduntur. vt Il. η. 252.

Διὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε φαεινῆς ὄβριμον ἔγχος.

Clypeum quidem lucidum penetrauit fortis hasta.

Et Callimachus hymno in Apollinem, 53.

Οἴες οὐδ' ἄκυθοι. ——

Oues neque steriles.

Sed ne in similibus licentiis examinandis, te carminum varietas decipiat, tenendæ sunt carminum Heroicorum affectiones, quæ vitia a nonnullis vocantur: honestius autem ab Eustathio τὰ πάθη αὐτῶν appellantur. Homerus enim, vt meminit Athenæus lib. 14. & Macrob. lib. 5. Saturnal. c. 14. & Eustathius in Iliad. & Victorinus lib. 2. de ratione carminum. & Scalig. lib. 2. Poëtices cap. 31. in tanta carminum multitudine quâ vniuersa Ilias, & Odyssea cōstat, non tale

miscuit versus ἀκεφάλους, λαγάρους, μειούρους.

Ἀκέφαλοι dicuntur, qui caput detruncatum & dimin... sortiuntur: id est, qui legitimo pede non fruuntur, v... inquit Athenæus, ἀκέφαλοι δέ εἰσιν, οἱ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τὴν χωλ... ἔχοντες: id est, ἀκέφαλοι illi sunt, qui initio versus claudic... vt cùm initio versus collocatur Tribrachus, aut Iamb... loco legitimorum pedum Spondæi, vel Dactyli. Hos ve... duos versus ἀκεφάλους profert Athenæus, quorum prior ex Homero initio. Iliad. ψ.

> Ἐπειδὴ νῆάς τε, καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο,
> Ἐπίτονος τέτατο βοὸς ἶφι κταμένοιο.
> *Postquam ad naues, & Hellespontum venerunt,*
> *Lorum impositum erat, bouis fortiter occisi.*

In altero horum versuum, est Iambus breuior Spondæo, a... altero verò Tribrachus, breuior Dactylo. Ideo Eustathius versus ἀκεφάλους appellat βραχυκεφάλους, quod caput breue sortiantur, cùm à breui syllaba initium ducant, quod repugnat legibus Heroïci carminis.

Sic apud Latinos illi ἀκέφαλοι dicuntur, qui initio versus mutili, & capite minuti apparent, cùm versus vel ab Ana... pæsto initium sumunt. Virg. lib. I. Georg.

> *Fluuiorum rex Eridanus.*

Vel è Proceleusmatico. Virg. lib. II. Æneïdos.

> *Arietat in portas, & duros obice postes.*

Μακροκέφαλοι, his versibus opponuntur: dicuntur autem versus μακροκέφαλοι, in quorum capite altera sylla... dundat. Fortasse huc pertinent illi Iambici trimetri a... Euripidem in Hecuba.

> Φεῦ. ὦ μῆτερ ἥτις ἐκ τυραννικῶν δόμων.
> *Heu! ò mater orta regiis è stemmatis.*

Et in eadem actu. 5.

> Ἔα. Πολυμῆστορ ὦ δύστανε, τίς σ' ἀπώλεσεν.
> *Hem! Polimestor infœlix, quis te perdidit.*

Et in Medea, act. 2.

> Εἶεν, καὶ δὴ τεθνᾶσι· τίς με δέξεται πόλις;
> *Esto, perierint quod recipiet me oppidum?*

In quibus versibus syllabæ φεῦ, ἔα, εἶεν, abundant in ca... versuum, vt rectè ante me annotauit Antonius Mure... qui & similem versum ex Terentio profert.

Λάγαροι ex sententia Athenæi, illi putantur, qui in me... carmine positi, tanquam si essent læsi claudicant: vel... tilius ex quodam Epigrammate Græco Suidas inte... tur, qui sunt ὑπόκενοι, id est, qui non eodem, & plen... incedunt: vel vt clarius declarat Eustathius, qui ... κοιλότητα, hoc est, cauitatem, vel vacuitatem habent; ...

Ia...

Iambus, Choreus, aut Tribrachus ponantur in medio carmine, loco Spondæi, aut Dactyli: vt Homer. Iliad. ε. 344.

Ἡ δὲ μέγ᾽ ἰάχουσα ἀπὸ ἕο κάββαλεν υἱόν.

Hæc autem valde clamans ab se deiecit filium.

Vbi in quarto loco est Tribrachus. Sic Virg. lib. 2. Æneid.

Nostrorum obruimur, oritúrque miserrima cædes.

Περκοίλοι his versibus repugnant, qui ideo ita à Græcis nominantur, quod in medio syllabam redundantem habeant, quale est illud primum carmen Iliad.

Μῆνιν ἄειδε Θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.

Iram cane Dea Pelidæ Achillis.

Μείουροι denique reperiuntur, sic dicti παρὰ τὸ μειοῦσθαι τὴν οὐρὰν, quod quasi cauda sit illis decurtata, cùm Iambus, qui breuior est Spondæo, vltimum locum sibi vendicat. Hinc Aristoteles in lib. 3. Rhet. periodos eas quæ breuiori cursu terminantur μειούρους appellat. Athenæus, Terentianus Maurus, Marius Victorinus afferunt hoc exemplum ex Homer. Iliad. μ. 208.

Τρῶες δ᾽ ἐρρίγησαν ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν.

Quod Latinè vertentes alterum carmen item Miurum sic conficiunt,

Attoniti Troës viso serpente pauitant.

Quidam verò in ea opinione fuerunt, Homerum artis poëticæ patrem geminata litera ὄφφιν scripsisse, sicut & ὄσσα, ὄμμα, ὅττι, vt cùm Latini producendæ syllabæ gratia dicunt, quattuor, rettulit. Verùm vetus Homeri Scholiastes, aliter sentiendum esse monet: πέπονθε, ait, ἐπὶ τέλους ὁ στίχος, ἔχων τὸν ἐκ δύο βραχειῶν πυῤῥίχιον, καὶ καλεῖται μείουρος. id est, Afficitur hic versus circa finem, quoniam habet Pyrrhichium, ex duabus syllabis breuibus, & vocatur miurus. Deinde frequentes sunt eiusmodi versus apud Homerum, sine geminatione consonantis non in Iliade & Odyss. tantum, sed & in Margite, teste Victorino. Denique non solus Homerus, sed eum imitati etiã Latini antiqui poëtæ huiusmodi Miuros, seu taliambos frequenter vsurparunt, vt Liuius Andronicus in hymno Dianæ, cuius versus recitant Terentianus, & Victorinus,

Sed iam purpureo suras include cothurno,
Balteus, & reuocet volucres in pectore sinus,
Pressaq; iam grauida crepitent tibi terga pharetra.
Dirige odorisequos, ad certa cubilia canes.

Sic Virg. 2. Æneid.

Quanquam animus meminisse horret, luctuq; refugit.

Quo in loco nõ est assentiendum Seruio, qui putat verbum *refugit*, esse temporis præteriti. Multos alios Miuros ex

Lucre

Lucretio,& aliis annotauit Obertus Gifanius Buranus.

Μακροσκελὴς dicitur, quod in eo vltima syllaba abundat quasi altero crure sit longior. Tales videntur esse Dactylici versus,qui apud Homerum,Hesiodum,& alios poëtas Græcos sunt frequentes. Virgilio autem, & Latinis Poëtis nequaquam sunt inusitati, cùm scilicet in sexto pede dactylus collocatur. Hom. Odyss.ι. 212.

Τοῦ φέρον ἐμπλήσας ἀσκὸν μέγαν, ἐν δὲ καὶ ἤια
Κωρύκῳ.

Huius ferebam impletum vtrem magnũ viatica autem
In pera.

Virgil. 3. Georg.

Et spumas miscent argenti, viuaq; sulphura.

Ennius:

At tuba terribilem sonitum procul excitat horrida.

Sed hæc satis. Familiaris enim lectio Poëtarum tibi reliqua subministrabit.

De cremento & quantitatis variatione in inflexionibus nominum, & participiorum.

Anceps in recto eandem habet quantitatem in obliquis.

QVANTA est anceps vltima in recto singulari nominum & participiorum imparium, tanta ferè manet in obliquis, cùm cremento fit penultima,vt in δορκάς δορκάδος δορκάδι δορκάδα vbique corripitur: rursus in πᾶν παντός παντὶ πάντα vbique producitur. Excipiuntur finita in υρ, μάρτυρ, πῦρ, & ἅλς, quæ licet producãtur in rectis, corripiũtur tamẽ in obliquis, μάρτυρος, πυρός, ἁλός.

Exceptio.

Finita in duplici præcedente ancipite.

ADVERTENDVM est nomina finita in duplicem præcedente ancipiti, cùm eam in recto natura breuem,sed positione longam habeant, in obliquis natura breuem retinere: vt αὖλαξ, σμῖλαξ, κίλιξ, κάλυξ, ἄραψ, κατῆλιψ, χάλυψ. αὔλακος, σμίλακος, κίλικος, κάλυκος, ἄραβος, κατήλιφος, χάλυβος. Deceptis disyllabis masculinis in αξ, penultima producta,quę & in recto & in obliquis α natura longum habent: vt θώραξ, & reliquis superiori capite indicatis. Quibus adiicienda nunc veniunt γύψ, γρύψ, ἴψ, ῥίψ, ancipitem in obliquis natura producentia, in rectis positione. λαίλαψ verò in

